FRATRIS ALFONSI A CASTRO, ZAMORENSIS, ORDINIS MINORVM, REGVLARIS OBSERuantiæ prouinciæ sancti Iacobi: De iusta hæreticorum punitione libri tres, nunc recens accurate recogniti.

Spes eius: & non respexit

Beatus uir, cuius est dominus



in uanitates, & insanias falsas.

Venetijs ad signum Spei.

1549.

LECTORI S.

Obſecro te, candide lector, ut nolis de opere hoc ex ſola illius ſuperſcriptione cenſere, putans res ſolas uulgares, & forenſes in illo tractari, quales ſæpe ab alijs de eadem re diſſerentibus tractari ſolent. Multo enim plura habet hoc opus in receſſu, quam in frõte promittat. Quoniam non ſoli Iuriſperiti: ſed etiam Theologi multis in locis ex eo proficere poſſunt, prout author in operis Præfatione admonet. Si periculum feceris, non dubito, quin opus ipſum probes, & maioribus, quàm ego laudibus, extollas. Lege ergo feliciter, & noſtris laboribus faueto.

INVICTISSIMO, ATQVE CHRISTIAnissimo Carolo huius nominis Quinto Cæsari semper Augusto, Hispaniarumq́; Regi Catholico eiusdem nominis primo, Frater Alfonsus à Castro, Zamorensis, ordinis minorꝫ æternam optat felicitatem, perpetuamq́; de hostibus uictoriam.

DVM mecum ipse cogito, Christianissime Cæsar, & ad hoc miserabile sclm mentem, atq; animum refero: non possum non ingemiscere, & à gemitu cordis rugire, uidens tot, talesq́; hæreticos hoc seculo prodisse, qui plurimum negotij uiris doctis, atq; adeo toti Ecclesiæ facessunt, ut nunquam tam multos, aut tam truculentos ecclesia perpessa fuerit hostes. Tāta enim est istorꝫ nocendi cupiditas, ut nihil sit à summo usq; deorsum, cui detrahere nō conentᷣ. Neque.n. deo, nec Virgini eius matri, nec apl̄is, aut euangelistis, nec reliquis sanctis, nec toti deniq; militanti ecclesiæ, quæ Christi est unica sponsa, parcere uolunt: sed contra eorꝫ quenq; impudenti temeritate oblatrant, & dente canino illū mordere nituntur. Hoc aūt non leui animo, aut negligenti, & ignauo sunt facere aggressi: sed tanquam rabidi, & famelici canes omnia tentarunt, nullumq́; non mouerunt lapidem, ut quod mente conceperant scelus, opere perpetrarent. Vix.n. ullum est tam turpe, aut execrandum, aut pestiferꝫ, abominabileq́; dogma ab antiquis hæreticis probatum, quod, & si longissima obliuione sepultū, isti hæretici non sint suscitare conati, si inde telum aliquod se capturos sperarunt, quo ecclesiæ catholicę, aut summo illius præsidi ut cunq; incōmodare possent. Primatum Petri negant, oībus christianis sacerdotia sine discrimine tribuūt. Sacerdotes omnes pares ep̄is faciunt. Antiquas omnes eccle

fiæ cęremonias ab ipſis apl'is traditas, & ad hoc uſquę ſeculum ſeruatas tollunt: & nouas quaſdam ab illis ex cogitatas inuehunt. Sacramenta eccleſiæ minuunt, quo pauciora peccatorꝵ antidota illa retineat. Vt autē nihil utile ſe eccleſiæ detraxiſſe perſuaderent, ſacramentorꝵ uirtutem, atq; potentiā negantes uenenū ueneno addiderunt. Totius cleri cœlibatum tollunt. Vota oía deo facta uiolare docēt. Omnem monachatus religionem ab eccleſia reijciunt. Oēs laudes, quas uoce, aut muſicis inſtrumentis eccleſia in tēplis deo dicatis, ſtatis horis deo cantare ſolebat, a' ſuis tēplis procul relegarunt. Hic denique unus eorꝵ omnium ſcopus fuit, ut totum eccleſiæ ordinem a' xp̄o ipſo ſaluatore noſtro inſtitutum, & ab eius apoſtolis ad hoc uſque ſeculum obſeruatum euerte re poſſent, & nouam quandā nobis fingerent eccleſiā, talem, ac tam male inſtitutam, tamq́ deformem, ut tu chriſtianiſſime Imperator pro tua prudentia, & bonitate, non patereris talem eſſe ullam quamlibet remp. tibi ſubiectam. Quod autem tam anxie optauerunt, Deo p̄mittente, & dęmone illorum patre improbe ſolicitāte, magna ex parte (proh dolor) aſſecuti ſunt. Nam uirulentum eorum dogma, quod, Paulo teſte, ut cancer ſerpit, tam ſæue, atq; potēter graſſatum eſt, ut uix ulla ſit iam chriſtiani nominis prouincia, cuius pars aliqua non ſit hac peſte infecta. Vt autem his tam truculentis, & mortis auidis hoſtibus occurreretur, multi uiri catholici, & docti ex toto orbe chriſtiano ſe oppoſuerunt pro muro eccleſię, qui uerbo, & ſcripto contra mortiferas eorum doctrinas acerrime pugnarunt. Scripſit primus omniū uir doctiſſimus Ioannes Echius multa contra illos uolumina, qui cum ipſo huius factionis principe Luthero primus etiā publice diſputauit. Scripſere deinde Ioānes Faber Viennenſis epiſcopus, Gaſpar Sagerus ordinis minorum, Ioannes Cochleus, Conradus Rolin Vlmenſis, Ioannes Deitembergius, Conradus Vuimpinēſis, Hieronymus Enſer, Ioannes Menſingus, alijq́ multi

Germani scripsisse feruntur,quos nec nomine noui. Neque soli Germani,apud quos primum hæc pestis est orta,contra hos hæreticos scripserunt. Sed ex omni natione, quæ Christum agnoscens ab illo nomen accepit, multi uiri doctissimi cateruatim contra hos perniciosissimos Ecclesiæ hostes plurima,& uaria uolumina ediderunt,quibus multa dexteritate ab hmõi perduellionum impetu furioso ecclesiam catholicam propugnare, defendere, atque dilatare conati sunt.In Germania siquidem inferiori,quæ superiori proxima est,Iacobus Latomus,Albertus Pighius,Iacobus Hochstratensis ordinis prædicatorum,& alij multi scripsere,quorum omnium catalogũ texere, fastidiosum esset.In Anglia scripsit primus ipse Rex Henricus huius nominis octauus,qui si recte sibi consuluisset,a recta,quam tunc agnoscebat, fide nũquam defecisset .Post Regem scripsit Ioãnes Fischerus tunc Roffensis episcopus, & postea. S. R. E.presbyter Cardinalis:uir sanctitate pinde ac doctrina clarissimus, dignus certe,qui inter sanctos martyres recēseať, quem senio confectum scimus pro fide Catholica libenti, & alacri animo ceruicē gladio supposuisse. In Gallia,quãuis ipse non Gallus,Iodocus Clithoueus Neoportuēsis multa uolumina contra recentes hęreticos scripsit.Post illum Hieronymus ab Hangest, Nicolaus Grandis ordinis minorum in cõmentarijs quæ edidit super epistolã ad Rom.& super epl'am ad Heb.alijq; multi scripsere. In Italia primus,quem sciã, scripsit Syluester de Prierio magister sacri palatij.Post istũ Ambrosius Catharinus Senensis, ambo ex ordine prædicatorum, Albertus Pius olim Carporum comes.Ex Hispanis, eo quòd natiõi huic satis bene alioqui prospectum erat,et cautum,pauci hactenus,doctissimi tñ, contra hos hæreticos scripserunt. Dominicus Soto ex ordine prædicatorum, qui cathedrã Theologiæ in insigni Salmaticẽsi gymnasio,añ multos annos perpetuo regendã suscepit, in Tridentino concilio quo ex mandato tuæ Cæsareç maiestatis nunc agit,

opus insigne de natura, & gratia contra hos recentes hæreticos edidit. Andreas de Vega ordinis minorum, uir trium linguarum peritus, in hoc etiam concilio Tridentino ad quod ex mandato Serenissimi Philippi tuæ Cæsareæ Maiestatis primogeniti simul mecum fuit destinatus, librum de fide iustificante multa doctrina refertum aduersus Lutheranos edidit. Ego denique istorũ omnium minimus magnũ quoddã opus ante aliquot annos edidi, in quo omnes hæreses, quæ à Christi saluatoris nostri in cœlos ascensione ad hoc usque seculum Ecclesiam inuaserunt, congessi contra illas omnes singulatim disputans, illarumq́ omnium primos Duces, atque parentes prodens: ut uel sic omnibus palàm facerem, recentes hæreticos à fecibus olim ab Ecclesia reiectis suas hæreses hausisse. Verum & si ab his omnibus, aliisq́ multis doctissimis uiris tam dextre pugnatum sit, ut plane, & aperte de his Ecclesiæ hostibus triumphauerint, nunquam tamen hi resipuerunt, aut insanire desierunt. Quoniam tanta est illorum obstinata impudentia, & impudens obstinatio, ut quamuis aperte uicti nunquam tamen cedere uoluerint, imò potius duriores inde effecti, et in sua sententia pertinaciores insaniam suam indies auxerunt, tam nouas, tamq́ diuersas quotidie inducendo doctrinas, ut nihil aliud illos excogitare merito credamus, quàm quomodo eorum quilibet plus possit Ecclesiæ nocere. Nam & si inter illos sępe (ut solenne semper fuit hęreticis) de doctrina non conueniat, adeo ut plus alter eorum ab altero distet, quàm uterque illorum ab ecclesia: de hac tamen re inter eos omnes conuenit, & hæc amicitiæ inter eos ineundæ potissima causa, & partę amicitiæ fortissimum uinculum, si summo Ecclesiæ præsidi simul omnes detrahant, illius potestatem eneruent, illius mandatis reluctentur. Isti sunt uere serpentes illi, quos Deus per Hieremiam prophetam minatus est se nobis missurum, quibus (ut ille ait) non est incantatio. Nam furor istis secundum similitudinem ser-

Hier. 8

pentis,ſicut aſpidis ſurdæ obturantis aures ſuas, quę nō exaudiet uocem incantantis, & uenefici incantantis ſapienter. Cum itaque re ipſa mihi iam bene compertum eſſet, nihil iſtis blanda prodeſſe fomenta, neceſſarium eſſe cenſui acerbioribus uti medicaminibus, ut iam non uerbis: ſed fuſtibus, & flagellis, & gladiis contra illos ageretur, ut pœna illos faceret ſapientiores, qui benignitate illis exhibita abutentes in ſua hactenus perſtitere inſipientia, & uexatio daret illis intellectum, quem nimia manſuetudo præſtare non potuit. Hanc tamen uexationem hæretici formidantes, ut ſe ab illa eripere ualerent aſtutia ſerpentina docuerunt illicitam eſſe hęreticorum punitionem, tyrannoſq́ potius quàm Reges eſſe dixerunt eos, qui hæreticos puniunt, aut pœnis, & cruciatibus illos ad fidem tenendam cogunt. Hac enim uia putarunt Chriſtianorum Principum animos ab ipſorum punitione deterrere, & prorſus reuocare: ut uel ſic impetrata, aut potius extorta impunitate liberius quotquot uellent, poſſent uerbis, et ſcripturis hæreſes docere. Hac igitur cauſa ego motus de pœnis, quæ hæreticis merito debentur longo tractatu in hoc opere differere ſtatui, ut Principes Chriſtiani de hęreticorum punitione bene perſuaſi, nullam illarum pœnarum, quas iura contra hæreticos decernunt, pręteremitti patiantur, quin illam pertinacibus quibuſcunque hæreticis, & obſtinatis infligere iubeant: ut pœnarum metu illi coerceantur ne ſimiles nouitates, & inſanias effutire audeant, & ſic tandem à ſuis erroribus reſipiſcant. Et ſi forte illi (quod Deus pro ſua clementia auertere dignetur) Pharaonem imitantes tanquàm malleatoris incus indurati fuerint: alij tamen (ut credere par eſt) alieno periculo ſapientiores erunt. Hoc autem opus, quod iam, Deo authore, ad umbilicum uſque perduxi, tibi ſoli, Chriſtianiſſime Cæſar, merito dicandum eſſe cenſui, qui tam feruentem habes fidei catholicæ zelum à maioribus tuis ueluti hæreditario iure deriuatum: ut pro fide tuenda, aut propaganda nullos un-

quam recusaueris quamlibet duros, & immensos subire labores. Nam ab eo tempore quo primum Imperatorum celsitudo Christi se subdidit humilitati, et ab illo nomen accepit, nullus unquam fuit Imperator (absit precor uerbo adulationis suspitio) qui pro Christianæ religionis tutela, et dilatatione tot, tantisq; se obiecerit laboribus: etiam si Carolus ille uere Magnus, cui tu et sanguine, & patrimonio, & dignitate, & nomine succedis, inter eos recenseatur. Plures enim, quàm ille prouincias pro religione tuenda penetrasti, multo pluries maris pericula ob eandem causam non solum tentasti, sed subijsti. Hostibus Christianæ religionis multo fortioribus occurristi, quam ille unquam fecit. Per tot uarios casus, & per tot rerum discrimina pro Christianæ religionis tutela intrepidus peruagasti, ut Herculem illum, quem poetæ monstrorum domitorem finxerunt multis parasanguis antecedere mihi uidearis: præsertim cum tu addomanda ea monstra, quæ animas trucidare solent, illos pertuleris labores, quos pro domandis illis, quæ solis corporibus nocere poterant. Herculem toleràsse Gẽtiles falsò dixerunt. Hoc solum in te, & tuis meritis desyderari posse consydero, ut gestorum tuorum parem scriptorem haberes, qui digna factis tuis referre ualeret, & illorum gloriam posteris suauissime decantaret. Talem, inquam, qualem immerito habuerunt Achilles, & Vlysses: aut talem certe scriptorem, qualem Alexander ille cognomento magnus ad sui corporis imaginem exprimendam elegit pictorem. Iustum quippe esset, ut tantorum gestorum tuorum imago non nisi ab eloquẽtissimo poeta, aut oratore depingeretur. Omitto hic Turcam potentissimum, atque ferocissimum Christiani nominis hostẽ à te apud Viennam gloriose fugatum, & Tunetum à te sub feruentissimis solis ardoribus expugnatum, & à manibus Barbarossæ potentissimi tyranni ereptum, aliasq; multas de Turcis, & Sarracenis terra, & mari per Duces tuos habitas uictorias. Ea solum, quæ pro hæretico-

rum reductione, ut eos ad resipiscentiam, aut alliceres, aut cogeres, patientissime tolerasti, tot, ac tanta sunt, ut immortalem per illa sis iam apud posteros gloriam assecutus, & perpetuam a' Deo sis tandem accepturus coronam. Sæpe enim relicta Christianissima Imperatrice cõiuge tua, quę tibi charissima erat, relicto etiam Hispaniarum potentissimo regno, quod ipsa coniuge, & filijs multo charius esse oportebat, per horrendas maris tempestates, & asperrima montiũ itinera Germaniam adijsti, ut magnam illius partem, quę ab Ecclię unitate se subtraxerat, eidem reconciliares. Qua in re illum uerꝵ pastorem optime expressisti, atq; effigiasti, qui nonaginta nouem oues, quas pascendas susceperat, in deserto reliqt, ut centesimam, quæ perierat, inueniret. Sæpissime pro dissidijs religionis componendis, quæ plurima ubique in Germania scatebant, Comitia, quæ nunc Dięta uocant, ex tota illa inclyta natione celebrasti: bis, aut ter. Vuormatiæ, bis ẽt Augustæ, totidem Ratisponæ, & nescio an pluries Spiræ. In his omnibus uere xp̃ianum agẽs imperatorem, aliqñ illos arguisti: sæpe, iuxta Pauli consilium, obsecrasti, aliqñ cum maxima modestia corripuisti, sperans, ut aliqñ Deus illi pniam daret, & sic illi resipiscerent a' laqueis diaboli, a' quo captiui tenebant. Tam modestum quidem te illis tribuisti, ut multis uisus fueris nonnihil tuæ Imperiali celsitudini pro illis recuperandis detraxisse. Sed qui hoc tibi, Xp̃ianissime Cæsar, exprobrabant, non attendebant quanta sint toleranda, ut errabunda ouis inueniatur, & ad gregem, unde nescia discesserat, reducatur. Verum hi, pro quibus tu illoꝵ saluti consulere optans tot, tantaq; perpessus es, ut nihil, quod Christianũ Principem deceret, omisisse uidearis, beneficium non agnouerunt: sed benignitate tua abutentes in peius quotidie profecerunt. Nam qui antea solam Ecclesiæ potestatem negabant, & solum illius iugum, quod diu antea portauerant, a' se excusserant, postmodum ad tantam rebellionem proruperunt, ut tibi ip-

si de illis optime merito, et cui se firmissimo sacro ad obedientiam obstrinxerant, tam impudēter pro multis alijs rebus, & pro Christiana potissimum religione multi ex illis rebellarunt, ut non sint ueriti aduersus tuam Imperialem Maiestatem exercitum cogere, & te ad publicū certamen prouocare. Hanc aūt tantam ferocissimæ gentis rebellionem, tanta prudentia, & fortitudine repressisti, ut gloriosum de illis omnibus sis assequutus sine sanguine Triumphum. Illa.n. semper apud omnes fuit gloriosior, & celebrior habita uictoria, quæ fuit minus cruēta. Optimam igitur perpetuaq́; laude dignam, inuictissime Cæsar, adeptus es nunc de hostibus uictoriam, qui primis huius rebellionis Ducibus ui, & armis captis, reliquos omnes, ut præteritæ coniurationis ueniam supplices peterent, & iussioni tuæ humiles parerent, sine sanguinis effusione coegisti. Reliquum est, ut illos omnes ad gregem Dñicum unde discesserant, redire: & iugum Ecclesiastiæ obedientiæ, quod diu ante reiecerant, subire cogas: & pœnis urgentibus illos in susceptā semel fide perpetuo contineas, prout Hispanos gentem non minus liberam, atque ferocem in tua obedientia, & uera fide catholica hactenus seruasti. Precor tamen Cæsareā Maiestatem tuam, ut hæc nō ideo à me dicta esse putes, ut meis adhortationibus te quasi nolentem trahere uelim: sed ut ultro currenti calcaria addam. Vt autem hoc, quod optamus, facile præstare possis, nobis omnibus incumbit Deum precibus solicitare, ut te diu incolumem seruet, tuisq́; sanctis conatibus, ut hactenus fecit, semper faueat. Vale Christianissime Cæsar, &c, ut meū hunc laborem boni consulas, oro. Ex tua Salmātica, decima octaua die Octobris. Anno Domini. 1547.

F. FRANCISCVS MENESIVS fratri Alfonso a' Castro patri perquam Reuerendo ac eruditissimo. S. P. D.

CVM uidissem iampridem neque indiligenter euoluissem opus illud tuum mirabile aduersus omnes hæreses toto iã orbe celebratũ, uarijsq́ typis excusum, Alfonse Pater longe doctissime, cœpi nunc legere recentiorem hunc librum quem de iusta hæreticorum punitione inscripsisti, mecumq́ mirari cum laboris assidui pertinacem constantiam, tum fidelis animi piam destinationem, deinde ordinis sibi non dissonam congruentiam, postremo uelut cęterorum condimentum festiuissimæ phraseos cultum atque politiem. Idcirco autem cœpisse me dixerim, qđ hisce delitijs forinsecus oblectatus, operis adyta atque profunda penetrare ausus non fuerim. Quippe quæ prætertheologicam maiestatem, insignem quendam utriusque iurisperitum, atque in disciplinis alijs non segniter exercitatum uehementer efflagitant. Cuiusmodi uiro, ubicunque tandem is inueniri possit, reliqua omnia & expendenda & ebuccinanda relinquo. Nam, ut de una solummodo particula, hoc est pręfatione non nihil attingam, quomodo ego dicam, quam decenter in fronte ipsa Cæsaream maiestatem compellas? Quam acute hęreticorum omnium mentes denudas ac detegis? Quam diligenter, è diuersis mundi partibus ueritatis defensores colligis, suis dotibus, atque titulis singulis distributis? Quam honorifice atque reuerenter Imperatoria gesta commemoras? Quam pie atque prudẽter eiusdem maiestatis præcedentem processum uel excusas uel interpretaris, uel quod tibi & ipsi ueritati magis arridet, libenter collaudas? Quàm efficaciter tandem ad futuram executionem incitas atque hortaris? Non immerito ergo sapientius trutinanti cætera missa facimus. Ve-

rum,ut partes meas intactas non prętermittam, omnino te ó Franciscanæ militiæ adiuratissime cataphracte, macte, rerum ingentium prestantissime author, orthodoxæ fidei propugnator inuicte, perfidiæ sacrilegæ uniuersalis destructor, impietatum cunctarum acerrime cunctator, te inquam Dominicæ uineæ operosissime cultor, monere, hortari, obtestariq́ non desinam, ut præclaris istiusmodi facinoribus semper incumbas: quo et polorum celsa tibi feliciter comparare, & religioni nostræ sanctissimæ splendorem nō uulgarem cumulare iugiter queas. Vale.

* *
*

INDEX CAPITVLORVM OMNIVM rerum, quæ in tribus huius operis libris pertractantur.

a significat primam faciem, b secundam.

Capitula primi libri.

INDEX OMNIVM RERVM PRÆCIPUARUM quæ in his tribus libris, de iusta hæreticorum punitione, pertractantur, ordine alphabetico digestus: ubi aduertas a primam pagellam, & b secundam significare.

**

FINIS.

F. ALFONSI DE CASTRO ZAMORENSIS, ORDINIS MINORVM DE obseruantia, in tres libros, quos de iusta hæreticorum punitione edidit, Præfatio.

VAriæ sunt & ex diametro pugnantes de hæreticorum punitione ab aliquibus datæ cēsuræ, quibus etsi extremæ illæ sint, & longissime ab æquitate recedentes, patroni tamen non desunt, qui nunc illarum ultro suscipiant tutelam, & illis pertinacissime fauere conētur. Sunt enim aliqui multum de Pharisæorum supercilio habentes, adeo morosi, & intractabiles, ut hæreticos oēs irrecōciliabili odio, & sine ulla punitionis lenitate persequendos esse cēseant. Cum aliquem in hęresim lapsum esse cœperint mirum in modū lætantur, sicut exultant uictores capta præda quando diuidunt spolia, & illico impotenti quodam furore agitati, mille in illum conijciunt cōuitia, mille illi in faciem dicūt contumelias, & tādem citissime illum igni tradēdum esse decernūt. Hoc enim hæreticorum odio quasi quodam certissimo, & indubitato Symbolo se fidei Catholicæ ardentissimos zelatores, propugnatoresq́; cōstantissimos alijs ostēdere conantur: tanquā si fides Christiana secū necessario cōnexum haberet furorem, & oēm prorsus à se reijceret mansuetudinem, & correctionis lenitatem. Vt tamē hos, qui nō usquequaque à uera iustitiæ regula aberrant, aliqua ex parte consolari possim, fateor qdem illos zelum fidei Catholicæ habere: uerūtamen non secundum sciētiam illum moderantur, atque temperāt. Quia uolentes iustitiam suā statuere, iustitiæ Dei obliuiscūtur. Nam iustitia Dei, quam Paulus docet est, ut cum modestia corripiātur ij, qui resistunt ueritati, nequando det illis Deus pœnitētiam ad cognoscendum ueritatē et resipiscant à Diaboli laqueis

2. Ti. 2

à quo captiui tenentur ad ipsius uoluntatem. Bonũ q̃dem rectorem decet, ut ex sua infirmitate aliorum infirmitates pensans, magis per humilitatis, & mansuetudinis lenimentum studeat errantes ab erroris laqueo eripere, quàm per austeritatem in foueã perditionis ꝓpellere. Sæuus quidem & plus satis acerbus merito censebitur chirurgus, qui nulla prorsus adhibita fomentorũ lenitate, nullisque alijs tentatis remedijs omnia uulnera adustionibus curare niteretur. Nam prius blanda oportet adhibere uulneri medicamenta, & experiri an ullis possit uulnus lenibus sanari fomẽtis, quæ cum nihil proficere posse ex re ipsa intellexerit: tũc bonũ erit acerbioribus uti medicamẽtis, & partem illã infectam, si res desperata fuerit, resecare, ne uirus ipsum in reliquas corporis partes grassetur, & sic totum corpus inficiat, & perdat. Hoc exemplũ imitãtes ij, penes quos est ius, & potestas de hæreticorum punitione cẽsendi, deberẽt prius eorũ, qui in hæresim lapsi sunt læsas sanare cõscientias, serpẽtia auferre ulcera, adurere aliqua nõ abscindere: tãdem quod sanari non posset cum dolore resecare. Qui hæreticos primo congressu contumelijs afficiunt, & nullis prius tentatis remedijs, quibus illos ad Catholicæ ecclesiæ gremium reducere possint, statim euita tollẽdos esse decernunt non sanare: sed occidere optant. Hos enĩ redarguit Deus per Ezechielẽ prophetam dicẽs. Quod infirmum fuit, non consolidastis, & quod ægrotum non sanastis: quod confractum est, non alligastis, & quod abiectum est, non reduxistis: & quod perierat, non quæsistis. Sunt rursus alij prorsus contrariam docentes sententiam, qui nequaquam pati possunt, ut hæretici quãlibet pertinaces pœna aliqua puniantur: & ob eam causam Catholicam ecclesiam nigro carbone notãt, quod uaria pœnarum genera huiusmodi hæreticis contra ius, fasq́ (ut aiunt) decretis editis illa statuerit. Reges, ac cæteros Christiani orbis Principes, propterea quod hæreticos puniunt, & uerberibus illos ad fidem, quam in ba-

Ezec. 34.

ptiſmo ſuſceperunt,tuendam cogunt,tyrannos uocant. Qui ita ſentiunt,ſi aliquis in hac parte permittitur coniecturis,aut ſuſpitionibus locus,non aliorum:ſed ſuã cauſam mihi tueri uidentur. Nam ideo illos ita docere ſuſpicor,ut impunitate hæreſibus conceſſa, liberius quas uoluerint,poſſint hęreſes,aut uerbo prædicare, aut ſcripto docere. Optant quidem illi eas,quas cõtra eccleſiæ Catholicæ fidem mente conceperunt ſententias in publicum effundere: ſed metu pœnæ coerciti mutire non audent. Et ob hanc cauſam male illos habet hæreticorum punitio,quæ illorum effrænatam compeſcit dicẽdi,ſcribendiq́ libidinẽ. Hæreticos igitur ideo impunitos eſſe relinquendos aliqui contendunt, & ut uel hac uia ſibi ipſis impunitatem acquirant,qua adepta libere poſſint, quicquid libuerit docere. Harum duarum tam diuerſarum,ſecumq́ pugnantium ſententiarum:altera pp acerbiſſimam illius auſteritatẽ: altera ob nimiã remiſſionẽ, pernitioſamq́ indulgentiam deferenda mihi uidetur. Inter has igitur mediam in hoc opere docere ſtatui,quę ab utraque longe diſcedat,neque ad dexteram, neq; ad ſiniſtram declinans. Potiſſimus tamen huius noſtri operis ſcopus eſt: contra eos, qui hæreticorum impunitatem docent, pro Catholica eccleſia, ueluti filius pro matris honore pugnare,cauſamq́ illius pinguiori, qua potuero Mineruą agere, ut oſtẽdam nihil illam iniuſtum, nihilq́, quod ueram matrem dedeceat illam ſtatuiſſe. De qua re nullus unquam (quod ſciam) ante me diſſeruit. Nam etſi aduerſus eos, qui hæreticorum impunitatem docent multi theologi Catholici, & docti hoc noſtro ſeculo ſcripſerunt, qui hæreticorum punitionẽ multis, euidentiſſimisq́ rationibus iuſtiſſimam eſſe perſuaſerunt,quod tamen iuſtæ ſint omnes illæ pœnæ,quæ iure canonico & ciuili aduerſus hæreticos decretæ ſunt: nullus eorum, quos hactenus uidere licuit, probauit: nec de illa re ullus unquam illorum diſſeruit. Quæ res certę non erat prætereunda, præſertim cum multi ſint

hoc nostro seculo, qui illas iniustas esse pertinacissime contendant. Scio plerosque iuris peritos de huiusmodi pœnis satis superq; disseruisse, nullus tamē eorum, quos nouerim, uel aliquam suæ disputationis partem ad hūc scopum direxit, ut omnes illas pœnas iuste hæreticis irrogatas esse probaret. Suspicor hac occasione ab illis omnibus hanc disputationem fuisse omissam, quod impium illi autumant, de legum bonitate, & iustitia dispu tare, quas omnes sanctas esse censent, & perinde ac diui na oracula uenerandas. Sint licet illæ sanctissimæ, non desunt tamen, qui nigrum illis præfigere thita non uerē tur. Harum igitur legum: quæ hæreticis pœnas aliquas decernunt, tutelam ab omnibus desertam ego hac intentione impręsentiarum suscipio, ut illas omnes iustissime inflictas esse non solum pro uiribus tuear: sed alijs etiam ut in eandem transeant sententiam urgentissime Deo fauente persuadeam. Vt autem rem hanc pie, & plene absoluere possim, tribus libris opus hoc partiri de creui, quibus quicquid ad hanc rem spectat, comprehē di posse sum arbitratus. Primo libro de ipsis hæreticis disseram, & ostendam, qui sunt illi, & quomodo sint de suis hæresibus legitime admonendi, ut si forte suo agnito errore ad uiam uoluerint ueritatis redire, doceamus qua benignitate, & misericordia sint ab ecclesia recipiē di. Alterō mox libro de illis hæreticis, qui suas tam mordicus hęreses tenent: ut ab illis nequaquam auelli possint, pertractabo: & pœnas, quæ sunt illis a iure decretæ, sigillatim recensebo, quibus ad amussim declaratis, eas omnes iustissime īflictas esse multis euidētissimisq; rationibus Deo adiutore conuincam. Tertio denique libro uias aliquas ostendam, quibus mea sententia obuiari potest hæresibus, ne ulli deinceps īter Christianos oriantur hæretici, quos ecclesiæ præsules, & mūdi Principes citra remissionis, & ignauiæ notam non possint re linquere impunitos. Ante omnia tamen theologos, & iuris peritos, quibus omnibus opus hoc profuturū spe-

ro, exoratos esse uellem, ut si illorum alteruter in hoc opere legens aliquando circa notissima suæ facultatis principia ampliorem forte, quàm ille uellet sermonem me fecisse uiderit, non ideo succēseat mihi, aut opus hoc contemnat. sed illa non sibi, sed alterius facultatis hominibus me scripsisse intelligat. Sunt enim aliqua iuris peritis notissima, circa quæ parum uersantur theologi. Sunt rursus alia theologis apertissima, etiam ex his, quę ad hæreticos spectant, quæ non sunt ita iuris peritis manifesta. De quibus omnibus cum sim in hoc opere disputaturus, ne forte in eam, quam alijs parare intendo incidam foueam, illud in primis testor me nolle quicquam aduersus Catholicę ecclesiæ doctrinam sentire: sed eiusdem ecclesiæ iudicio, & censuræ opus hoc, & me ipsum totum subijcio. Quod si forte, prout sunt intellectus humani fallaces, ab illa sententia, quam Catholica docet, & tenet ecclesia aliquando in hoc opere me deuiare cō tigerit, ut id non ex industria: sed per ignorantiam, aut negligentiam me dixisse arbitrentur, omnes exoro. Et illud ex nunc pro recantato haberi peto: quoniam in uerba ecclesiæ Catholicæ iuraui, & in obsequium Christi illius sponsi, qui illam iugiter docet, intellectum meum iandudum in captiuitatem redegi. Ob quam causam omnibus ecclesiæ Catholicæ definitionibus ueluti diuinis oraculis fateor me esse obedire paratum.

F. ALFONSI A' CASTRO ZAMORENSIS ORDINIS MINORVM DE IVSTA *hæreticorum punitione Liber primus.*

Quid sit hæresis. Caput I.

DE hæreticorum punitione tractaturus ab hęretici definitione exordiri debuissem, ut inde omnib⁹ pateret qd sit id, de quo præsentem suscipimus disputationem. Verum quia oẽs, q̃ uocis etymologiam, uel mediocriter agnoscũt, optime norunt hanc uocẽ, hæreticus ab hæresi deduci: ideo præsentẽ disputationem longius pe[illegible]ndã esse censui, ut ab hæresis definitione illam auspicaret: & inde ad hęretici definitionem manifestandã facilius ꝓficiscerer. De hac re & si in opere illo, quod aduersus oẽs hæreses edidi abunde ptractauerim, nunc tñ fusius, & ex actius dicere statui, ꝑpea ꝙ quę nunc agimus, eò tendũt: ut his, q̃ de hæreticis iudicare, & illos punire habent, notũ esse possit, quali nota oẽs circa fidẽ errãtes inurere debeãt. Quæ oĩa scire hmõi iudicibus est ualde necessarium, ob id solum, quod non omnes errores etiam si illi de rebus fidei tractẽt, sunt ęqua lance pensandi. Prius igitur nudã nominis significationem explicemus, & inde uerã hæresis definitionem melius inuestigare poterimus. Hæresis cũ non Latina, sed Græca uox sit illius etymologia, & significatio a Græcis petenda est, non aũt a Latinis, prout quidam parũ in sermone aut Græco, aut Latino eruditi de hæresi differẽtes faciunt, q̃ hæresim ab hęredo deducunt, atque ob id aliquam assertionem hæresim dictam esse putant, qđ quis suo tantum innitens iudicio, illi ptinaciter adhæreat. Hãc uocis bellam etymologiam reddit Petrus de Palude in quarto sententiarum distinctione. 13. Hostiẽsis uero in sua summa deducit hanc uocem hęresis ab ercifcor, quod prisco uocabulo significat diuidere. Sed ista multo magis ridẽda est etymologia,

quam precedens qđ facile intellexisset, si considerasset, qđ huius uocis hæresis prima syllaba scribitur p diphtõgum, æ, & cum aspiratione. At hæc uox, ercisco r, nec diphtõgum habet in principio nec aspiratione. Abbas in cap. firmissime de hæreticis, triplicē assignat deriuationē huius uocis hæresis. Dicit.n. eā deduci ab hoc uerbo adhæreo, uel ab hoc uerbo ercisco r, uel ab hoc uerbo erro. Non qdem miror, φ hæc ignorent, quæ suæ ꝓfessionis non erant: sed miror, quod quæ ignorabāt, non sint ueriti tanta cum authoritate docere. Iustū qdem fuisset, ut de hac re, quā prorsus ignorabant, uiros doctos cõsuluissent, a quibus edocti potuissent postea sine rubore alios docere. His igit̃, & alijs eiusdem farinæ huius uocis etymologijs reiectis: dicimus hæresim Græce idem esse, quod electionem Latine. Nam hæresis ab αἱροῦμαι Verbo Græco deducitur, quod Latine uersum sonat idem qđ eligo. Et ob hanc causam philosophorū sententiæ, aut opiniones hæreses quandoque dicunt: quia eā, quæ sibi magis placebat, illoꝝ quisque eligebat sententiam. Sic.n. Cicero in paradoxis ait. Cato in ea est hære *Cicero* si, quæ nullum sequitur orationis florem. Hæresim dixit ꝓ electione, quia talem dicendi stylum sibi elegerat Cato, qui nullū prorsus orationis florem haberet. Quia igit̃ hæresis electio est, fit, ut Christianorum fides nunquam hæresis uere dici possit. Hæc.n. non ex hominis arbitrio pendet, neq; ingenio humano inuenta est: sed Deo inspirante et reuelāte est hominibꝰ manifestata. Sermo meꝰ, *1.Cor.2* & pdicatio mea (inquit Paulus) non in persuasibilib. humanæ sapientiæ uerbis: sed in ostensione spiritus, & uirtutis dei. Et iterum alibi: Gratia enim saluati estis per fi- *Ephe.2* dem, & hoc non ex uobis. Quibus uerbis Paulus aperte satis docuit Catholicam fidem non esse humana ratione inuentam, neque ex hominum electione pendere: sed ex dei uocatione, & donatione. Quo fit, ut iuxta ueram huius uocis significationem, hæresis minime dici possit. Inuenimus aūt fidem Catholicam sectā fuisse aliqñ no-

minatā : sed hoc a uiris impijs, & incredulis, aut ab ijs, q et si Christiani sunt, parum tū fidei Catholicę dignitatē intelligūt. Nam Iudęi habitantes Romā Paulo illuc aduentanti dixerūt. Rogamus a te audire, quæ sentis: nā de secta hac notū est nobis: quia ubiq̃ ei contradicit. Secta dicta est ab infidelibus : nunquam tū fideles Catholici : nisi forte parū eruditi, hoc passi sunt, ut Christiana religio a Deo inspirata, & non p hominē inuēta hæresis, aut secta diceret. Vnde Theophilactus exponēs illud Pauli. Videte, nequis uos seducat per philosophiam & inanē fallaciam, sic ait : Vides quemadmodum per uaria, humana quædam, hominum sensus, & cogitatus, captiones eiusmodi emanarint, eoq; hæreses dicunt, quòd hominum sint uarię sentiētium opiniones. Sed Christiano rū hæc fides nequaquàm humano aliquo sensu, uel iudicio constat, & ideo neq̃ nomen aliqđ sortita est hmōi, ut hæresis diceretur. Hæc Theophilactus. & Tertullianus in libro de pręscriptionibus hæreticorum circa principium ait. Hæresis dicta est Græca uoce ex interpretatione electionis, qua quis siue ad instituendas, siue ad suscipiēdas eas utitur. Ideo et sibi damnatū dixit hęreticū, quia & in quo damnatur sibi elegit. Nobis uero nihil ex nostro arbitrio indulgere licet: sed neq̃ eligere, quod aliquis de suo arbitrio induxerit. Apl'os dñi habemus authores, qui nec ipsi quicquam ex suo arbitrio, quod inducerent, elegerūt: sed acceptā a Christo disciplinā fideliter nationibus adsignauerūt. Hęc ille. Oīs igitur, et sola assertio, quæ ex hominū arbitrio pēdet: siue uera illa sit, siue falsa, hęresis dici pōt, iuxta nudā huius uocis etymologiā. Theologi uero, & cæteri fideles Catholici huius uocis significationē ad fidei dogmata cōtrahentes solā illam hęresim esse dixerunt q̃ aperte fidem Catholicam oppugnare dignoscitur, qa in istarū assseueratione ppria sententia sacris literis, aut ecclesiæ definitioni præfertur, cum tū oporteret (iuxta Pauli consiliū) captiuare intellectum in obsequiū Christi. Nobis igitur hæreseos nomē

Act. 28
Colo 2.
Theo.
Tertu.
Tit. 3.
2. Cor, 10.

infame est: quàmuis Ethnicis sit promiscuũ uerę, falsæq́ assertioni conueniens. Ethnici siquidem liberum sibi esse putant, ut pro suo quisq; iudicio sentiat. Nos aũt, qui iuerba sacræ scripturæ, & ecclesię Catholicæ iurauim⁹, nefas esse censemus, uel latum pilum ab illarũ sententia recedere. Sed fortasse hic quispiam obijciet, q̃ hæresis non sit electio, quia electio est opus uoluntatis: hæresis uero opus est intellectus. Huic aũt obiectioni nos ita respondemus: quòd licet sit operatio intellestus, procedit tñ ab electione uolũtatis, a cuius imperio intellectus mouetur ad assentiendum: quemadmodum fides etiam ex propria affectione procedit. Vnde Augustinus tractatu uigesimo sexto super Ioannem ait: Intrare quisquàm ecclesiam potest nolens, accedere ad altare põt nolens, accipere sacramentum potest nolens credere non põt nisi uolens. Si corpore crederetur, fieret in nolẽtibus, sed nõ corpore creditur ad iustitiam. Apostolum audi dicentem: Corde creditur ad iustitiam. Et quid sequitur? Ore aũt confessio fit ad salutem. Hæc Augustinus. Et quod ille dixit de uera fide, per quam id qđ credere oportet, q̃s credit, idem prorsus de hæresi, per quam non ueritatem Catholicẽ, sed errorem illi cõtrarium quis credit. dicere oportet, ita ut errori aut hæresi nullus adhęrere possit: nisi uolẽs. Hæresis igitur non est electio: sed p̃cedit ab electione uoluntatis. Declarata iã uocis etymologia, opus est, ut rei definitionẽ ostendamus. Hæresis est enũciatio, siue propositio falsa fidei Catholicæ ita repugnãs, ut cũ illa simul esse non possit. Sunt, qui in hac definitione plura reponant: sed an merito id fiat, mox discutiemus. Cũ diximus hæresim esse enunciationẽ, siue propositionem falsam, aperte satis ostendimus factum aliqđ, aut quam libet rem gestam non esse hæresim: qm̃ hæresis non respicit opus exterius, neq; ex illo pendet, ut hæresis dici possit: sed ex intellectu. Nõ est enim hæresis in opere: sed in errore intellectus, hoc aut illud iudicantis. Qui furaẽ, nisi hoc sibi licere putet, nullo pacto est hęresis reus. Qui

Ro. 10.

fornicatur, aut occidit, aut aliud ſimile crimen cõmittit; nunq̃ in hęreſim ob hanc cauſam lapſum fuiſſe, dicetur, niſi hoc impune fieri poſſe crediderit. Et iuxta hunc modum intelligenda uenit ſententia illa, quæ docuerit opus aliquod eſſe hæreſim, ita ut hæreſis non ad opus: ſed ad iudicium de opere datũ referatur. Ita. n. intelligendus eſt Gregorius Nazianzenus cum ſimoniam appellauit hęreſim, nõ quidem quód opus ipſum ſimoniacum, puta rerum ſpiritualiũ emptio, aut uenditio, ſit hæreſis: ſed qa ipſa opinio, qua cenſet hoc ſine peccato fieri poſſe, ſit hęreſis. Nam qui ſpiritualia uendit aut emit, quamuis grauiſſime peccet, crimine tñ hæreſis non erit infectus: niſi hoc ſibi licere putet. Verũ hic forte quiſpiam nobis obijciet, quód ſæpe Inquiſitores hæreſum puniunt, uelut hęreticos, illos, q ĩ aliqua ceremonia Iudaica, aut in aliquo ritu Sarracenorum deprehenſi ſunt. Si res geſta ſine errore intellectus non eſt dicenda hæreſis: cur iſti uelut hæretici puniuntur? Si dicis ex facto ipſo ſuſpicionem iuſtã oriri, ut illa faciẽtes ſic faciendũ eſſe cenſeant: cur non ea dẽ ſuſpicio iuſte etiam ex furto, aut homicidio, aut adulterio naſcetur, ita ut illa exequentes credantur ſentire illa ſine peccato fieri poſſe? Huic obiectioni quidã uir doctus in quadam repetitione, ſeu mauis, relectione, quã de ꝓpoſitione hæretica habuit, reſpondet, dicens: tunc ex facto oriri ſuſpitionem hęreſis, qñ opus ipſum fuit ab aliqua hæreſi laudatũ, aut ſaltem permiſſum, tunc enim de ſic faciente ſuſpicari licet (ut dicit) illum tali hæreſi fauere, quæ ꝓbat factum illud. Verbi gratia: Si qs circuncidatur, aut Sabbatum religioſe obſeruet, hic talis in ſuſpicionem Iudaicæ perfidię merito incidit, aut qđ credit ueteris legis ceremonias etiam a Chriſtianis eſſe obſeruandas, qm̃ Ebionitæ hæretice ſic olim ſenſerunt. Si aũt opus illud non fuit unquam ab aliqua hęreſi laudatum, ex tali opere quamuis ſit graue peccatum dicit ſuſpicionem hæreſis iuſte oriri non poſſe. Sed hoc non poſſe defendi manifeſtiſſime conuincitur per hoc, quód nullum

ferè crimen posset committi, ex quo iuxta hāc opinionē; non oporteret suspicari illum sic facientem male sentire de fide: qm̄ adeo hominum malitia præualuit, ut uix ullum sit peccatum, qđ aliquem non habuerit patronum. Nam si de coitu carnis loqui uelis, nulla est illius tā pestilens species, aut nefanda soboles, q̄ non sit ab aliquo laudata. Promiscuum fœminarū usum licitum esse dixerunt. Nicolaitæ, Floriani, Adamitæ. Simplicem fornicationem Græci a pc̄tō defendunt. Omnis deniq; carnalis cōmistio quæcunq; illa sit, siue inter uiros, siue inter fœminas, si carnalis libido nimium urat, a Valdensibus iudicata est licita. Restitutionem rei furto sublatæ esse necessariam ad salutem animæ assequendam, oēs fideles Christiani sentiūt. Græci tn̄ (ut de illis refert Guido Carmelita) hoc non esse necessarium docent. Sui ipsius occisio adeo damnata est ab omnibus fidelibus, ut ueniæ locum apud Deum nullū habere dicant. Circūcelliones tn̄ illā usqueadeo laudauerunt, ut martyrium esse dicerēt. Nec sola occisio: sed cuiusq; principalis mēbri abscisio, nisi pro tuenda corporis bona ualetudine fiat, ab oībus etiam fidelibus est damnata. Valesij tamen hæretici (ut beatus Augusti refert) dixerunt esse necessariam uirilis membri abscisionem ad deo bene seruiendum. Inobedientiā subditorum Beguinæ, & Begardi laudarunt, & illis subscripsit in hac parte Lutherus dicēs obedientiā, quam inferiores superioribus reddūt esse miserā seruitutem. Votorū uiolationem licitā esse docuerunt Lampariani, pseudo apl'i, Vuitcleuitæ Luterani, deniq; si fides adsit nullum opus damnandum esse docuit Eunomius. Cū ergo hæc ita se habeant: illi, qui dicunt ex quolibet facto, quod ab aliqua hæresi probatum esse constiterit merito suspicionem hæresis oriri, necessario concedere habent oēm talem qui in aliquod horꝫ criminum lapsus fuerit, quæ nunc pxime enarrauimus à uarijs hæreticis fuisse laudata, merito suspicionē hæresis incurrere, & ob illam posse capi, & puniri. Oportet igitur oēm fornica-

torem,& ablata restituere nolentem,seipsum castrantẽ, oẽm subditum inobedientem, oẽm uoti cuiuscunq; uiolatorem,oẽm mendacem, periurum, oẽm deniq; scelestum hominem de hæresi suspectum esse, ꝓpea quod hæreses fuerunt olim quæ singula hæc licita esse dixerunt. Absit tñ a'uiro Christiano tanta seueritas & tã iniusta. Nam si ita fieri oporteret,necessariũ esset dicere, nullum crimen esse ex pura malitia,aut ex infirmitate: sed omne ex ignorantia.At multa sunt peccata ex pura malitia,q̃ homines scientes se male agere,cõmittunt. Vt patet in illis de quibus ait Iob,qđ de industria recesserunt a Deo, & in illis,qui cum proposito pœnitendi peccant,qui nisi se male agere crederent,nũquam in posterum pœnitere ꝓponerent.Cum igitur multos tales esse constet,non est æquum,ut de omnibus suspicemur,illos cum crimen aliquod cõmittunt sentire sic esse faciẽdum. Cur aũt de uno plusquam de alio hoc suspicari liceat,ego ex natura ipsius criminis oriri puto.Sunt.n.aliqua opera,ad quę sumus omnes proni,& natura procliues,& in illa etiã cõtradicente conscientia p̃cipites sępe labimur: ut sunt carnis uoluptates,diuitiarꝫ cupiditas,honoris appetitus. Et in his nisi aliud addatur, quod merito suspitionem augere ualeat,ex solo facto non credo,quòd possit iusta suspicio oriri. Vt si quis fornicetur,aut furetur, aut mentiatur,aut honores ambiat, aut suo superiori obedire recuset, aut aliquod aliud similis farinæ scelus cõmittat: quamuis circa qualitatem delicti peccet,non tñ ob hoc solum erit de hæresi suspectus,ut ille credat hoc sibi licere,quod facit. Nam cum ad peccata illa a' carne nostra solicitemur,sic ut quamuis illa esse mala sciamus,cõmittere tñ non formidemus. Posset tñ talis circunstantia in hmõi peccatis esse,ꝑp quam ex opere ipso uehemẽs hęresis suspicio iuste oriatur. Vt si qs sacerdos,aut religiosus non sacerdos,publice matrimonium contraheret,is certe licet ex simplici coitu,non posset merito credi hæreticus,tñ ꝑp matrimonium adiunctũ digne pręsumitur

Iob. 37

hæreticus, præsertim si publice contraxit, aut publice nuptias celebrauit, qm̃ talis merito credẽdus est male sentire de sacramentis ecclĩæ. Non tñ credo æque uehemẽtem suspicionem esse habendam de illo si clam hoc fecisset, qm̃ de illo merito suspicari posset dolo fecisse, ut hac uidelicet uia muliere frueretur, quam alias assequi non poterat. Et idem censeo dicendũ de illo, qui uiuente uxore aliam sciens duxit. Sũt alia opera ab his, quę diximus longe diuersissima, quæ uoluntas naturaliter refugit, & ad illa appetenda: nisi ab alio, puta à passione uehemẽti, uel ab errore intellectus uehementer impellatur, nunquam ipsa ex se mouebitur. Verbi grã, sui ipsius occisionẽ, principalis membri abscisionem, uoluntas hominis ppinsitum, quẽ habet carnis suæ amorem naturaliter refugit, qm̃ (ut ait Apostolus) nemo unquam carnẽ suam odio habuit. Et in his (mea quidem sententia) ne temere quicquam suspicemur, prius inquirendũ est: an passio aliqua uehemens præcesserit, quæ illum ad tam horrendum scelus perpetrãdum impulerit. Nam impotenti, & effrenato odio libidinis euenire poterit, ut quis uirile mẽbrum abscindat, tædio tentationis uictus. Sæpe etiam contingere scimus aliquos tædio angustiæ, aut doloris alicuius, quẽ pati non possunt, mortem sibi ipsis inferre, ut saltẽ hac uia, doloris & angustiæ finem inueniant. Et certe qui hæc, & similia cõmittunt, credendi sunt ex infirmitate, aut ex passione uictos tam horrendũ scelus cõmisisse. Si uero aliunde constiterit, non ex pusillanimitate spiritus, aut uehemẽti passione, in tale crimẽ fuisse lapsos, necessariũ erit tunc suspicari illos tali hæresi fuisse infectos, ut crediderint hoc sibi licuisse, quod fecerunt. Qm̃ cum uoluntas ex se ad illa non fuerit mota, nec ex passione, uel infirmitate (ut supponimus) oportet necessario, ut ex errore intellectus ad id faciendum motã esse credamus. Sunt rursus alia opera, ad quæ uoluntas non ex se mouetur, nec etiam ex se illa refugit: qm̃ nihil illa habent, quo possint uoluntatẽ allicere, uel à se repellere:

ſed uoluntas eſt dubia & anceps ad illa, cũ ſint illi p intellectũ nude oſtenſa. Taliũ ſunt ceremoniæ Iudaicæ, aut Sarracenorum ritus: ut ſunt, religioſa Sabbati obſeruatio abſtinẽtia à ſuffocato, & ſanguine, aut alijs cibis, lege Moſaica prohibitis, niſi forte ſalutis corporalis cauſa, talẽ abſtinentiam factam eſſe conſtiterit. Ieiuniũ die Dominico, eſus agni Paſchalis iuxta ritum Iudaicũ, aut quoduis aliud ſimile. Baptizare imagines, aut corpora mortuorum, imagines ſanctorũ confringere, ſacramentum altaris conculcare. Cũ hæc hõ facit, certum eſt illi⁹ uoluntatẽ ab intellectu moueri ad illorum appetitum. Nõ .n. mouetur ab obiectis: qm̃ (ut diximus obiectum tale non eſt, ut poſſit allicere uoluntatem. Nec mouetur à ſe, aut à carne ſua: qm̃ nec uoluntas, nec caro, habet ad illa opera aliquam inclinationẽ. Cõſequens eſt igitur ut ab intellectu motam eſſe uoluntatem credamus, ita, ut uoluntas tale opus non uoluiſſet, niſi intellectus illi bonũ eſſe perſuaſiſſet. In his ergo uehementiſſima hæreſis ſuſcipio ex opere exteri⁹ facto iuſte oriri põt, ita ut q talia facit merito præſumat credere hoc bonũ eſſe, qđ facit. Nã Ariſtoteles Ethicorum tertio ait: Qualis eſt unuſquiſque talia dicit, & operatur. Deinde additũ eſt in definitione hæreſis, quod oportet talem propoſitionem falſam eſſe fidei Catholicæ repugnantẽ, ut hæreſis dici poſſit. Nam multæ ſunt propoſitiones falſæ, q̃ nullo modo hęreſes dici merent: quia nullo modo fidem oppugnant. Sicut .n. non oĩs ueritas ad fidem pertinet: ita nec oĩs falſitas, aut error hæreſis dici meretur. Poteſt .n. quis multis ꝓpoſitionibus falſis cum errore, & ſine pctõ aſſentire. Hæreſi autem ſine peccato, & quidem graui nullus obſtinato animo adhærere poteſt. Non ergo omnis aſſertio falſa, aut omnis error eſt hæreſis dicendus. Hæc omnia teſtimonio Auguſtini probantur, qui in Enchiridio ad Laurentium capite. 21. Poſtquam dixerat nullum eſſe peccatum in quibuſdam rebus errare, hæc, quæ ſequuntur, ſubiunxit. Poſtremo qualecunque illud, & quantuncunque

Ariſt.

Aug.

sit, ad illam uiam non ptinet, qua imus ad Deum, quæ uia fides est Christi, quæ per dilectionem operatur. Neque enim ab hac uia deuiabat in geminis filijs gratus ille parentibus error, aut ab hac uia deuiabat Apostolus Petrus, qñ se existimans uisum uidere: aliud pro alio sic putabat, ut à corporum imaginibus, in qbus se esse arbitrabatur, uera in qbus erat corpora non dignosceret, nisi cum ab illo angelus per quem fuerat, liberat⁹, abscessit. Aut ab hac uia deuiabat Iacob Patriarcha qñ uiuẽtem filium bestia credebat occisum. In his, atque hmõi falsitatibus, salua fide, quæ in nobis est, fallimur: & uia non relicta, quæ ad illum nos ducit, erramus. Qui errores ẽt si peccata nõ sunt, tñ in malis huius uitæ deputãdi sunt, quæ ita subiecta est uanitati, ut approbẽtur hic falsa pro ueris, respuantur uera pro falsis, teneanť in certa pro certis. Quãuis enim hęc ab ea fide absint, perquã ad ueram, certamq́; , atque æternã beatitudinem tendimus, ab ea tñ miseria nõ absunt, in qua adhuc sumus. Nullo modo quippe falleremur in aliquo: uel animi, uel corporis sensu, si iam uera illa, atque perfecta felicitate frueremur. Hactenus Augustinus. Ex his satis clare patet non oẽm assertionem falsam esse hæresim dicẽdam. Si tñ illa fidei Catholicę repugnauerit, nos oẽm talem dicimus esse de hæresi notãdam. Scio tñ esse aliquos, qui plura esse necessaria dicunt, ut assertio aliqua hæresis dici mereatur. Sunt enim aliqui docentes omnia illa ad hæresim requiri, quæ requiruntur ad hoĩem hæreticum efficiendum. Et certe qui hæc asserunt, tota errant uia: qm̃ unum ab altero facillime separatur. Possibile est enim, ut aliquis ꝓpositionem hæreticam asserat, qui tñ non sit hæreticus dicendus. Hoc ita esse manifeste apparet in illo, qui non obstinato animo talẽ propositionem asseruerit, & in illo, qui asserit, qđ ignorat præsertim si illud scire nõ tenebatur. Hunc enim ignorãtia excusabit, ut hæreticus non dicatur. Propositio aũt ab illo asserta, nõ uideo qua uia possit ab hæresis nota liberari si illam fidei Catholicæ

Gen. 27

Act. 12.

Gen. 37.

repugnare constiterit. Nam quod aliq dicunt nullā assertionem esse de hæresi notādam, nisi illa sit contra ꝓpositionem Catholicam, quam oēs fideles scire tenētur, ridiculum uidetur, & audaci temeritate dictum, qm̄ hac sola rōne impetunt oēs egregios doctores, & sanctos uiros, qui de hæresibus scripserūt, ut fuerunt Irenæus, Augustinus, Philaster. Hi enim multos errores hæreseos nota infamarūt, qui iuxta istoꝝ opinionem nihil minus dici merebantur, cum non essent cōtra propositiones Catholicas, quas oēs scire tenentur. Præterea, licet sint multæ ꝓpositiones ad fidē Catholicam pertinētes, quas nō oēs scire tenētur, si tñ illas pręter obligationem, qs sciat esse Catholicas, & sciens illis dissentiat, et cōtrarias aut contradictorias asserat: nullus dubitat qn tales contradictoriæ sint hæreses dicendæ, & tñ illæ non sunt cōtra propositiones Catholicas, quas oēs scire tenentur. Etsi quis Christianus sciens, & doctus illas tales contradictorias pertinaciter assereret, merito hæreticus dicereť. Idiota uero illis assentiens, & si erraret, non tñ hęreticus diceretur, imò nec peccaret, si pertinacia deesset, quia in his, quæ scire non tenebatur erraret. Vt gratia exēpli, si quis doctus uir Christianus sciens cōtrarium in sacris libris contineri ptinaciter assereret Esau non fuisse filium Isaac, aut Dauidem non genuisse Salomonē, absque dubio hæreticus diceretur, & nō ob aliam causam: nisi qa hęresim obstinato animo asserit. Si uerò homo simplex, & idiota aliquam istaꝝ assereret, quāuis ille ob hoc nō dicetur hæreticus, imò nec peccasse censebitur, tñ ab illo asserta ꝓpositio semper diceť hæretica. Alioqui oporteret cōcedere eandem ꝓpositionem ab aliquo assertam esse dicendam hæresim, quæ si ab alio assereretur, hæresis dici non mereretur. Hoc aūt concedere, quā sit erroneum, uel mediocriter docto erit manifestū, si cōsideret, quod propositio non dependet ab assertore, ut talis dicatur. Propter nostrum affirmare, aut negare (inquit Aristoteles) nihil mutatur in re. Si propositio est uera à quocunque

que

que dicatur etiã si mendacissimus ille sit, semper erit uera. Si propositio est falsa, à quocũque dicatur, ẽt si alias ille semper fuisset uerax inuẽtus, erit falsa. Oportet ergo, ut si propositio est hæretica, à quocũque asseratur, sit ẽt semper hæretica. Deinde, propositio Catholica nõ pendet ab assertore, ut talis dici mereatur: ergo nec ꝓpositio hæretica ab assertore pendebit, ut hæresis dicatur. Hęc propositio: Deus est trinus, & unus: siue illam asserat Iudæus, siue Sarracenus, siue Paganus, siue Christianus, semper dicetur Catholica: ergo sua cõtradictoria uidelicet: Deus nõ est trinus, & unus, à quocũque dicatur, semper erit hęretica quãuis non oĩs, q illam asserit, sit necessario dicendus hæreticus: qm̃ (ut postea docebimus) non satis est. ut quis dici hæreticus mereatur, quod ꝓpositionem asserat hæreticam. Rursum hæresis non deducitur ab hæretico: sed hæreticus uersa uice ab hæresi deriuatur: nõ igitur oportet, ut propositio, quæ hęresis est dicenda, sit ab hæretico asserta, sed bene contra oportet, ut qui hæreticus est dicendus, ꝓpositionem asserat hæreticam. Ex his igitur constat errare illos, q dicũt, ad hoc, ut ꝓpositio aliqua dicat hæresis, esse sũme necessarium, ut a uiro Christiano sit asserta. Bene tñ nos fatemur hoc esse necessarium ad hoc, ut quis hæreticus dici mereatur, quòd fidem in baptismo susceperit: qa hæreticus (ut diximus) ab hæresi deriuatur: non aũt hæresis ab hæretico: & homo ab assertione, & confessione sua nomen suscipit, ut fidelis, uel hæreticus dicatur. Propositio aũt nullo modo ab assertore dependet, ut illa hæretica, uel Catholica merito dici possit. Et pp hanc cãm à multis doctis uiris erratũ est in hac parte, quia hoc considerare neglexerunt. Nam quæ ptinent ad hæresim, & quę hæretico conueniunt, simul in unum cõfuderunt, tanq̃ eadem esset utriusque definitio, & eadem habẽda esset de utraque re disputatio. Nos tñ rem (ut decebat) magis scrutantes, & inuestigãtes, cũ res esse prorsus diuersas cognouerimus, diuersas de illis disputationes faci-

mus. Nunc de hæresi diximus: postea aũt de hæretico tractabimus, ut quis tali nomine appellandus sit, ostendamus. Vt igitur ea quæ de hæresi diximus, in compendium colligamus, dicimus hæresim esse propositionem falsam fidei Catholicæ repugnantem.

De malitia hæreseos quanta sit. *Cap.* II.

Quanta sit hæreseos malitia ex eo facile quisque itelligere potest, si consideret quãta sit fidei bonitas, & uirtus. *Aristo.* Rectũ enim (ut ait Aristoteles) est iudex sui & obliqui. Fidei aũt uirtus tãta est, ut sine ipsa nil Deo gratum esse possit, nec sine ipsa aliquid à nobis uere bonũ effici possit: q̃m illa est, quæ cęteris uirtutibus uiam parat, & illis scopum, ad quem suos actus dirigant, ostendit. Sicut enim inter cęteras uirtutes, quę usitato & iam recepto uocabulo Cardinales dicũtur, prudentia est prima quia reliquas dirigit, & uiam, qua incedere debẽt, ostẽdit: sic etiam inter illas, q̃ theologales appellanẽ, fides est prima: qa reliquas quid agere debeant, docet. Nemo sine fide, quid sperare aut qd diligere debeat agnoscit. Fide destitutus Deũ nunquam (ut decet) amabit: qa nunquam illum remuneratorẽ, aut uere bonum intelliget. *He.11.* Credere oportet accedentem ad Deũ (ait Paulus) quia est: & quòd inquirẽtibus se remunerator sit. Fides est, q̃ nobis p̃mium nostrorũ laborũ ostendit, & per hoc uires nobis ad laborãdum ministrat, & in ipsis laboribus constãtes reddit. Hæc est, quæ nos temporalia oĩa contemnere, & Deum plus quam omnia creata diligere, admonet. Nam qui ueram de Deo fidem habet, non cupit in miserijs huius seculi diues fieri q̃m dum æterna *Phil.3.* considerat, tpalia sibi uilescunt. Et ideo Paulus oĩa huius mundi arbitratus est stercora, ut xp̃m lucri faceret. Per hanc Moyses honores delitias, & diuitias contempsit. *He.11.* Nam (ut de illo refert Paulus) Fide grandis factus negauit se esse filiũ filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quàm tpalis peccati habere iucunditatem, maiores diuitias æstimans thesauro Aegyptiorũ impro

periũ Christi. Aspiciebat enim in remunerationem. Cũ negauit se esse filium filię Pharaonis, regiam dignitatem contẽpsit, ac ꝑinde honores huius seculi se uilipendere declarauit. Eligens affligi cũ pp̃lo Dei, qui in luto & latere seruiebat, magis quàm tp̃alis peccati hr̃e iucunditatem, aperte ostendit nobis quãtum huius mũdi delitias ęstimauerit. Cum uero improperiũ Christi, hoc est, iniurias uel pro Christo uel ad Christi similitudinẽ patienter toleratas maiores ęstimauit thesauro Aegyptiorum, satis aperte declarauit quid de huius seculi diuitijs senserit. Cãm aũt à qua hic oĩum reꝝ temporalium contemptus ꝓcesserit, Paulus expressit dicẽs. Aspiciebat.n. in remunerationem. Nam idcirco elegit esse pauper, & despectus, quia credidit alia multo maiora bona in posterũ manere, q̃ forent per paupertatem, & cõtumelias adipiscenda. Fides est q̃ nos Dei filios efficit, sicut Paulus ad Galatas scribens ait. Omnes filij Dei estis per fidem, q̃ est in Christo Iesu. Hæc est uita iustoꝝ q̃m ex fide (ut Abacuc propheta testatur) iustus uiuit. Hæc est denique Basis & fundamentum totius Christianæ structuræ, cui, quicquid ad ueram pietatem & religionẽ spectat, innititur. Hæc siquidem est illa firmissima petra supra quam Deus fundauit eccl̃iam suam, supra quã nos oẽs fundari præcepit Paulus, ut stabiles & immobiles simus a spe Euangelij qđ audiuimus. Hinc iã (ut opinor) aperte conuincitur hæresim pessimũ esse uitium, q̃m hęc fidem destruit, quæ fundamentũ est totius religionis, sine qua nihil sunt reliqua oĩa profutura. Vbi.n. fundamẽtum deest, nihil super ædificari potest, & siquid superędificatum fuerat necesse est ut corruat. Fide sublata, omni uitio quãlibet prauo & magno, porta latissima aperitur. Sicut.n. fides cæteris uirtutibus, ita econtrario hæresis oĩbus uitijs uiã parat & aperit. Hinc fideles catholici de hæreticorũ uexationibus conqueruntur, apud Iob dicentes. Quasi rupto muro & aperta ianua irruerũt super me. Quæ uerba Beatus Gregorius interpretans ait

Gal. 3.
Aba. 2.
Mat. 16.
Colo. 1.
Iob. 30

Greg. Quasi murus rumpitur, cum prauorum persuasionibus fides quæ de redẽptore nr̃o est in quorundam corde dissipatur. Cumq; peruersis in hac uita potestas tribuitur, quid aliud quam ianua erroris aperitur? Quasi rupto ergo muro & aperta ianua super bonos irruunt mali, cum accepta tẽporaliter potestate, peruersi ipsa quoque in quorundã corde destruere munimina fidei conantur. Hæc

Pro 9. Gregorius. Ob hanc causam de hæreseos malitia mystice Salomon in prouerbijs loquens dixit: Mulier stulta, & clamosa, plenáq; illecebris, & nihil oĩno sciens, sedet in foribus domus suę super sellam, in excelso urbis loco. Hæc.n. uerba beatus Hieronymus de hæresi intelligẽda esse censet, ita inquies: Mulier hæc hæresis est, contraria nimirum sapientiæ, quæ sua superius sacramenta, cecinit, stulta. s. per fatuum intellectum, & clamosa per garrulitatem, plenaq; illecebris uitiorum: & nihil oĩno sciẽs,

Gal. 6. sicut ait Ap̃ls: Qui se existimat esse aliquid, cũ nihil sit, ipse se seducit. Sedet autẽ & ipsa in foribus domus suæ id est, in doctorib. falsitatis, qui in penetralia perfidię miseros fallendo perducunt. Hactenus Hieronymus. Admonere tñ hic decreui lectorem: ne ex his dictis meis occasionem suspitionis accipiat me sentire, oĩa infideliũ opera esse peccata, ꝑut Gregorius Arminẽsis docet: qm̃ ab illius opinione, & sententia ego manibus (ut dicit) et pedibus recedo. Fateor quidem sine fide nullum opus esse meritoriũ, & uita æterna dignum: non tñ ideo consequens est, ut omne tale sit peccatum, qm̃ hæc duo, uidelicet peccatũ, & meritum: non tam ꝓxime diuidunt, aut ab inuicem separantur, ut qui ab uno recedit, statim ad alterum transeat. Est.n. inter illa mediũ aliquod, qđ ab troq; extremorum separatur: ita ut aliquod sit opus humanum, hoc est, per considerationem intellectus, & uoluntatis libertatem factum, quod nec est pręmio dignũ, nec pœna. Verum & si non omnia infidelium opera sint peccata dicenda: infidelitas tñ portã aperit latissimam ad omnia uitia introducenda. Vnde euenit, ut qui infide

lis,est omni uitio perpetrando aptissimus sit. Sicut.n.q corporales oculos amisit,male se ab hostibus tuetr, qm illorum iacula,a quibus cauere illum oporteret, uidere nō pōt,ita q fidem Catholicam,quę oculus est mentis nrę, dereliquit a dęmonis tentationibus liberari non potest. qm sine fide hostes inuisibiles,illorumq́ incula nō uidētur, & ideo non cauentur. Hac de causa dæmones impēse laborant à fidelibus Catholicis hos oculos eruere,ut eo facilius illorum aīabus nocere possint, quominus ipsi cogniti fuerint. Samsonē post erutos oculos, Philisthijm uinctum catenis duxerunt, & clausum in carcere molere fecerunt,sic dæmones postquam oculos mentis, hoc est,fidē ab aliquo abstulerunt,uinctum illum detinent, & per oīum peccatorum circuitum illum deuolui cogūt, Nam fide ablata, mutua inter pximos charitas euanescit: uinculum pacis dissoluitur:concordia scinditur:uilia hæc, & caduca supra illorum meritū æstimantur. Deus uilescit, & non (ut decet) colitur: omnis deniq; religio prophanatur, omnisq́; pietas perit. Vnde Felix Papa,et martyr in epistola ad Paternum Episcopum ita ait. Hæresis quippe est nimis impia, & Euangelicæ ueritatis inimica, quæ non portionem aliquā lædere: sed ipsa Christianæ religionis conatur fundamenta conuellere. Quocunq;.n.rapit ad se,non solum in hoc uitium: sed in multa alia uitia ruere facit, & ipso suadēte antiquo hoste nō solum persecutores ecclesiæ:sed etiam sacerdotum eius fiunt. Hæc ille. Verum hic aliquis fortasse dubitabit, & merito:an hęresis sit grauius schismate peccatum: dubitandi aūt causa hæc est qđ schisma multo grauius adeo fuisse punitum legimus. Sed hoc nō obstāte nos dicim9 hæresim multo peiorem esse, quam schisma: qm iuxta regulam beati Augustini,tanto aliquod malum est peius, quāto maiori bono opponitur. At hæresis est contra primā ueritatem, quæ Deus est. Schisma uero & si dicatur esse contra charitatē,non tū contra illam charitatis partem,quæ Deum respicit:sed contra illam, quę circa pro

Iud.17

Felix Papa,

ximum uersatur. Est.n.schisma contra bonum fraternæ charitatis,& unionis. Licet aũt charitas maior sit fide, sola tñ ea parte censetur maior, qua respicit Deum: et cõ tra hanc non est schisma: sed contra illam, quæ respicit proximum,& hęc minor est, quã fides. Vnde colligimus hæresim esse ex genere suo grauius schismate peccatũ: qa hæresis diuinam ueritatem, cui fides innititur, oppugnat. Schisma aũt fraternã oppugnat c[illegible]ritatem, & ec ēñæ unitatem scindit. Fatemur tñ aliqu[illegible] posse contingere circũstantias, pp quas schismaticus grauioris culpæ fiat reus quam hæreticus, ut puta si maior adesset cõ temptus uel quia magis per schisma, quam per hæresim noceret. Sed hæc, aut alia similia contingunt schismati: nec illi a natura insunt, ac proinde genus schismatis non est ex illis æstimandum. Nam grauitas peccati ex genere suo, ex illis, quæ sunt illi insita, & naturalia, capienda est, & nõ ex circunstantiis, quæ contingere possunt. Qđ aũt obijcitur, schisma esse grauius punitum, fatemur q̃dem: qm̃ hoc apertissime docet liber Numerorum referens Dathan, et Abiron ob hoc scelus fuisse uiuos absor ptos a terra: sed hoc non obstat quin hæresis grauius sit peccatum. Quoniam licet ultimæ pœnæ, quæ uidelicet post mortem peccatoribus infliguntur, iuxta mensuram delicti (ut legitur in Deuteronomio) imponantur, quæ tñ in hac uita infliguntur, non semper iuxta hanc mensuram dantur. Nam pœnæ, & cruciatus in hac uita non so lum dantur in punitionem: sed ad medicinam, ut scilicet per eas curentur peccata, & ipsi peccatores a similib. in posterum caueant, & alij illorũ periculo sibijpsis consulant, & ab illis abstinere procurẽt. Ob hanc causam minus, & leuius peccatum: quia tamen sępius commissum, aut quia ad illud maior est pronitas, aliquando grauius punitur, ut timore pœnæ illi aut alij ab illorum commissione arceantur. Populus autem Iudæorum ad seditionẽ, & schismata fuit semper procliuis, ut ex discursu sacrarũ historiarũ facile est cognoscere. Et apertum etiam

Nu.16

De.25

de hac re habetur testimoniũ apud Esdram sic dicẽtem ciuitas illa a diebus antiquis aduersum Reges rebellat, & seditiones, & prælia concitantur in ea. Iustum ergo fuit duras infligere pœnas, ut illis ueluti acerbissimis qui busdã adustionib. tam late grassanti morbo obuiaret. 1.Esd.4

De differentia Inter positionem hæreticam, et erroneam, & temerariam, & scandalosam, & alias similis notæ propositiones. Cap. III.

Quia dixi aliquas esse propositiones, quæ & si hæreticę merito censeri non possint, ꝑ uarias tñ illarum propositionũ infames notas, ut puta, quia erroneę, aut scandalosæ, aut temerariæ sunt, inhiberi possunt ab his, quibus hoc incumbit, ne prædicentur populo, aut q̃uo libet doceantur: ideo necessariũ esse existimaui de istaꝝ propositionum differentia tractare, ut inde constet, q̃li nota sit quęlibet falsa ꝓpositio inurenda. De propositio ne hæretica cum satis in primo huius operis capite tractauerim, non est opus impræsentiarum quicquam aut repetere, aut superaddere. Propositio erronea si absque ulla nominis restrictione diffiniatur, dicet absolute qđ est propositio falsa. Et falsam propositionem nunc dico esse non solũ illam, qua aliqd enunciatur aliter esse, quã est: sed ẽt illam propositionem, cui quis aliter quàm deberet, assentit: ut puta quia firmius, aut certius quã deberet. Nam beatus Augustinus errorẽ diffiniens in Enchiridio ad Laurentiũ capite. 17. sic ait: Errare est approbare falsa ꝓ ueris, aut improbare uera ꝓ falsis, aut habere incerta ꝓ certis, aut certa pro incertis. hæc ille. Ex q̃bus aperte constat oẽm illum errare, qui propositioni dubię, aut opinabili assentit cum certitudine fidei, & omnem talem assensum esse erroneum: quia & si uerum forte sit, qđ asserit: aliter tñ quàm deberet, asserit: cum incerta ꝓ certis teneat. Si aũt iuxta hunc modũ, de ꝓpositione erronea loquamur, nulla prorsus est difficultas distinguere inter hæresim, & ꝓpositionem erroneam. cum cõstet alteꝝ esse genus, alteꝝ uero illius speciem. Nam propositio erronea genus est, quod sub se continet hæresim tã Aug.

quam suam speciē: quia oīs hæresis est ꝓpositio erronea, non tñ uice uersa oīs propositio erronea est hæresis dicē da. Sed difficultas est non parua agnoscere, quo pacto inter se differant, hæresis, & error in fide: qm̄ si est propositio erronea, consequens est, ut falsa sit, & si est erronea in fide, oportet, ut falsitas illius sit cōtra ueritatē fidei. At falsum, qđ ueram fidem oppugnat: nescio qua uia eximi possit, ne hæresis dicatur. Quo fit, ut nullum sit inter illa duo discrimen: & certe si aliqđ est, tam occultum est il lud, ut oēs, qui de hac re scripserunt, latuerit: qm̄ nullus eoꝝ, qui de uarietate propositionū damnabiliū scripsit, quicq̄ docuit: unde hæc diuersitas posset agnosci. Ioannes de Turre Cremata in summa eccl̄iæ, libro, quarto, parte secūda, capite. II. diffinit propositionem erroneā, absolute: sed nō diffinit propositionem erroneā in fide. Quidam Martinus Garsia olim in regno Aragonum Inquisitor, & postea Barchinonensis Episcopus, in quodam libello, quem aduersus aliquas Pici Mirandulani conclusiones edidit, de diuersitate haꝝ propositionum in principio libri tractans, eadem, & sub eisdem uerbis, & ferè nullo mutato uerbo, dicit, quæ apud Ioannem de Turre Cremata, habebanť. De Guidone Carmelita pu det loqui: qm̄ de hæresibus differens, cum nihil absolutū, & consummatum scribat, nullā etiam prorsus de diuersitate istaꝝ propositionum mentionem facit. Ex aliquibus tñ uariaꝝ uniuersitatum, & diuersoꝝ conciliοꝝ censuris: uidetur aliquod esse inter illa duo discrimē: qm̄ de uariis assertionibus illi definientes aliquas censent esse hæreticas, aliquas in fide erroneas. Quod aūt ita res habeat ex his q̄ in concilio Constantiensi definita sunt, conuinci pōt: qm̄ cum in sessione octaua eiusdē concilii multæ Ioannis Vuiclefi assertiores dānentur: non tñ oēs eadem nota uruntur: sed eaꝝ aliquę censentur hæreticę, aliquæ erroneæ, aliquæ scandalosæ. Si quis ab his angustiis liberari cupiens, dixerit solam esse uocum differentiam, & non reꝝ, ita ut idem prorsus sit propositio hære

tica, & propositio erronea in fide, ego illius sententię libẽtissime consentirẽ, dicens uniuersitates illas in suis cẽsuris ad solum orationis ornatũ tali uocum uarietate esse usas, ita ut propositiones eiusdem notę, nunc hęreticas, nunc in fide erroneas appellauerint. Et huius sententiæ uidetur fuisse Ioannes de Turre Cremata: quoniam in libro, & parte supra citatis, hæc, quæ sequuntur ait. Error circa quæcunque contenta in sacra scriptura, siue ptineant ad historias, siue ad articulos fidei, siue ad mores, dicetur hæresis. Hæc ille. Si tñ cogor fateri aliquod esse inter propositionem erroneam in fide, & propositionẽ hæreticam discrimẽ, dicam, quod sentio: paratus tñ meliora doceri obedire. Vt autem quod dixerim, apertius fiat, admonere pri⁹ oportuit diuersa esse credibiliũ gña. Quædam.n. sunt talia, quod superant uirtutem nñi intellectus, ita ut ad illa intelligenda non possit pertingere noster intellectus nisi prius crediderit, de quibus Esaias iuxta translationem. LXX. ait. Nisi credideritis, nõ intelligetis. Et ista sunt, circa quæ proprie uersatur fides. Assertio aũt, quæ hæc credibilia oppugnat, hæresis proprie dicitur. Alia sunt credibilia, quæ non omnem uirtutem intellectus superant, & sunt illa, quæ intellectus ex uirtute sua (non excludo hic uniuersalẽ Dei concursum) attingere põt: sed peccatis obscuratus intellectus cognoscere non potest, & pp hoc Deus nñi miseratus illa per scripturam sacrã nobis innotescere uoluit, ut si per nos ipsos malitia nña obstãte illa cognoscere nõ ualeremus, saltem Deo docẽte intelligeremus. Tales sunt istæ propositiones. Deus est. Deus est unus. Deus est intelligẽs. Deus est oĩpotens. istæ oẽs propositiones naturali lumine intellectus possunt sciri: quod aũt a multis gentibus, fuerint ignoratæ, malitia fuit causa, quæ illorum excæcauit intellectus. Nam de istis, & aliis similibus propositionibus Paulus loquebaĩ, cũ Gentilium philosophorũ insipientiam & cęcitatem arguens, dixit: Qui ueritatem Dei in iniustitia detinent; quia quod notum est Dei ma

Esa. 7.

Ro. 1.

nifestum est in illis. Quæ uerba exponens beatus Anselmus ait: Veritatem, id est, quod ipse est uerus Deus, detinent in iniustitia, qa cum uere sciant uni creatori Deo debere cultum summæ uenerationis exhiberi, eũ iniuste exhibẽt creaturæ. Et post pauca subdit. Nam illi nouerunt ueritatem, quam cæteris abscõdunt: quia quod notum est Dei, id est, quod naturali ingenio sciri potest de Deo, manifestum est illis. Multa.n. sunt, quę de Deo per naturã sciri nõ pñt: sicut est mysteriũ icarnatiõis, et passionis, qđ latuit sapiẽtes mundi. Sed hoc de Deo naturaliter sciri potest: qđ ipse sit Deus: quia oĩs creatura ostendit se non esse Deum: sed esse alium, qui eam fecerit cuius seruitio parere necesse sit. Ita quod notum est de Deo manifestum est illis. Hæc ille. Et istæ tales propositiones non sunt proprie obiectum fidei: cum naturali ratione comprehenduntur. Nam (ut beatus Gregorius ait) fides non habet meritũ, cui humana ratio præbet experimentum. Assertio ergo talis, quæ est contra credibilia, quæ naturali ratione probari possunt, erronea in fide dicetur. Vt gratia exempli, quod Deus nõ est unus: qđ deus nõ ops: qđ xps fuerit homo in triduo: quod anima hominis producatur ex semine humano, sicut anima bruti: qđ charitas, qua nos Deum diligimus, est Spiritussanctus. Vita actiua est excellẽtior, quã contemplatiua. Omnes istæ propositiones dicẽdæ sunt erroneę in fide: quia ratione naturali confutari possunt. Hoc igitur inter propositionem hęreticam & ꝓpositionem erroneam in fide esse censeo: quod hæresis proprie dicta est contra credibilia, quæ superant omnem uirtutem intellectus. Error uero in fide est contra credibilia, quæ ratione naturali probari possunt. Si autem credibile aliquod hmõi fuerit, ut præter rõnem naturalẽ possit etiam probari per sacram scripturam, aut ecclesię determinationem, aut per alias uias, quibus ea, quæ credere tenemur probari possunt, assertio, quæ illud credibile opugnat, dicetur hæretica simul, & erronea in fi-

Ansel.

Greg.

de. Talis est hæc propositio: Deus non est unus. Nam, quia ratione naturali illius falsitas conuinci potest, dice tur propositio erronea in fide: quia uero idem per sacram scripturam potest probari, dicetur propositio hæretica, & pertinax illius, aut alterius similis propositionis assertor, censebitur hæreticus, & uelut talis erit meri to puniendus. Pōt adhuc aliud inter hæc duo dari discri men, per hoc, quod hæresis semper est contra id, quod credere tenemur. Error autem in fide non semper est cō tra id, quod credere tenemur. Sūt enim multæ propositiones theologicæ, quæ in sola opinione cōsistunt, quarū neutram contradictionis partem homo credere tene tur: sed qnamlibet citra fidei dispendiū tueri potest. Tales sunt istæ propositiones. In sacramento nouæ legis est aliqua qualitas supernaturalis causans gratiam. Beatus, Deo ita operante, potest uidere unam personam di uinam sine alia. Beatitudo consistit magis in uisione, quā in dilectione. Qui has propositiones, aut illarum cō tradictorias assereret, non esset hæreticus, si quis tamen alteram illarum sic assereret tanquam fidei articulum, ita ut oppositā assertionem censeret hæreticam, talis er raret in fide, & (ut infra capite octauo huius libri dicemus) esset hæreticus: quia firmius illi adhæret, quā de beret. Nam errat iuxta Augustini sententiā: quia habet incerta pro certis: sicut erraret, qui certa haberet pro in certis. Si cui hæ distinctiōes inter propositionem hæreti cam, & erroneam in fide, non placent, ego aduersus il lum contendere nolo: sed rogo illum, ut offerat meliorē quoniā (ut dixi) paratus sum meliora docentē audire. Au diui ego ex quorundam relatu, uirum, quendā doctissi mum in Compluteñ gymnasio publice theologiā profitentē, qui, ut inter hæc duo aliquod præberet discrimē, prius de errore distinguebat sic in publica lectione, dicens. Dupliciter aliqua propositio dici potest erronea. Potest enim esse erronea errore logico, & omnis falsa propositio est hoc errore erronea. Quo fit, ut omnis pro

positio erronea in fide errore logico, sit etiã hæresis dicenda: quia omnis talis dicit falsum in fide. Alio modo potest dici aliqua propositio erronea in fide errore theologico, & est illa, quæ est contra communem opinionẽ theologorum. Ex quibus multæ sunt, quæ nullo modo hæreses dici merentur. Dictumq́ est mihi illum quum hæc doceret, hoc dedisse exemplum. Hæc propositio. Virgo Maria cõcepta est in peccato originali, est erronea in fide errore theologico, quia est contra communem præsentium theologorum opinionem, non tamen est hæresis dicenda: quia illius contradictoria non pertinet ad fidem Catholicam, nec illã pro fide Catholica tenendam esse ecclesia unquam decreuit. Quantũ ueritatis hæc erroneæ propositiõis distinctio habeat, lectori iudicandũ relinquo, admonens solum, ut cõsideret, quomodo posit dici propositio erronea in fide quę nec ex parte suæ enunciationis, nec ex parte illius, qui illam firmius, quàm deberet, asserit, fidem oppugnat. Nam etsi demus omnem illum, q asserit aliquid cõtra communem theologorum opinionem, errare theologico errore: non tamen oportet dicere omnem talem errare in fide: quia durum est, ut quis dicatur errare in fide, quando propositio quã asserit. non est contra fidem, nec modus asserendi est contra fidem: quia non maiorem, quã debet, illi adhibet fidem.

Propositio hæresim sapiẽs, aut male circa ea, q̃ ad fidẽ ptinẽt sonãs est illa, quę in prima significatiõe, quàm uerba prima facie ostendunt, sensum habet hæreticum, quamuis pie intellecta sensum aliquem habeat uerum. Vt sunt istæ propositiões. Pater est maior filio. Christus est creatura. Tres sunt Dij. Vesci carnibus, uel non uesci impertinẽs est Christianę pfectioni, Philosophi Gentiles in sola lege naturę saluari potuerunt. Hæc ultima pro eo hæresim sapit, quia si fidem excludat, est hæretica si fidem de Deo non excludit, uera est, & ideo sic nude prolata hæresim sapere uidetur, & expositione indi-

get. Istæ propositiones licet pie intellectæ aliquem uerum sensum habeãt, tamen iuxta facialem uerborum significationem, hæresim sonant. Cum igitur hæ propositiones, aut aliæ similis notæ prędicantur, aut docentur, duo consideranda sunt ab illis, quibus de hęreticis inquirere, & iudicare incumbit. Primum est de persona asserente, an sit alias de hæresi suspecta. Alterum est, an aliquis ex auditoribus uerba illa iuxta sensum hæreticum intellexerit, ac proinde scandalizatus fuerit. Et si hoc ultimum contigerit, uocandus est illius propositionis assertor, & cogẽdus: ut publice ea, quæ dixit iuxta uerum illorum uerborum sensum interpreteť, ut omne scandalum ab auditoribus tollatur. Si uero persona est suspecta: sed nullum auditores ex illius uerbis concepere scãdalum, tunc uocãdus est secreto, & de uerborum suorum intelligentia interrogandus, & si iuxta Catholicũ sensum uerba illum dixisse constet, liber absq; ulla punitione dimitendus est, neq; (ut ego existimo) opus est illum ad publicam uerborum suorum declarationem cogere, ne forte ex noua uerborũ declaratione aliquis scãdalizetur, qui ante non fuerat scandalizatus. Iustum tamen esse censeo, ut Inquisitores admoneant prædicatorem, aut doctorẽ talem, ne similia iterum sine manifesta uerborum declaratione prædicare, aut docere audeat.

Propositio scandalosa, aut piarum aurium offensiua est propositio, quæ auditoribus pijs occasionem ruinæ præbet. De hac re aliqua exempla ꝓponam, ut ad istarum imitationem possit lector prudens de alijs iudicare.

Hæretici sunt tolerandi, & non occidendi.

Maioris meriti est eleemosynã paupi elargiri, q̃ eleemosynam pro Missæ sacrificio offerre.

Ineptũ est pro oratione offerre salutationẽ Virginis.

Tyrannum potest quilibet illius subditus ocidere.

Ieiunare impertinens est Christianæ perfectioni.

Nullum est præceptũ de baptismo suscipiendo.

Omnes istæ propositiones sunt scandalosæ: quia om

nes auditoribus occasionem ruinæ præbent. Prima quidem uiam latissimam aperit ad hæreses, quascunq; inducendas, qm̃ facilitas ueniæ incentiuum præbet delinquendi. Secunda propositio auertit a sacrificio Missæ, & deuotione illius: quia si populus credat minoris meriti esse Missæ sacrificium, quàm eleemosynam, tunc populus minus reuerebitur illud sacrificium, quàm oportet, nec toties illud celebrare faciet, ut nũc facit. Sed unicam Missam (ut Lutherus docet) uni populo satis esse dicet. Tertia propositio tollit deuotionem, quam populus ergo piam Dei matrẽ habet, quam Deus mediatricem esse uoluit inter nos, & illum.

Quarta propositio animum, & uires populo præbet, ut prolibito dominum suum occidat: quoniam semper caussabitur dominum suum esse tyrannum.

Quinta ꝓpositio quodãmodo hoĩes a ieiunio auertit.

Sexta propositio tepidos reddit homines ad baptismum suscipiendum.

Propositio temeraria est illa, quæ omni prorsus caret authoritate, aut ratione, quæ alicuius sit momenti, per quam illa probari possit. Illa.n. temere fieri dicuntur (ut beatus Thomas in secunda secundæ. quæst. 53. ait) quæ nulla ratione reguntur, quo fit, ut illud merito temerarie assertũ dicatur, quod nulla authoritate, aut ratione probari potest. Illa igitur propositio dicetur temeraria in fide, quæ de rebus ad fidem spectantib. aliquid enunciat, quod nulla ratione, nullaq; authoritate probari potest. Tales sunt hæ propositiones, quæ sequuntur.

Dies iudicij erit infra annum.

Christus redẽptor noster mansit per 40. dies, qui fluxerunt a resurrectione usque ad ascensionem in arca fœderis. Discipuli Ioãnis Baptistæ fuerunt illi, qui in Christi redemptoris nostri passione, dixerunt: Tolle, tolle, crucifige eũ. Ioan. Euan. fuit sanctificatus in utero mr̃is.

Omnes Romæ uiuentes sunt in peccato mortali.

Omnes Episcopi damnantur.

Plures saluantur ex coniugatis, quàm ex monachis.
Plures fœminæ saluantur, quàm uiri.

Omnes istæ propositiones sunt de temeritate notandę, & illarum assertor, merito temerarius cẽsebitur. Ab hac tamẽ nota liberabitur propositio, & illius assertor, si aliquam uerisimilitudinem habeat id quod asseritur, quãuis & authoritate, & ratione careat, præsertim si aliqua utilitas ex illa assertione oriri potest. Vt sunt multa, quæ uiri contẽplatiui gesta fuisse uerisimiliter imaginantur, et populo narrata optimos per illa suscitare possunt affectus. Talia sunt quędã iniuriosa uerba, quæ a pessimis satellitibus, & alijs militib. & crucifixoribus Christo redẽptori nostro in faciem dicta fuisse uiri contẽplatiui, uerisimiliter imaginanẽ, & concionatores uerbi Dei utiliter illa populo referunt. Quę & si nulla authoritate, aut ualida ratione probari queant, non tamen ideo sunt temeraria dicenda, quia magna uerisimilitudine roborãtur, & nõ sine utilitate referuntur. Si tamen omni careat uerisimilitudine quantũlibet illa ꝓficere sperẽt, temeraria merito cẽsebunẽ, & uelut talia ꝓhiberi debẽt ab his, ad quos hoc facere spectat: quia non sunt facienda mala, ut inde ueniant bona: neque Deus indiget mendacio nr̃o.

Propositio schismatica, & seditiosa est, quę unionem membrorũ eccl'ię, aut uñiter, aut particulariter quõlibet tollit, cuiusmodi sunt hæ propositiones, quæ sequuntur.
Episcopus non est simplici sacerdote superior.
Papa non est superior cæteris Episcopis.
Malo prælato non est obediendum.
Per peccatum mortale omnis potestas amittitur.
Subditi possunt dominos suos cum aliquod crimen commiserirt, pro libito suo corrigere, & punire.

Propositio iniuriosa est, quę alicui fidelium statui, uel alicui illustri personæ detrahit. Tales sunt multæ assertiones Ioannis Vuiclefi. & Ioannis Huss. quæ in concilio Cõstantiensi sessione octaua, & quintadecima damnatæ sunt. E' quibus sunt istæ, quæ sequuntur.

Siquis ingreditur religionem priuatam qualencunq; tam possessionatorum, quam mendicantium redditur ineptior, & inabilior ad obseruantiã mandatorum Dei.

Religiosi uiuentes in religionibus priuatis, nõ sunt de religione Christiana.

Omnes de ordine mendicantium sunt hæretici, & dãtes eis eleemosynas sunt excommunicati.

Ecclesia Romana est synagoga Sathanæ.

Papa est Antichristus.

Cardinales sunt ministri Antichristi.

Omnes istæ propositiones, sunt iniuriosæ dicendę, eo q; apertissimas, statibus, aut illustribus personis inferũt iniurias. Cum iam de omni genere propositionum damnabilium disseruerim, operæpretium fore existimaui admonere lectorem, ne ista propositionum genera sic putet esse ab inuicem distincta, & separata, ut uni et eidem assertioni conuenire non possint. Põtsiquidem eadem assertio multis ex his, quas modo explicuimus notis maculari. Nam hæc propositio, quæ una est ex pestiferis Ioannis Vuiclefi assertionibus. Religiosi uiuẽtes in religionibus priuatis non sunt de religione christiana, est hæretica, scandalosa, temeraria, schismatica, & iniuriosa. Hæretica est: quia contra uniuersalis ecclesiæ, definitionem sentit. Scandalosa, quia homines ab ingressu religionum auertit, & professis, ut uota, quæ domino uouerunt non reddant, suadet. Temeraria dicetur, quia nulla prorsus ratione, aut authoritate fulcitur. sed omniũ sanctorum uirorum turbæ cõtradicit. Shismatica ideo merito censenda est quia ecclesiæ unitatem diuidit, cum religiosos ab illa separat. Quod autem omnibus religionibus, & illarum religiosis sit iniuriosa adeo est apertum, ut nullus merito dubitare posit.

De multiplici uia per quam conuinci potest aliquam propositionem esse hæreticam. Cap. 4.

Quamuis de hęretica ꝓpositione satis, ut existimo, disseruerim, ut tamen rem plene absoluerem, necessarium

rium fore iudicaui, uias ostendere, per quas propositio aliqua possit apertissime de hæresi conuinci, ne forte in damnatione propositionis alicuius, iudices, quibus hoc agere incumbit, sententiam peruertant propositionem aliquam uelut hereticam damnantes, quæ talis merito dici non posset, aut Catholicam dicentes, quæ uelut he retica damnanda erat. A multis enim nō solum idiotis, & ignorantibus: sed uiris etiā alioqui doctis, hac in par te erratū est, cum multas propositiones in suis scriptis uelut hereticas diffamiauerunt, quæ nihil minus quàm heretice dici merebantur. Nam (ut de alijs taceam) mul tas assertiones heresεos nota maculauit in suo illo ope re de heresibus, Philaster Brisiensis Episcopus, de quo Augustinus mentionem facit in lib. de heresibus, ad qđ uult Deum, quæ tamen pro Catholicis nunc ab omnibus defenduntur. Multas etiam illic tanquàm Catholi cas nobis proponit assertiones, quas nos in eo opere, quod aduersus omnes hereses edidimus, inter hæreses non immerito recensuimus. Ne igitur simile quid alijs contingat, plures uias, easque certas, & idubitatas, nūc ostendere decreui, per quas propositio aliqua de hæresi conuinci possit. Ex quibus apertissime constabit propositionem illam non esse hæreticā dicendam, quæ aliquo istorum modorum, quos statim explicabimus, nō potuerit de falsitate conuinci.

Prima uia, & omnium potissima est sacra scriptura: quoniam omnis, qui se Christianum fatetur, tenetur firmissime credere uera esse omnia, quæ nos sacra scriptura docet, & nefas est de illis quomodolibet dubitare. Quoniam alias Deus, qui illarum omnium primus credit author, suspectus de mendacio haberetur, qđ Christiane aures audire horrent. Vnde Augustinus in epistola ad Hieronymum, q̄ est decima nona in ordine suarū epistolarum, ita ait: Ego enim fateor charitati tuæ, solis eis scripturarum libris, q iam canonici appellātur, didici hunc timorem, honoreq; deferre, ut nullum eorum au

Aug.

torem scribendo aliquid errasse firmissime credam ac si aliquid in eis offendero literis, qđ uideat contrariũ ueritati, nihil aliud, quam uel mendosum esse codicẽ, uel interpretem non assecutum esse, quod dictum est, uel me minime intellexisse non ambigam. Hęc Augu. Et habẽtur hęc uerba in uolumine decre. in ca. Ego solis. dist. 9. Quãquam illic mendose Augustini uerba citantur, propter quod moneo lectorẽ, ut quæ in decreto ibidem citãtur ad hoc exemplar corrigat. Cũ ergo oĩa, q̃ nobis sacra scriptura credenda proponit, firmissime credere teneamur, consequens est, ut quicquid illis repugnauerit, hæreticum sit merito censendum. Neq; curandum est, an aperte contradicat, an latenter: qm̃ quocũq; modo repugnare constiterit, propositio illa sic cum scriptura sacra pugnans, erit merito de hæresi notãda. Sunt.n. aliquæ hęreses quarum cõtrariæ, aut cõtradictoriæ sunt expressę in sacra scriptura, & hmõi ꝑpositiones sunt, quæ aperte contra sacram scripturam pugnãt. Vt (gratia exẽpli) quo'd Christus non est Deus. Quo'd tres personę nõ sunt una essentia, illarum contradictoriæ sunt expressæ in sacra scriptura. Sunt etiam aliæ hæreses quarum contrarię, aut contradictoriæ, licet non sic exprimuntur in sacris literis, ut sub illo uerborum tenore ibidem habentur, tamen ex illis, quę sacra scriptura docet, euidentissima cõsequentia inferuntur tales cõtrarię, aut contradictorię: & tales assertiones latenter pugnãt contra sacrã scripturam: quia repugnat contra illa, q̃ ab illis necessario deriuantur. Et tales propositiones sunt etiam hęreticę censendę perinde ac primę: qm̃ ea, quę ex cõtentis in sacra scriptura, necessaria consequentia inferuntur, tantam habeat ueritatis firmitatem, & fidei necessitatem quantam illa, ex quibus colliguntur, Verbi grã, istę propositiones: Deitas est mortua in passione xp̃i. Christus non est simul deus & homo. Hęreticę dicuntur, & sunt: quia licet illarum oppositę sub illo uerborum tenore in sacris literis non inueniantur. Ex illis tñ, q̃ in sacris lite-

ris continentur, euidenti consequētia deducunt. Hic tñ summe aduertere oportebit, ut qsq; in hmōi deductionibus, optime, & euidenter colligat: qm̄ si cōsequentia nō sit euidens, sed dubia, non erit etiam euidēs propositionem, q̄ cum sacra scriptura in faciem pugnare uidet, esse hęreticam. Erit tñ de hęresi suspecta, quousq; de consequentia cōstet, necessaria sit an non. Prima igit̄ uia, & (ut diximus) oīum potissima, qua propositionem aliquam de hęresi conuincere possumus, sacra est scriptura. Hęc est.n. turris illa Dauid, ex qua mille clypei pēdent, et oīs armatura fortium: qm̄ ex ea sumēda sunt arma, quibus contra hostes fidei Catholicę pugnare debemus. Hęc est ēt torrens ille unde Dauid lapides sumpsit, quib. superbum Goliath acerbissimum Israelis hostē prostrauit. Vnde Paulus in posteriore epist. ad Timoth. ait. Omnis scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendū, ad corripiendū, ad erudiendum in iustitia, ut perfectus sit homo dei ad omne opus bonū instructus. Hic tñ admonendus est lector, ne putet sacrę scripturę uerba iuxta oēm illorum, sensum esse efficacia ad hęreses confutandas, qm̄ nisi in sensu literali sumanť, parum roboris habent ad disputationem. Sensus mysticus nō est ualidus ad hęreticos cōuincendos, sed solus literalis.

Can. 4

1. re. 17

1. tim. 3

Secunda uia, per quam propositio aliqua potest de hęresi conuinci est concilij gñalis recte (ut decet) cōgregati definitio. Concilia siquidē generalia errare non possunt: cum a spiritu sancto, qui illis semper assistit, regantur. Quo fit, ut illis, quę a gñali cōcilio recte congregato decreta sunt, & quę ex hmōi decretis cōsequentia necessaria deducūtur, plenam teneamur p̄stare fidem, etiam si apertis scripturę sacrę testimonijs illa probari nō possint. Omnis igit̄ propositio asserens aliqd contra alicuius probati concilij definitionem, aut contra illud, qd' euidenti, & necessaria consequentia ex cōcilij decreto colligitur, erit merito hęreseos nota maculanda, & ad illius redargutionem satis est probati cōcilij definitio, etiam

ſi apertum ſacrę ſcripturę teſtimonium cõtra illã deſit. Per hanc uiam multę ꝓpoſitiones de hęreſi conuincunť, quę ſubtractis conciliorũ definitionib. minime, aut diffi cillime poſſent hęreticę demonſtrari. Ne aũt quis mihi in hac parte ob exemplorũ defectũ fidem deroget, aliquas propoſitiones ſubiũgã, quę niſi cõciliorum authoritate uix poſſent a gremio fidei Catholicę rejci.

Subſtantia panis materialis, & ſubſtantia uini materialis ſunt realiter in ſacramento altaris.

Populares poſſunt ad arbitrium ſuũ dominos delinquentes corrigere.

Omnes ſunt ſimoniaci, qui ſe obligant orare pro illis in temporalibus ſubuenientibus.

Oratio priuati hominis nulli prodeſt.

Anima rationalis non eſt uere, & per ſe forma corporis humani.

Epiſtola ad Hebręos non eſt Pauli.

Epiſtola prima ex ſeptem canonicis non eſt Iacobi.

Omnes iſtę propoſitiones ſunt hęreticę, illarum tñ error uix aliunde poſſet demonſtrari, quàm ex conciliorũ authoritate. quatuor primę damnatę ſunt in cõcilio Cõſtantienſi ſeſsione octaua. Quinta damnata eſt in cõcilio Vienenſi ſub Clemente huius noĩs quinto ſũmo Põtifice, cuius decretum habeť in Clementina de ſum. Trinitate, & fide Catholica. Duę ultimę per multa concilia damnatę ſunt.

Tertia uia per quam poſſumus aſſertionem aliquam de hęreſi conuincere, eſt uniuerſalis eccleſię conſenſus ſine alicuius ſcripturę ſacrę teſtimonio, & ſine alicui⁹ generalis concilij definitione. Multa.n. ſunt, q̃ etſi in ſcriptura ſacra non cõtineantur: quia tñ antiquiſsima eccleſię cõſuetudine ſeruata ſunt, uim habent nõ paruam ad hęreſes confutandas: qm̃ credi par eſt, illa ab ipſo Chriſto ſaluatore noſtro fuiſſe deriuata, et inde ex ore in os ad noſtra ſecula perueniſſe. Nã idem de Archippo, & Lyſiade Pythagoricis philoſophis fertur, q Thebis in

Gręcia scholas habentes Pythagorica dogmata solo uerbo tradebant, quę discipuli memoriter retinentes, in genio, & memoria pro libris utebantur. Christum nihil scripsisse, quod permā serit legimus: sed solo uerbo docuisse, cuius uerba, & pręcepta non omnia Euangelistę scripserunt: sed eorū aliqua memoriter cōseruata sunt, & ex ore in os transfusa ad nos peruenerunt. Quæ autē sic seruata sunt, firmissimam habent ueritatis certitudinē perinde ac si per scripturam fuissent traditæ. Nā sicut Deus Spiritu suo diuino adflauit Euangelistas, aut alios sacros scriptores, cum aliqd scripserunt, ita adflat ecclesiam eodem Spiritu, cum aliqd illa nobis loquitur, Christus siquidem Aplis suis ait. Non estis uos, q loquimini: sed Spiritus patris uestri, qui loquitur in uobis. Nō est.n. credendum Deum ecclesiam suam destituisse iam Spiritu suo, ut iam per os illius loqui dedigneť, prout ante faciebat: præsertim cum ipse dicat. Ego uobiscum sum usque ad cōsummationem seculi. Sicut ergo credimus scripturæ diuinę p manus Apostolorꝝ, et Euangelistarꝝ scriptæ, ita etiam credere tenemur uoci diuinę p os ecclesiæ prolatæ. Nam sicut non oīa, quæ Christus fecit (ut Ioannes Euangelista testatur) scripta sunt, ita neq; oīa, quæ dixit. Istorꝝ aūt siue factorꝝ, siue dictorꝝ Christi, q̄ scripta non sunt, multa credendum est Apostolos aliis uerbo narrasse, atque ita ex ore in os, & ex pectore in pectus trāsfusa ad nos usque peruenisse sine alio quouis scripturæ testimonio. Talia sunt fermè oīa, quę ad ritum sacramentorꝝ exercendorꝝ Catholica seruat ecclesia: qui ritus quamuis in sacra scriptura nō sint expressi, illos tū reiicere non licet: qm̄ aut oēs illi aut maior illorꝝ pars ab ipso Christo illorꝝ institutore processit, & ex ore ios prodiens ad nos usque peruenit. Quo fit, ut siquid contra hæc, quæ usque ad hæc tpa sic seruauit, & docuit ecclesia, aliqd doceatur, illud sit merito hæreticum censendū. Vnde Origines Homilia quinta super librū Numerorꝝ, ait: In ecclesiasticis obseruationibus, sunt nōnulla,

Mat. 10.

Mat. 28.

Ioā. 20

Orige

quæ omnibus qdem facere necesse est,nec tñ ratio eorꝝ omnibus patet. Nam qđ(uerbi gratia) genua flectim⁹, orantes,et quod ex omnibus cœli plagis ad solam Oriẽtis partem conuersi orationem fundimus,non facile puto cuiquam ratione cõpertum. Sed & Eucharistiæ, siue pcipiendę,siue eo ritu,quo geritur explicandæ,uel eorꝝ, quæ geruntur in baptismo uerborꝝ,gestorumq́; & ordinum,atq; interrogationũ,ac responsionum quis facile explicet rationem? Et tñ oĩa hæc operta,& uelata portamus super humeros nostros,cum ita implemus ea,& exequimur,ut a magno Pontifice, & eius filijs tradita, & cõmendata suscepimus. Hactenus Origenes. Præterea ille uerborꝝ cõtextus, & ordo,quo Catholica utitur ecclesia in consecratione corporis,& sanguinis Christi, apud nullum Euangelistarũ plene reperitur, nephas tñ esset credere alijs uerbis sacramentum illud esse conficiẽdum,quam quibus nunc conficit Ecclesia:qm̃ talia uerba,quibus nunc utitur ecclesia,ab ipso Christo (ut credimus)processerunt. Hoc.n.Innocentius Papa huius nominis Tertius fatetur sic inqens. Credimus igitur,quod formam uerborꝝ:sicut in canone reperitur,& a Christo apl̃i,& ab ipsis eorꝝ acceperint successores. Hęc Innocẽtius,& habentur hæc uerba in uolumine decretaliũ,titulo de celebratione missarum.cap. Cum Marthæ. Certissima igitur uia,& ualidissimum argumentum ad cõuincendum aliquam propositionem esse hæreticorꝝ,est ecclesię uniuersalis consensus,ita ut illa propositio dicatur hęretica,quę est contra uniuersalem ecclesiæ cõsensum, quamuis nullum sit scripturę testimonium,quo possit talis propositio conuinci. Vnde Sapiens in prouerbijs ait. Ne dimittas legem matris tuæ.

Prou.6 Quarta uia est iudicium sedis Apostolicę:qm̃ hæc circa illa,q̃ fidem spectant,errare nõ põt. Sed circa hoc admonere decreui lectorem, quid per nomen sedis Apostolicæ intelligere debeat: qm̃ hoc nomine non ipsa sola Papæ persona intelligitur: qm̃ illa errare põt,ut hõ

male sentiẽdo, & male opinãdo: sicut de multis summis Pontificibus historiæ referũt illos errasse. Nam (ut de cęteris taceam) Honorius Primus damnatus est in sexta synodo, eo quod Monothelitarum hæresi faueret. Nomẽ sedis Apostolicæ significat ipsum summum Pontificẽ, nõ ut facit aliquid tanquam priuata persona: sed ut facit ea quæ ad cathedram spectant, non ex suo tm̃ consilio procedens: sed ex consilio bonorum uirorum, & doctorum. Hoc modo capitur nomen sedis Apostolicæ quotiescunque in decretis, aut alibi legitur Apostolicã sedem nõ posse errare in fide. Vnde Agatho Papa ait. Sic oẽs Apostolicæ sedis sanctiones accipiendæ sunt tanquã ipsius diuina uoce Petri firmatæ. Hæc ille. & habentur in cap. Sic. dis. 19. Quę uerba exponens Archidiaconus super decreto ita ait. Caute dicit Apostolicæ sedis, & nõ dicit Apostolici. Hæc ille. Sedis ergo Apostolicæ sanctiones, siue sententia in iudicio prolata a Romano Pontifice, intelligitur non, quæ occulte, malitiose, inconsulte per solum Romanum Pontificem, aut etiam quę per ipsum cũ paucis sibi fauentibus, alijs in fraudem contemptis, siue nõ uocatis pfertur: sed quæ a' Romano Pontifice, ex cõsilio plurimorum uirorum sapientum præsertim Dominorum Cardinalium, plene prius examinata profertur. Quali autẽ examine Apostolicæ sedis sententia sit discutienda, antequam proferatur, Beatus Gregorius declarat sic inquiẽs. Apostolicæ sedis sententia, tanta semp consilij moderatione concipitur, tãta potentia, & maturitate decoquitur, tantaque deliberationis grauitate pfertur, ut nec immutari necessariũ ducat nisi forte sic prolata sit, ut retractari possit, uel immutari, si secundum tenorem pmissæ conditionis existat. Hæc Gregorius. Et habent hæc uerba in decreto. 35. q. 9. cap. Apostolicæ, Sic igitur accipiẽdo nomen sedis Apostolicæ, credo illam in fide errare non posse, & illius sanctiones esse prorsus indeuiabiles, non quidem ratione personæ, a' qua procedunt: quoniã cum homo sit, consequens erat, ut errare posset: sed ra-

Grego.

Greg. tione cathedræ, quam regit, & moderatᷣ. Nam personæ alioqui indignæ Deus dona gratiarũ impartiri solet ꝓ officium, quod administrat. Nam (ut de alijs taceam)
Ioã. 11. Caypheꝑ pontificiã dignitatem qua honestatus erat, datum est de humani generis redemptione per Christi mortem facienda prophetare. Multo ergo magis dignũ erat, ut illi, qui totius ecclesiæ est pastor, & rector, Deus ueritatis indeuiabilis priuilegiũ concederet. Sic.n. Christus se facturũ promisit, dicens: Ego rogaui ꝓ te Petre, ut
Luc. 22 non deficiat fides tua, & tu aliqñ conuersus cõfirma fratres tuos. Qũo aũt deficiet Petri, hoc est, Apostolicæ sedis fides, illo pro ea rogante, qui semper exauditur. Aut qũo oues errantes reducere posset, aut uacillantes confirmare si illarũ pastor, & rector erraret, & periret inde ac illæ? Ideo beatus Leo in sermone secundo suæ ordinationis, hanc Christi ꝓmissionem pertractans, ait: Specialis cura a Dño, Petri suscipitur, & ꝓ fide Petri proprie supplicatur, tanquam aliorũ status certior sit futurus si mens Principis uicta non fuerit. In Petro ergo oĩum fortitudo munitur, & diuinæ grãæ ita roboratur auxilium, ut firmitas, quæ per Christũ Petro tribuitur, per Petrum Aplis conferatur. Hæc beatissimus Leo Papa. Si qñ forte aliquis Romanus Pontifex in definitione fidei errauit, inde euenire potuit, quod non tantam quantam debebat, adhibuit diligentiam, antequam sententiam proferret, qm̃ uel rem non plene (ut decebat) examinauit, uel non eos, quos oportebat, cõsuluit. Eo.n. euentu errauit, ut particularis persona, non ut Cathedræ moderator, & rector. Errauit tunc hõ, qui in sede Aplica erat: sed non errauit sedes Aplica, qm̃ sedes Aplica (ut supra ex beato Gregorio ostẽdimus) nihil sine maturo examine iudicat. Cũ aũt sic iudicat, errare illa non põt, quia Deus in medio illius existit, ne a uera fide moueatur. Cum igitur hoc priuilegio Deus Aplicam sedẽ donauit, ut errare illa nõ possit, cõsequens est, ut ijs, q̃ ab illa maturo examine ꝑhabito in rebus fidei definita, & iudicata sunt: omnes credere te

neantur,& siquid contra illa pertinaciter asseratur, hæreticũ sit necessario iudicandum. Vnde beatus Hieronymus Damaso Papæ scribens,ait: Hæc est fides Papa beatissime,quã in Catholica didicimus ecclesia,quãq; semper tenuimus,in qua si minus perite,aut parũ caute forte aliquid positum est,a te emendari cupimus, qui Petri, & sedem,& fidem tenes. Si aũt hæc nostra confessio Apostolatus tui iudicio comprobatur, quicunque me in culpare uoluerit,se imperitum,& maleuolum,uel non ẽt Catholicum:sed hæreticum comprobabit. Hæc Hieronymus. Per hanc uiam conuincimus has propositiones esse hæreticas.

Hiero.

Confessio sacramentalis est solum de iure humano.

Animæ iustorum in gratia decedentium non uident clare essentiam diuinam ante diem iudicij.

Hæ duæ propositiones tanquam hæreticas Catholica reijcit ecclesia: illarũ tñ error non tam facile aliunde posset euidenter demonstrari,sicut ex Romanorũ Pontificiũ determinationibus. Nam primam damnauit Syxtus Quartus,cuius decretum ego inserui in eo opere,qđ aduersus omnes hæreses edidi,titulo de confessione. Secundam damnauit Benedictus Vndecimus, & illius decretum positum est in eodem opere, titulo de Beatitudine hæresi sexta.

Quarta uia per quam possumus conuincere assertionem aliquã esse hæreticam,est oĩum sacrorũ doctorũ, q de re illa scripserũt contra illã ꝑpositionem concors sententia. Nam id, quod contra omnium talium sentẽtiam assertum fuerit,hæreticũ esse constabit. Si tñ uni tñ, aut alteri sacro doctori contradixerit aliqua ꝑpositio, non proinde talis propositio censenda est hęretica,qm̃ taliũ hominum scripta,quamlibet illi sint sancti,& docti: nõ sunt uelut oracula diuina recipienda: quia non constat illa a Deo processisse: sed ab homine,qui falli potuit. Nihil aũt obstat,ut eum,qui falli potuit,falsum fuisse dicamus. Neque etiam est æquum, aut rationi consentaneũ:

ut ei,q & falli,& fallere pōt, qualis est quisqs purus hō sub gehennæ cōminatione credere teneamur: q̄m hac ratione euenire oporteret, ut sæpissime falsa pro ueris, & uera ꝑ falsis recipere teneremur: qđ nefas est dicere. Verum & si singulorꝛ sanctorꝛ scripta non sint sic ꝑ lege tenenda: ut impium sit ab illis discedere: oīum tñ sacrorum doctorꝛ de rebus fidei concors sententia, cui nunquam ab ecclesia, aut ab alijs uiris Catholicis impune contradictum est, pro uera ecclesiæ definitione tenēda erit. Nā (ut beatus Paulus ait) ad hoc nobis dedit Deus, quosdā Apostolos, alios prophetas, alios doctores: ut iam non simus paruuli fluctuantes, & circunferamur omni uento in nequitia hominum, in astutia ad circūuentionem erroris. Si ergo ad hoc dati sunt, ut non erremus, nō est possibile, ut oēs simul errauerint, qui, ut nos non erraremus missi sunt. Prçterea sacræ literę ad ueteres doctores nos mittūt, ut ab illis doceamur, quo fit, ut eadē lege nos illis credere teneamur. Frustra siquidē ad illos accedere iuberent: nisi illorū doctrinam suscipere teneremur. Sic .n. Moyses ait: Memento dierum antiquorꝛ, cogita generationes singulas, interroga patrem tuum, & annunciabit tibi, maiores tuos, & dicēt tibi. Rursum omnium sacrorꝛ doctorꝛ concors sententia, cui nunquam impune aliquis contradixit apertissime conuincit illam esse etiam totius ecclesię sententiam: q̄m si illi sacri doctores omnes errassent, illorꝛ errorem per tot sæcula protractū ecclesia non dissimulasset. Quo fit, ut ecclesia ad illorū omnium sententiam semper tacens, illis consentisse uideatur: q̄m si non consensisset, nec etiam tacuisset. Nūquam enim uerius dici potest, ut qui tacet consentire uideatur, quam cum res est adeo seria, ut tacere sit perniciosum, loqui uero & utile, & necessarium. Error enim, cui non resistitur (ut Innocentius Papa ait) approbatur, & ueritas cum minime defensatur, opprimitur. Negligere quippe cum possis perturbare peruersos, nihil aliud est quàm fouere. Nec caret scrupulo societatis oc-

Eph. 4

De. 32.

Innocē tiꝰ primus.

cultę qui manifesto facinori desinit obuiare. Hæc Innocentius,& habentur hæc uerba.83.distinct.cap.Error. Sed qm̄ de hac re satis prolixe disputaui in libro primo contra omnes hęreses capite septimo: ideo superfluum iudicaui longius de hac re hic disputare. Hoc tamen solum colligamus omnium sacrorū doctorū tam præsentium, quàm pręteritorū concordem de aliqua re sententiam æque efficax esse argumentum ad hęresim reuincendam, sicut esset ecclesiæ uniuersalis definitio: quoniā ea, quę ab omnibus sine ecclesię contradictione de rebus fidei tradita est sententia, ab eadem ecclesia uidetur suisse approbata dum tacuit, quia nisi ꝓbasset contradicere tenebatur, ne cum ꝓpheta Esaia diceret: Væ mihi: quia tacui. Hac uia pugnauit Hieronymus contra Eluidiū. *Esa. 6.* Nam ut perpetuam Dei genitricis Mariæ uirginitatem contra illum ostenderet, cum expressa sacræ scripturę testimonia ꝑ hac re deessent, potissimum usus est testimonio sacrorū uirorū, qui illum præcesserunt. Deinde quinta synodus contra Macharium Antiochenum Ep̄m cōgregata, plurimum roboris tribuit testimonijs sc̄tōrū patrum. Sic.n.ait. Sequimur per omnia sc̄tōs p̄res, & doctores eccl̄iæ. Athanasium, Hilarium, Basilium, Gregorium theologum, & Gregorium Nissenum, Ambrosiū, Augustinum, Theophilum, Ioannem Constantinopolitanum, Cyrillum, Leonem Portium: & suscipimus oīa, quæ de recta fide, & condemnatione hæreticorū exposuerunt. Hæc ex quinta synodo. Ex quibus apertissime constat magnam authoritatem ad hæreses reuincēdas: hr̄e omnium sc̄tōrū uirorū, qui nos præcesserunt, concordem sine contradictione sn̄iam. Quinq; igr̄ sunt uiæ, per quas propositionem aliq̄ꝫ conuincere possumus esse hæreticam: extra quas credo nullam aliam esse. Quo fit, ut assertio, quę nulla istarū uiarū, quas nunc ꝑtractauimus, potest de hęresi conuinci, talis q̄uis debeat alia no: a macular i merito hęretica dici non possit. Et assertor, quamuis pertinax illius propositionis quę non potest aliquo

Quinta Synodus.

istorum modorum de hæresi conuinci, non poterit hæreticus censeri, & uelut talis merito puniri.

Quis possit de hæresi iudicare, & sententiam cui omnes obedire teneantur, ferre. Caput V.

Quamuis hæresis definitionem statuimus, per quam cognosci posset, quæ ꝑpositiones sint hæreticæ dicẽdæ, & quæ non, sæpe tñ circa multas ꝑpositiones dissensiones oriuntur inter uiros doctos in iudicio de illis ferẽdo, quibusdam dicentibus illas merito esse hæreseos nota maculandas, quibusdam contra asserentibus illas esse Catholicas, aut saltem non posse citra iniuriam hæreticas appellari. Nec ista contentio contingit, fidelibus cõtra solos hæreticos: sed ipsi fideles Catholici, & docti, ab inuicem dissentiunt, & de hac re sæpe contra se inuicem pugnãt. Necessarium ergo est iudicem ue℞ in hac controuersia agnoscere, penes quem sit ptãs sñiam dicẽdi, ut lites omnes, & dissensiones tollant. Alioqui si nullus de hac re sit iudex, cuius definitioni omnes obtemperare cogant: sed libe℞ sit cuiq; ꝑ arbitrio sentire, nullus erit, qui hastam in certamine abijcere uelit. Fieret igitur hoc pacto, ut in multis rebus ad fidem spectantibus, nihil certum haberem⁹: sed anceps semper, & dubia esset sñia, ꝑpea qđ inter omnes uiros fideles & doctos, de illa sñia non cõueniret. De hac re & si in illo opere, quod aduersus oẽs hæreses edidi abunde me dixisse credam: hic tñ aliqua ĩde repetere, plura ẽt addere decreui, ꝑpea qđ, quę in hoc opere agimus, omnia ad iudiciale fo℞ diriguntur. Ac ꝑinde necessarium fore existimaui rẽ istam plenius absoluere, ut ante oĩa plenam, atq; firmissimam iudicis ptãtem omnibus declaremus. Admonere tñ imprimis lectorem decreui, ne putet me in hoc capitu. disserere de iudice hæretico℞, qm̃ de hac re ualde diuersa est disputatio. Multi. n. sunt, qui hæreticos iudicare, & punire pñt, q tñ de hæresi (ut mox dicemus) sñiam dicere nõ ualent. Omnis tñ, qui de hæresi iudicare põt, hęreticum iudicare, & punire potest. Postq̃. n. is, cui interest, cẽsuit

Lib. 1. cap. 8.

assertionem aliq̃ esse hæreticam, ipsemet, uel alius, cui hoc cõmissum est põt assertorem illius ꝓpositionis pertinacem, hæreticum iudicare, & uelut talem punire. Iudicem hæreseos Lutherus dicit esse solam sacram scripturam, ad quam solam omnis ꝓuocatio, uel appellatio facienda est: qm̃ per solam illam (ut ait) omnes lites circa fidem ortæ sunt dirimendæ. Perspexit quidem callidus hõ sibilo serpẽtino afflatus, tam apertam esse iudicis necessitatem, ut nulla posset uerboꝝ astutia celari, ac ꝓinde talem decreuit iudicem eligere, qui snĩam ꝓferre nõ posset. Nam etsi scriptura ipsa recte intellecta (ut præcedenti capitulo diximus) ualidissima sit ad hæreses reuincendas, cum tñ de illius intelligentia est contentio, ipsamet non poterit esse iudex: præsertim cum alius scripturæ locus apertissimus deest, per quem posset is, de quo dubitaẽ elucidari. Præterea si de scriptura ipsa est q̃stio, an sit sacra dicenda, nõ poterit ipsamet esse iudex: quia tunc erit abire in infinitum. In ꝓpria causa nullius testimonium est ualidum dicente Xp̃o saluatore nr̃o: Si ego testimonium perhibeo de me ipso, testimonium meum non est ueꝝ. Si dicas unam scripturam per aliam ꝓbari esse sacram, tunc erit hac rõne abeũdum in imensum sine fine, aut oportebit necessario aliq̃ contentionem carere iudice: ut puta, si de prima scriptura ex cuius testimonio cæteræ omnes pendent, ut sacræ dicant̃, fieret contẽtio. Accedit ad hæc, qđ multa sunt, ad quę credenda cõpellimur, quæ tñ scripturæ sacræ testimonio ꝓbari non põt: qm̃ (ut dicit btũs Ioãnes multa alia fecit dñs Iesus, de quibus Euangelistę nullam ꝓrsus fecere mentionem, quæ tñ ecclĩa Catholica firmissima fide tenet, & docet. Sed opus est, ut illis, q̃ p se adducit Lutherus, rñdeam⁹. Obijcit. n. nobis illud, qđ Xp̃s apud Ioannem ait: Scrutamini scripturas: qm̃ illę testimonium perhibẽt de me. Et certe si bñ aduerteret Lutherus, intelligeret se suo gladio transfigi: qm̃ ex illo loco solum colligit̃ scripturas esse testes, non iudices. Nõ. n. dixit: Scrutamini scripturas:

Ioã. 20

Ioã. 20

Ioan. 5.

qm̃ illæ ferunt iudicium de me. sed dixit: Scrutamini scripturas: qm̃ illæ testimonium perhibent de me. Testium aũt officium non est sñiam dicere: sed solum testimoniũ. Ad iudicem uero spectat testium dicta audire, & scrutari, quibus auditis iuxta illoꝝ testimonium sñiam dicet. Quapp nos fatemur, iuxta scripturæ sacræ testimonium sñiam esse dicẽdam qm̃ (ut pcedenti capitulo diximus) illa efficacissimus est testis ad hæreseos cõdemnationẽ: sed opꝰ est iudice, qui huius testis dicta scrutetur, & examinet: qm̃ hoc sublato ipsius testis dicta quilibet peruertet, cum quilibet præsumat sacram scripturam ꝓ suo arbitratu interpretari. Hac igr̃ insana Lutheri sñia reiecta, ego ueꝝ, & indubitatum in causa fidei iudicem censeo esse concilium gñale recte, ut decet, congregatum. Ad huius autem sñiæ confirmationem multæ, & urgentissimæ suppetunt rõnes. Prima est, qđ cõcilium tale uniuersam repręsentat eccłiam, de qua omnes uiri Catholici censuerunt illam tantæ esse ptãtis, ut illius iudicia, & decreta uelut oracula diuina dixerint esse recipienda. Augustinꝰ siquidem in Epła ad Casulanum presbyterum, contemptores eccłiasticaꝝ consuetudinum, uelut præuaricatores, diuinaꝝ legũ coercẽdos putat. Et (ut alios uitandæ ꝓlixitatis causa omittã) Btũs Irenæus martyr, lib. 3. aduersus hæreses cap. 4. ait. Tantæ igr̃ ostensionis quum sint hæc, non oportet adhuc quærere apud alios ueritatem, quam facile est ab eccłia sumere quum Apłi quasi in depositorium diues plenissime in eam contulerint omnia, quæ sunt ueritatis, ut omnis quicunq; uelit, sumat ex ea potum uitæ. Hæc est. n. uitæ introitus, omnes autẽ reliqui fures sunt, & latrones. Propter qđ oportet deuitare quidem illos, quæ autem sunt eccłiæ, cũ magna diligentia diligere, & apprehendere ueritatis traditionem. Quid. n. & si qñ de aliqua modica qõne disceptatio esset, nõne oportet in antiquissimas recurrere ecclesias, in quibus Apłi conuersati sunt, & ab eis de pñti qõne sumere, qđ certum, & rei liquidum est? Quid aũt

Augu.

Irenæꝰ

si neq; Ap̄li quidem scripturas reliquissent nobis, nónne oportebat ordinem sequi traditionis, quem tradiderunt ijs, q̄bus cōmittebant eccl'ias? Hæc Irenæus martyr. Cuius authoritas tanto cæteris omnib⁹ præstat, quanto ille sunt Ap̄lis ꝓpinquior. Nam Polycarpi martyris fuit auditor, quem Ioannis Euāgelistę discipulum fuisse multorꝝ historiæ cōmemorant. Cū ergo ex horꝝ, & aliorꝝ multorꝝ testimonio constet eccl'iæ authoritatem tātam esse, ut illius iudicijs, & decretis, omnes fideles teneātur per omnia obedire, cōsequens est, ut hæc eadem authoritas sit in ḡnalibus concilijs recte (ut decet) cōgregatis. Concilia siquidem ḡnalia ul'em rep̄sentāt eccl'iam ꝓpea q̄d omnes illi, ad quos spectat de fide, & moribus definire ad illa conuocantur, & omnibus talibus loquendi facultas conceditur. Non.n. spectat ad omnes docere, et de lege iudicare: sed ad solos sacerdotes. Hoc.n. Malachias ꝓpheta testatur sic inquiens: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem exquirent de ore eius, quia angelus D̄ni exercituum est. In corpore humano nō oīa membra eūdem actum h̄nt, ita (ut Paulus ait) multi unū corpus sumus in Xp̄o, singuli aūt alter alterius membra h̄ntes donationes scd̄m gr̄am, quæ data est nobis, differētes. siue ꝓphetiam scd̄m rōnem fidei, siue ministerium in ministrando, siue qui docet in doctrina. Vides quāt iuxta Pauli sn̄iam officia in eccl'ia sunt diuersa, quæ non omnia omnibus competūt, quemadmodum actus corporis sunt diuersi iuxta membrorꝝ diuersitatem. At cū membrum quodlibet actum sibi competētem exercet, totum corpus illud agere dr̄, quamuis non omnia membra illud agant. Vt (gr̄a exempli) hō dr̄ uidere, quamuis nec manus, nec pes uideat: sed solus ocl's: hō dr̄ audire, quamuis sola auris audiat. Idem igr̄ de corpore mystico q̄d est eccl'ia, dicendum erit, ita ut quæ à concilio ḡnali recte congregato ordinata sunt, à tota ecclesia fuisse decreta, & diffinita dicamus, ꝓpea q̄d omnes illi, ad quos in eccl'ia spectat de fide tractare in illo conuenerunt, aut

Mal. 2.

Ro. 12.

faltem,ut uenirent,uocati sunt, Sic.n.cum Apl'i,& seniores conuenerunt Hierosolymis,ꝑ decidēda illa magnifica qōne de legalium cessatione,cōuentus ille Apl'oꝝ,& senioꝝ uocatus est omnis eccl'ia, quāuis multi tunc erāt alibi Xp̄iani,qui ibidē congregati non erant. Nā postq̄ retulit illius qōnis definitionem, liber Actuum Apl'oꝝ hæc,quæ sequuntur,subiungit. Tunc placuit Apl'is,& senioribus cum omni eccl'ia,eligere uiros ex eis, & mittere Antiochiam. In quibus uerbis satis aperte conuentus ille Hierosolymis cōgregatus, uocat⁹ est omnis eccl'ia. Cum ergo concilium recte congregatum uniuersam repræsentet eccl'iam,oportet,ut oēm illam ptātem in concilio recte congregato esse credamus,quam in uɫi eccl'ia residere,fideles Catholici credunt. Est adhuc alia,& nō minus urgens rō,quæ nos mouet, ut credamus ptātem de hæresibus iudicandi esse in toto concilio firmissimā: quia uidelicet concilium legitime adunatum nullo modo errare pōt in fide. Dignum quippe est,ut fides,quę summæ,& infallibili innititur ueritati, talem etiam hēat iudicem,qui errare non possit. Concilium aūt gñale legitime coactum,nullo modo in fide,aut moribus decipere,aut decipi pōt,ꝑꝑ ea qđ à Spū sc̄tō,qui illi semper adstat,regitur in omnibus,quæ definit,& iudicat. Iam & hoc ip̄m Xp̄s saluator noster promisit ecclesiæ, dicens: Ego rogabo p̄rem, & alium paracletū dabit uobis, ut maneat uobiscum in æternum. Quę uerba non ad solos Apl'os referenda sunt: sed ad uɫem eccl'iam, cui ꝑmittit Spūs sancti p̄ntiam ad finem usq; seculi. Apostoli.n.nō erant usq; ad finem seculi duraturi. Deinde apud Matthæum iteꝝ ait: Si duo ex uobis consenserint super terrā de omni re quacūq; petierint,fiet illius à p̄re meo, qui in cœlis est. Vbi.n.sunt duo, uel tres congregati in nomine meo: ibi sum in medio eoꝝ. Et si hoc Christus promisit se factuꝝ,cum duo,aut tres fuerint in noīe illius congregati,multo liberalius hoc faciet cum totum gñale concilium fuerit legitime congregatum. Hæc aūt ptās iudicandi

Act. 15

Ioā. 14

Mat. 18.

candi de fide non est in prouincialibus conciliis: quoniam cōcilia talia errare possunt in fide: sicut de multis uerissima historiarum relatione, errasse scimus. Nam (ut alia omittā) concilium Carthaginense, in quo cum beato Cypriano martyre octoginta conuenere Episcopi, decreuit hæreticos, & ab hæreticos baptizatos, cum ad ecclesiæ cōionem redirent, debere iterum baptizari. In hac tamen sententia concilium illud errasse, nullus est fidelis Catholicus, qui dubitet. Cum igitur prouincialia concilia errare contingit, illorum errores authoritate generalium cōciliorum corriguntur. Vnde August. lib. 2. contra Donatistas ait: Et ipsa cōcilia, quæ per singulas regiones, uel prouincias fiunt, plenariorum cōciliorum authoritati, quæ fiunt ex uniuerso orbe Christiano, sine ullis ambagibus cedere cum experimento eorum aperitur. Hæc ille. Siquis uero a me petat qualem habeant authoritatem, definitiones, aut decreta fidei, quæ cōcilia prouincialia dederunt, de quibus non constat legatum sedis Apostolicæ habuisse, aut Papæ authoritate confirmata fuisse, ut sunt multa Galliæ, & Hispaniæ concilia. Respondeo, quod si illorum definitionibus nunquam postea ecclesia contradixit, sunt ab omnibus pro uera, & indubitata fide tenenda. Quia etsi illorum expressa confirmatio nō pateat, tacito tamen totius ecclesiæ consensu sunt confirmata, cum nunquam fuerint per alia concilia correcta. Nam si illa concilia errassent in fide, nunquam ecclesia dissimulasset: sed (ut moris suæ est) statim illorum errori per contraria decreta occurrisset. Et idem per omnia dicēdum est de uniuersitatibus, aut studiorum academiis: ut penes nullam earum sit potestas de fide iudicandi: ita ut illius iudicio omnes obtemperare cogantur: quoniam talis academia, sicut prouinciale concilium errare potest in fide. Non est.n. cōuentus ille, pro quo Deus rogauit, ut eius fides non deficeret. Ac proinde illas errare contigit sæpe. Nā (ut de aliis taceam) manifestum est multas academias errasse hoc nostro seculo in causa matrimonii, quod contractum est inter Henricum Octauū huius nominis Angliæ Regē, & Catheri-

Aug.

nam relictam à fratre eiusdem Hērici defuncto. De hoc siquidem matrimonio aliquæ academiæ quarū una fuit Parisiensis, censuerūt, esse prorsus nullum, propterea qđ leges, apud leuiticum datas, quæ huic matrimonio contradicere uidebantur, nunc post datum Euangeliū obligatorias esse contendebant. Contrarium tñ uerum esse constitit: qm̄ maturo de hac re (ut decebat) prius habito fratrum consilio, & oĩbus orbis academijs consultis, & multis de hac re inter uiros doctos habitis disputationibus, tandem Clemens huius nominis Septimus Pōtifex, qui tunc uniuersæ præsidebat ecclesiæ, censuit p̄fatum matrimonium fuisse ualidum, & leges Mosaicas, q̄ huic matrimonio repugnare uidebantur: esse inter iudicialia p̄cepta cōmemorandas & per consequens p xp̄i mortem abrogatas. Verum & si aliqua propositio non sit dicenda hæretica: quia definitioni alicuius prouincialis concilij, aut alicuius academiæ contradicit, erit tñ de hæresi suspecta dicenda, & illius doctrina, & p̄dicatio poterit merito ab his, quibus hęc incumbit, interdici: nisi alia forte illi faueret academia, aut aliquem haberet doctorem uere Catholicum, qui illā docuerit. In hoc enim euentu dicimus illam, nec suspectam de hæresi dicendā, ob hoc solum, quod talis, aut talis academia censuit esse hæreticam, p̄sertim si doctor, qui illam defendit, nō leuibus rōnibus fuerit adductus ad illius assertionem. Post concilia generalia supremum locum in definitionibus fidei tenet summus Pontifex: quoniam is totam ecclesiā repręsentat, eo quod sit totius corpis caput. Sic enim dicit Augustinus super Ioānem. Petrus qñ claues accepit, ecclesiam sanctam significauit. Hæc Augustinus. & hr̄r 24. q. 1. cap. Quodcūque. Et ob hanç cām prælatus, q ali cuius ecclesiæ curam gerit, uocatur ecclesia, ut patet. 7. q. 1. cap. Scire debes. & expressius hr̄ in Euāgelio eo loco, ubi qui duas fratris monitiones audire noluit ecclesię reuelari iubetur. Prælatus siquidem, illo loco ecclesia appellatur, & q̄ illi uelut iudici dñr, ecclesiæ dicta esse cen-

Augu.

Matth.

sentur. Ad eundem modum ego nunc faciendum esse cẽseo, ut si de fide aliqua subsit dubitatio: Romanus Pontifex de illa interrogetur (quoniam ille locum beati Petri tenet, & toti pr̃est ecclesiæ) q̃ ille responderit, totius ecclesiæ fidem esse credamus. Nam qui oĩbus p̃positus est, omnium causas iudicare poterit, p̃sertim illas q̃ totam cõcernunt multitudinem, qualis est res ad fidem spectans. De hac te plurima sunt uirorũ sanctorum testimonia. Beatus Hieronymus in epistola ad Damasum Papam, ait. Hæc est fides Papa beatissime quam in catholica didici mus ecclesia, quãq; semper tenemus, in qua si minus peri te aut parum caute forte aliquid positum est, emendari cupimus a te, qui Petri sedem & fidem, tenes. Si aũt hæc nostra confessio, Apostolatus tui iudicio cõprobatur, q-cunque me inculpare uoluerit, se imperitum, uel maleuo lum, uel etiam non Catholicũ, sed hæreticum cõprobabit. Hæc Hieronymus, & hñr hęc uerba. 24. q. 1, c. Hæc est fides. Innocentius Papa huius noĩs primus uir sanctitate perinde ac doctrina clarus in epistola ad Mileuitanum concilium ait. Quoties rõ fidei, uentilatur, arbitror omnes fratres & coepiscopos nostros nõ nisi ad Petrũ, id est, nominis & honoris authoritatem referre debere, uelut nunc retulit uestra dilectio, quod per totum mundum possit ecclesĳs oĩbus in cõmune prodesse. Hæc Innocentius, quæ uerba etiam citãtur à Gratiano in decreto, eadem causa & q̃ōne supra proxime expressis. Iulius Papa huius noĩs primus in epistola cõtra orientales pro Athanasio, sic ait. Scripsi nobis, & oĩbus qui in Antiochiam contra Aphicam, canonicamq; regulam nobis in consultis fueratis cõgregati arguens uos primum de iniurĳs literarum, deinde cur Athanasium suosq; confecta tores, ad uestrum concilium conuocassetis, canonibus scilicet p̃cipientibus nihil extra Romanum decerni Pontificem, cui hæc & maiora ecclesiarum negotia tam ab ipso dño, quàm ab oĩbus uniuersorum conciliorum fratribus, speciali (ut iam dictum est) priuilegio contradita

Hi. ro.

Inno. 1.

Iul. pp.

Inno.3. sunt. Hæc Iulius Papa. Denique Innocẽtius Papa huius nominis Tertius, ait. Maiores ecclesię causas pſertim articulos fidei contingentes: ad Petri sedem referendas intellexit, qui cum quærenti domino, quem discipuli dicerent ipsum esse, respõdisse notabat: Tu es Christus filius Dei uiui, & pro eo dñm exorasse ne deficiat fides eius. Hæc Innocẽtius Tertius. Quæ uerba hñr extra de baptismo, & eius effectu, in cap. Maiores. Per hæc q̃ citauimus testimonia, aperte conuincitur hanc de rebus fidei decernendi potestatem, non esse apud aliquem inferiorẽ Episcopum. Et quod ita, ut factum est, fieri oportuit, rõ ipsa suadet, qm̃, quod omnes tangit (ut regula iuris decernit) ab oĩbus approbari debet. Non est aũt res aliqua, q̃ magis spectet ad oẽs, quàm fides: qm̃ ob hanc cãm fides uera appellatur Catholica: hoc est uniuersalis: quia illam omnes Christiani amplecti tenẽtur. Vna siquidem est totius ecclesiæ fides: sicut Paulus ait. Vna fides, unum baptisma. Cum ergo causa, q̃ de fide tractatur, res sit talis, quæ uniuersam concernat ecclesiam, colligitur, ut sñia, q̃ lites de fide oriẽtes iure dirimere possit ab oĩbus approbetur, uel ab illo, qui oĩbus præest, qui (ut diximus) pro omnibus loqui potest, & cuius dictum, ab oĩbus dictũ esse, merito censeri debet. Nullus ergo inferior Eps aut totum collegium cui pręest potest in causa fidei sñiam dicere, cum hæc talis sit, quæ ad totam spectet ecclesiam. Nam quod de fide esse semel constiterit, oẽs illud sub interminatione gehennæ credere tenebuntur. Si quis uero nobis obĳciat, id quod dicitur in capitulo, Ad abolendam, extra de hæreticis, excõicatos uidelicet esse omnes hæreticos, quos Romana ecclesia aut Episcopi in suis ecclesĳs declarauerint hęreticos. Ex quibus uerbis forte alicui uidebitur datam esse Episcopis potestatẽ de hæresi iudicandi, sed non ita est. Datur quidẽ potestas iudicãdi de persona illius qui in apertam & manifestã hęresim lapsus est, ut illum declarare possit hæreticum nisi resipiscere uoluerit. Non tamen per illa uerba cõcessa est ullo

Mat. 16.

Eph. 4.

modo poteſtas iudicandi de contẽtione ſuper fidẽ orta, præſertim cum res eſt dubia: quoniam hęc poteſtas (ut ex prę fatis teſtimonijs patuit) ſoli ſedi apoſtolicæ reſeruata eſt. Et huic noſtræ ſententiæ fauit gloſſa in cap. Quoties 24. q. 1. in uerbo, niſi ad Petrum. Sic enim ait. Videtur cõtrarium, extra de hæreticis. Ad abolendam, paragrapho ad hoc de Epiſcopali. nam ibi innuitur quòd illi ſunt uitandi, tanquã hæretici quos Epiſcopi uitãdos dixerũt. Sed dic quòd illud intelligẽdum eſt, quando aliquid tale dicunt quod certum eſt eſſe hæreſim, hic uero, ubi dubium eſt. Hæc gloſſa. Ex quibus ſatis aperte conſtat, penes Epiſcopum inferiorem Romano Pontifice non eſſe poteſtatẽ decernendi, & definiendi in re dubia circa materiã fidei. Caueant ergo hæreticorum inquiſitores ne temere hanc ſibi poteſtatem arrogent: inquiſitores ſe eſſe intelligant, non iudices. Et ſi iudices ſunt, hęreticorum iudices ſe eſſe agnoſcant, non hæreſum. Prius quidẽ incumbit illis ut omni diligentia adhibita, uiros doctos de illa re conſulãt, non unum aut alterum tantum ſed plures. Si his recte peractis, de propoſitione aſſerta conſtiterit eſſe hæreticam, ipſi iudices ſunt qui contra illius aſſertorem procedere poſſunt, & ſi ille reſipiſcere contẽpſcrit, poteſtatem habent illum iuxta ſanctiones eccleſiaſticas puniendi. Si uero de propoſitione aſſerta non cõſtat an ſit merito hæretica dicẽda, an nõ: propterea quòd inter doctos & fideles uiros de re illa non conuenit, alijs hæreticam, aſſerẽtibus, alijs uelut Catholicam eã defendentibus, tunc male facerẽt inquiſitores ſi de propoſitione illa ſententiam dicerent: quoniam eo euentu debent rem illam ad iudicium ſedis apoſtolicæ deferre, ad quam ſpectat de maioribus cauſis pręſertim articulos fidei concernentibus, iudicare. De hac re ita præcepit Pelagius papa, & habentur eius uerba in decreto. diſt. 17. cap. Multis. Si uero (inquit ille) in qualibet prouincia ortæ fuerint quæſtiones, & inter prouinciæ Epiſcopos diſcrepare cœperit ratio, atque inter ipſos diſſidentes non conueniat, ad maiorem tunc ſedem referantur,

Pel. pp.

etsi illic quidem facile & iuste non discernunt; ubi fuerit synodus regulariter congregata, & canonice, & iuste iudicentur. Maiores uero & difficiliores q̃ones (ut sancta synodus statuit, & beata consuetudo exigit) ad sedem semper referantur apostolicam. Hæc ibi. Et lex diuina per Mosem data hoc idem in Deuteronomio præ-

Deu. 17 cepit sic inquiens. Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse prospexeris, inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, lepram & non lepram, & iudicũ intra portas tuas, uideris uerba uariari, surge & ascẽde ad locum quem elegerit dñs deus tuus, ueniensq́ ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore quæresq́ ab eis, qui iudicabunt tibi iudicij ueritatem. Et facies quodcunque dixerint qui præsunt loco quem elegerit dñs, & docuerint te iuxta legem eius sequerisq́ sententiam eorum, nec declinabis ad dexterã, neque ad sinistram. Hactenus in Deuteronomio. Sicut tunc in lege Mosayca dubium lepræ iudicium ad sacerdotes, & iudicem, qui tunc præerat, deuoluebatur: ita nunc in lege Euangelica, dubium de fide iudicium per solum summum Pontificem definiendum est. Alioqui non satis Deus suæ prouidisset ecclesiæ, si illi non reliquisset iudicem qui lites circa fidem ortas dirimeret: & quẽ in rebus dubijs cõsuleret. An autem in definitionibus fidei Papa errare possit, an non, res est inter theologos controuersa, de qua re quid ego sentiã, cap. proxime sequenti paucis uerbis declarabo. Hoc tamen dico, & firmissime teneo, quòd licet Papa errare possit in fide, & re uera erraret: oẽs tñ illius definitionem amplecti deberent, quousque ecclesia illam dãnaret, ut erroneam, aut per aperta scripturæ sacræ testimonia constaret de illius errore. Sic autem errantibus, & definitioni Papæ obtemperantibus non imputaretur error ad peccatũ: quia obedientia illos excusaret. Dominus enĩ dixit: Facies quodcunq́ dixerint, qui præsunt loco, quẽ elegerit dñs, & docuerint te iuxta legẽ eius, sequerisque sñiam eorũ. Hic tñ

admonere oportuit lectorē, quòd licet Epi, aut Inquisitores hæreticorum non possint de hæresi, pśertim cum res est dubia, cēsere, & definire: possunt tñ aut propter solā dubitationē, quæ de tali propositione hr̄, aut pp uitandum scandalum, quod ex illius doctrina, aut prædicatione oriri posset, aut pp aliam causam inhibere doctoribus, & pdicatoribus, & omnibus aliis, ne q̄uolibet illam docere audeant, aut publice prędicare. Siquis uero contra huiusmodi prohibitionem egerit, merito ab illis puniri poterit, non tamen ut hæreticus, sed ut inobediēs & rebellis, quia cum talis propositio sit dubia & nondum constet illam esse hæreticam, illius doctor aut prædicator aut quicunque alius illius assertor, quamuis fuisset ab inquisitoribus ne illam assereret prohibitus, non poterit iuste ut hæreticus puniri. Non potest enim quis tanquam hæreticus puniri si non constat illum aut propositionem hæreticam asseruisse, aut illi quomodolibet fauisse. Nam ex hoc solum quòd contra inquisitorum inhibitionem aliquid fecit aut dixit, nullus debet hæreticus censeri. Potest tamen hic talis propter talem inhibitionis contemptum merito puniri, & quidem grauiter, pensata prius sua rebellionis grauitate.

An Papa possit alicui committere potestatem censendi de fide, ita ut ea, quæ à legato Papæ fuerint circa fidem definita, sint ab omnibus pro uera fide necessario tenenda. Cap. VI.

Circa ea quæ in proxime præcedenti capitulo definita sunt, dubitatio quædam non parui momēti oriri potest, cui respōdere decreui, ut rem hanc plene, ut decet, absolutam relinquerem. In præcedenti siquidem capitulo dixi, penes summum Pōtificem sitam esse potestatem definiendi de fide, neminiq; licere iis, quæ à summo Pōtifice circam fidem definita sunt, contradicere. Dubitari merito potest, an Papa pōssit hanc definiendi potestatē alicui alteri committere, ita ut omnes fideles æqua lege teneantur suscipere eas fidei definitiones quas dederit legatus sedis adostolicæ cui negotium fidei fue-

rit commissum, ac si ab ipso summo Pontifice fuissent datæ, & qui huiusmodi legati definitionibus pertinaciter contradixerit, sit perinde censendus hæreticus ac si definitionibus & decretis circa fidem a summo Põtifice datis aperte & obstinate repugnasset. Et quod Papa hanc definiendi potestatem in quenquam aliũ transferre ualeat, persuaderi põt per hoc quod multa alia sunt quæ Papa agit per cõmissarios, quibus censendi potestatem tribuit, & quæ ab illis decreta sunt, idem habent robur eandemq́ firmitatem ac si ab ipsius summi Põtificis ore prodiissent. Lites nãque per auditores rotæ dirimit. Votoꝝ dispẽsationes & alia eiusdem classis multa, summo quem uocant, pœnitentiario cõmittit Papa, ut ab illo diuersis personis condonentur. Quæ omnes concessiones & indulgentiæ, etiam si a summo pœnitentiario prodierint, a Papa tñ datę censentur, & tantã uim & potestatẽ apud oẽs habent, quantam haberẽt, si eas Papa ꝓprio ore dedisset. Qm̃ quod per alios agimus, per nos ipsos agere uidemur. Sicut ergo hæc oĩa q̃ maximi sunt momẽti, Papa aliis dispensanda cõmittit, uidetur, ut simili ẽt modo possit fidei negocium in aliquem alium, ut ab illo definiatur, transferre. Prætetea ex longa, & antiqua eccl'iæ cõsuetudine obseruatũ est, Papam hanc definiendi potestatẽ aliis sępe cõmisisse. Qñ.n. in aliqua ꝓuincia oriuntur de fide dissidia, Papa consueuit legatum mittere, & negocium illud alicui ex eadem ꝓuincia mãdare, qui re(ut decet plene cognita, & discussa, sententiam ferat, cui oẽs obedire teneantur. In oĩbus gñalibus, & recte congregatis conciliis, quibus Papa fuit absens, semp affuerunt legati sedis apostolicæ, qui nomine summi Pontificis fidei definitiones darent, quoꝝ sententia, ac si ipsius summi Pontificis uoce fuisset prolata, semper fuit ab omnibus suscepta. In Nicæna siquidem synodo quæ omnium gñalium prima clarissimaq́ censetur, legati sedis Apostolicę fuere. Osius Cordubẽsis Episcopus, Victor et Vincẽtius ꝑsbyteri Romani. In cõcilio Ephe-

ſimo primo legatus ſummi Pontificis fuit ſanctus Cyrillus Alexandrinus Epiſcopus. Aimarius in libro de ſynodis dicit Arcadiũ, quendam ex Italia Epiſcopum fuiſſe et in eodem concilio ſimul cum Cyrillo Papæ Legatũ, ſed hoc ex geſtis eiuſdem concilij non conſtat. In cõcilo Chalcedonenſi legati Leonis Papę huius nominis primi fuerũt Iulianus Epiſcopus et Renatus Presbyter, et poſt iſtos miſſi ſunt alij uidelicet Paſchaſinus Lilibetan⁹ Epiſcopus, & Lucentius Epiſcopus Eſculanus, & Bonifacius Presbyter Romanus, ut ex geſtis eiuſdem concilij patet. Et in alijs oĩbus quæ in poſterũ abſente Papa ſunt recte congregata cõcilia, perpetua & inuiolata cõſuetudine hoc obſeruatum eſt, ut legati Papę adeſſent q illius nomine fidei regulam certiſſimã deſignarent. Ex qbus omnibus uidetur Papam hanc poteſtatem de fide definiendi legatis ſuis cõmiſiſſe. Hæc ſunt quæ ꝓ huius ſententiæ confirmatione fortius pugnare mihi uidentur. Verum ſi rem bene (ut decet) introſpiciamus oĩa illa quæ adduximus, parũ certe ꝑfatam ſtabiliunt ſententiam & fortiora multoq; magis urgentia ſunt quæ contra iſtã ꝓ contraria poſſunt adduci ſentẽtia. Qua pp ego libentiſſime ab hac opinione diſcedo, firmiſſime tenens Papam non poſſe in quenquam alium transferre poteſtatẽ definiendi in negocio fidei, talem qualem ipſe habet: ſic ut definita ab illo cui hæc poteſtas fuerit cõmiſſa, ſint tanto robore firmata, ac ſi ipſius ſummi Pontificis ore fuiſſent prolata. Et ut rem iſtam apertiorem faciã, prius per ſcrutari oportet, unde Papa habet hoc priuilegiũ ut ipſe in cauſa fidei cenſere ualeat, & in dubijs circa fidem ortis definitiuam ꝓferre ſententiam, cuius definitioni ſub interminatione gehennę oẽs obedire tenentur? Et unde eſt quod nulla alia particularis perſona, ꝑter Papã, ſed ſola uniuerſalis eccl'ia aut concilium gñale illam ꝑfecte repręſentans, hoc tanto gaudet priuilegio, ut regulam fidei Catholicæ oĩbus ꝑſcribere ualeat? Cauſa certa & indubitata huius tam excellentis prærogatiuæ eſt multi-

plex sedis apostolicę dignitas. Prima quidem summi Pō tificis dignitas est, q̄ Deus illum totius ouilis fecit pasto- Ioā. 21. rē, dicens, pasce oues meas. Oēs. n. q̄ baptismo suscepto fidem Christianam ꝓfessi sunt, oues sunt Christi, quarū curam Deus Petro & successoribus eius cōmisit, illiq́ mandauit, ut eas omnes pasceret. Neq; corporali pastu pascendæ erant oues oēs ab illo, qui relictis oībus rebus pro Christo, tam pauper effectus fuerat, ut nec sibi ipsi satis ad similem pastū haberet, quanto magis pro tam multis reliquis oībus. Spirituali ergo pabulo oues dominicas pascere iubetur Petrus doctrina. s. uerbi Dei. Petrus ergo quia gnālis pastor oēs Christianos fidē Catholicam docere debet, et oēs Christiani siqd de fide dubitant & scire optant, a Petro ne errent discere debent, & non ab alio: quia nullus alius est oīum dominicarum ouiū pastor. Secunda Petri dignitas est certitudo & infallibilitas doctrinæ suæ, ita ut docendo oues sibi cōmissas, errare non possit, & hoc non a se sed ex donatione Dei qui illi ratione dignitatis semper assistit, ne in defini- Luc. 22 tionibus fidei erret. Ego rogaui pro te (inquit dñs ad Petrum) ut non deficiat fides tua. Et quia ista certitudo & infallibilitas fidei, nō rationi ipsius Petri, sed ob causam ouium illi cōmissarum concedebatur Petro, statim subdit. Et tu aliqñ conuersus confirma fratres tuos. Ac si aptius dixisset. Ideo pro te rogaui ut non deficiat fides tua, qa tu reliquos oēs in fide confirmare debes. Vt igitur rē hanc tibi commissam plene exercere ualeas, opus est te semper firmum in fide esse. Nam alioqui si Petrus aliqd definiens errasset, necessarium foret, ut oues quæ illum tanquam pastorē sequi debebant, illo errante oēs errarent, aut saltem erroris occasionē non paruā susciperent. Hoc est priuilegium, sedi apostolicæ, ꝑp uniuersalē ecclesiam quam regendam suscepit concessum, ut qñ ipsam ecclesiam docet fidem, errare non possit. Nolo quidem negare Papam errare posse in fide & posse esse hęreticū, qm̄ de aliquibus fertur ipsos in fide errasse, hoc tñ conti

git illis qñ loquebant̃,aut scribebant,aut forte docebãt, ut singulares personæ & priuatæ. Si tñ loquerentur aut doceret,aut scriberent tanquam personæ publicæ et officio plationis fungentes,tunc credo quod Deus illos errare non permitteret,ne ecclesiam sponsam suam quam sibi speciosam acqsiuit,illi suo errore inficerẽt. Nullus dubitat lõge aliam consyderationẽ habendam esse de summo Pontifice quatenus priuatã gerit psonam, & quatenus gerit publicam. Cũ loqtur aut scribit aliquid tanquã persona priuata, non uult omnes ad illa recipienda aut credenda obligari. Cum uero loquitur aut scribit ut persona publica & quatenus summus est Pontifex,tunc uerbis suis aut suis scriptis oẽs ad illa utcunque obligare intendit. Non tñ semper sic illi loquuntur aut scribũt, siqñ illos aliquid scribere contingit. Multa.n.summi Pontifices scripserunt,quæ non eo aĩo scripserunt ut pro decretis & definitionibus haberentur. Nam (ut de cæteris taceam) uulgatissimũ est rñsum Innocentij quarti,uiri in iure canonico peritissimi,qui cum quæreretur an ea quę in iure canonico,scripserat,uellet ab oĩbus pro lege & tanquam firma decreta teneri? rñdit se minime id uelle,sed liberum cuicunq; relinquere iudicium,ut pro libito suo quisq; sentiret. Dixit.n.se non ut summũ Pontificem,sed ut quẽpiam aliquem ex priuatis doctoribus, id scripsisse. Quo fit ut si forte aliquid in fide erroneum in hmõi Innocentij scriptis inueniretur,nõ sit inde colligendum Papam in fide errasse,qm̃ non ut Papa sed ut priuata psona id scripserat. Põt itaque,ut ego sentio, Papa aliquid contra fidem Catholicam sentire, Deus tñ nunquam permittet, ut Papa id quod male sentit toti ecclesiæ credendum pcipiat. Sicut non pmisit Balaam maledicere Israel. Nu. 24.
His oĩbus pfatis,et bene consideratis facile est colligere, Papam non posse hanc potestatẽ definiẽdi in rebus fidei alicui alteri cõmittere qm̃ nõ põt certitudinem & infallibitatem quam ipse circa definitiones dandas habet,in quenquã alium transferre Null9 unquã(qđ sciam)adeo

hucuſque deſipuit,ut dixerit legatos Papæ aut comiſſarios eius errare non poſſe. Poſſunt.n.illi errare, cum non ſint tanto priuilegio, a deo donati, ut ſint infallibiles in definitionibus ſuis. Non enim rogauit Deus pro legatis aut comiſſarijs Petri, ut non deficiat fides eorꝝ, ſicut rogauit pro ipſo Petro. Hæc autem infallibilitas eſt ſumme neceſſaria in illo qui de fide cenſere debet, ut omnes fideles poſſit ad ſuam definitionem ſuſcipiendam obligare. Alioqui oporteret fidem eccleſiæ non eſſe aliquan do certam, ſi regulæ incertæ & fallibili inniteretur. Ob hanc cauſam concilijs ꝓuincialibus quia errare poſſunt, nunquam fuit cõmiſſa poteſtas dandi decreta fidei. Ad hos tm̃ limites concilioꝝ prouincialium authoritas extenditur, ut uidelicet ibidem ſimultates amputentur, querimoniæ audiantur, mores corrigantur, non tñ ut de fide aliquid ibidem decernatur. Cõcilium ſiquidem Nicænum, hoc ſolum illis permiſit. Præterea, illa quæ ſunt alicui certo ordini aut ſtatui connexa & ab illo depẽden tia, nullus põt alteri extra illum ordinem aut ſtatũ conſtituto committere. Euchariſtiam conficere, pœnitentes peccatores a peccatis abſoluere, nullus etiam ſi Papa ſit, põt alteri non ſacerdoti cõmittere: quia hæc ſunt ordini ſacerdotali annexa, & neceſſario exigunt ordinẽ ſacerdotalem, in illo qui aliquod hoꝝ exercere debet. Ad eundem modũ Papa non põt cõmittere alicui nõ Epiſco po, ut ordinationes faciat, id eſt, ut ſacramẽtum ordinis alicui conferat: q̃a ut aliq̃s ſacramentũ ordinis poſſit cõ ferre, oportet neceſſario illũ eſſe Epiſcopũ. Ex q̃bus apte colligimus ut Papa nõ poſſit alicui alteri cõmittere poteſtatẽ definiẽdi de fide, ſic ut illi⁹ definitioni oẽs fideles teneãtur obedire, q̃a (ut diximus certitudo & infallibili tas q̃ ad talem ſupremã poteſtatẽ requiritur, eſt annexa dignitati Papali, et ab illa nullatenus ſeparabilis: q̃a (ut diximus) ꝓ ſola illa rogauit Deus et nõ ꝓ alia ut nõ defi ciat fides eius. Rurſum, ſi Papa poſſet ptãtem definien di de fide in quencꝫ alium transferre, ad eundem modũ

posset ēt canonizationem sctōꝝ alicui cōmittere, quia sctōꝝ canonizatio(ut Btūs Thom.docet)res est quodammodo ad fidem expectans. Cui Beati Thomæ sniæ quodammodo fauent uerba q̄ summus Pōtifex dicit in canonizatione alicuius sancti q̄ posita sunt in lib. sacraꝝ ecclīæ ceremoniaꝝ,& sunt quæ sequuntur. Ad honorem sanctæ & indiuiduæ trinitatis,& exaltationē fidei Catholicæ,ac Xpianæ religionis augmentum,authoritate eiusdē Dei omnipotentis,pris,& filij, & spūs sancti, & Btōꝝ Apl'oꝝ Petri & Pauli & nr̄a, de fratrū nr̄oꝝ consilio decernimus & definimus bonæ memoriæ. N.sctūm esse et sctōꝝ catalogo ascribendū, ipmq́ catalogo hmōi ascribimus. Hæc uerba dicit Papa cum aliquem canonizat:in quibus.i.aduertendum qd̄ ait,talem canonizationem fieri ad exaltationem fidei Catholicæ. Si cui uero hæc Beati Thomæ snīa non placet,& prsus negare contendit,sctōꝝ canonizationem spectare ad fidem,tanto impensius nr̄æ fauebit argumentationi,quanto canonizationem ipsam minoris ponderis fecerit ipsa fide. Nam si id quod maius est,uidelicet fidei definitionem Papa pōt cōmittere alteri, multo melius poterit cōmittere id qd̄ min⁹ est, uidelicet canonizationem sctōꝝ. Hoc autem nullus sanæ mentis cōcedet,cū sit perpetua consuetudine ecclię damnatum. Nam etsi multa ad canonizationē pręuia & exacta Papa alijs cōmittat per illos exequēda,ut puta uitæ inqsitionē,testiū examinationē:ipse tñ solus summ⁹ Pōtifex snīam pfert, illum declarans fuisse sctūm, & uelut talem catalogo sctōꝝ illum ascribēs. Nec unq̄ ab ipsis ecclesiæ primordijs ad hoc usq; seculum,fuit auditum, ut Papa alicuius sancti canonizationem legato suo cōmitteret. Demum qd̄ snīam certissimam & indubitabilem mihi facit, est perpetua & inuiolata consuetudo ecclesiæ q̄ nunquam p certis & indubitatis habuit ante sedis apostolicæ definitionem, ea q̄ de fide alegatis eiusdē sedis fuerāt definita. Nec ipsi summi Pontifices illa ptam certis unq̄ ab

ecclesia haberi uoluerunt, q́d ipse rerū prēteritarū ordo & ꝓcessus clarissime docet. Nā multæ fuerunt lites de fide in uarijs mundi partibus exortę ad quas dirimēdas Pontifices summi legatos miserunt, qui postq̃ suis sentētijs finem litibus imposuerunt, ipsorū legatorū sniē fuere per summorū Pontificum snīas confirmatæ uel iterū fuerunt ab ipsis Pontificibus iudicatæ. Quæ res non contigisset, nisi summi Pontifices censuissent snīam suam fuisse necessariam. Huius rei tam multa sunt apud diuersas nationes exempla ut enarrare pigeat: ne tñ testimonio carere uideat, ac ꝑinde rem suspectam dimittam, unum & alterū exemplum ꝓferam. Cum Berēgarius ecclesiæ Andegauensis diaconus contra admirabile Eucharistię sacrīm pestiferam p totas Gallias diffunderet hæresim, Hildebrandus sanctæ Romanæ ecclesię cardinalis legatus Victoris scđi qui tūc uľem ꝑerat ecclesiæ, illius hęresim damnauit. Eam tamen Nicolaus Pontifex huius nominis scđs qui Victori in Pontificatu successit, Concilio centum & tredecim Epōrū Romæ coacto, postea damnauit. Quam snīam à Pontifice dari non fuisset opus si satis omnib⁹ facere posset Hildebrandi legati definitio. Post Berengarium aliquot elapsis sclīs surrexit in Anglia Ioannes Vuiclef, qui plurima impia & pestifera dogmata, uerbo, & libris editis docuit. Huius causæ cognitio Archiepō Cantuariensi Apl̄icæ sedis legato cōmissa est qui re ut decebat plene examinata, ipm Ioannem Vuiclef, & omnes illius hæresis publice damnauit. Post Ionanem Vuiclef paucis aliquot elapsis annis successit in Bohemia Ioannes Hus, qui omnes Ioannis Vuiclef hæreses pertinacissime tutatus est. Quo per summum Pontificem audito huius rei cognitionem Archiepō Pragensi cōmisit, qui omnibus diligenter examinatis, omnes illas hæreses damnauit. Sed utriusq; Ioānis hæreses postea Romæ summus Pontifex, & tandem cū cilium Constantiense damnauit. Quæ omnia constant ex decreto sessionis octauæ eiusdem cōcilij. Cum olim

Petrus quidam Osmensis, noua quædam in Hispania doceret, quæ multorum iudicio hæretica uidebantur. Syxtus quartus huius nominis Papa, qui tunc uniuersæ pręerat ecclesiæ huius causæ cognitionem cum plenitudine potestatis demādauit dño Alphonso Carrillo Archiepō Toletano, & Hispaniarum Primati. Hic re plene (ut decebat) cum multorum uirorum doctorum consilio examinata, multas illius Petri Osmens. assertiones erroneas & hæreticas esse iudicauit. Post hanc tñ sniam, res ipsa ad eũdem Syxtum deuoluta est, qui omnibus plene circunspectis sniam pfati Archiepi per bullam publicam confirmauit. Quam sniæ confirmationem nos in eo opere, qđ aduersus omnes hæreses edidimus, in titulo de confessione inserere decreuimus, ut omnib9 esset nota, q̃ in tenebris latebat. Si ea, quæ à pfatis, atq; alijs hmõi legatis sedis Aplicæ fuerunt circa fidem definita, fuissent firmo robore firmata, ita ut necessario ab omnib9 fidelib9 debuissent p certa, & indubitata fide teneri, non erat opus Papam suam superaddere sniam: quia esset rem actam agere. Verum quia ea, q̃ à legatis Aplicis sunt circa fidem definita, pleno robore carent, ppea qđ illos in fide errare posse semper ab omnib9 creditum est, ideo semp hoc obseruatum est, ut post legatorum definitionẽ Papa sniam expressam adderet, q̃ ex ore illius pcedens, doceret omnes quid circa fidem tenendum esset. Ipsa ergo rerum experientia apertissime docet ipsosmet summos Põtifices nunq̃ existimasse ea, q̃ à legatis suis circa fidem definita erant, debere teneri p certis, & indubitatis añ ipsorũmet Pontificum definitiones. Forte hic mihi aliquis obijciet, sic inquiens. Si ea, quæ à legatis Aplicæ sedis circa fidem definiuntur, non sunt necessario p certis habenda, ad quid Papa eos mittit cũ superflua, & inanis sit illorum legatio? Rñdeo, q non frustra mittunt: quia pñt inquirere, & examinare rem, ut postea summo Pontifici referant, sicut fit in canonizatione scτõrum. Deinde & si illi nõ possint certam, & indubitabilem de fide p-

ferre sniam, pñt tñ ob aliq̃ urgentem cãm (ut capite p̃cedenti diximus) de Inquisitoribus ꝓhibere alicuius ꝓpositionis assertionem, cuius definitioni, qui contradixerit, merito punietur, non tñ si res est dubia, ut hæreticus ante Papę definitionem, ꝑsertim si illã se expectare ondit: sed ut rebellis, & inobediens. Nec solum hoc obseruatum est in definitionibus priuatim datis per legatos sedis Apřicæ: sed etiam in concilioꝝ definitionibus, quibus legati sedis Apřicæ interfuerunt. Nam post definitionem de fide datam ab eisdem legatis cum toto concilio, semper eccřia petiuit sniam summi Pontificis, nec ante ipsius summi Pontificis confirmationem unq̃ certum habere uoluit, & firmum, qđ a legatis eiusdẽ sedis fuerat definitum. De qua re aliqua uolo ꝓferre testimonia, ex quibus uerꝝ esse, qđ dicimus plenissime constare potest. In illa siquidem celeberrima synodo Nicæna legatus Syluestri tũc summi Pontificis fuit Osius Cordubensis Eps: eoꝝ tñ, quæ ibidem definita fuerant confirmationem petierunt a sede Apřica, ut constat ex ep̃la a toto concilio ad summum Pontificem directa, quã placuit hic inserere, ut emendatam reddere, q̃ in multis libris habetur uitiata, & multis mendis plena.

Epistola à Synodo Nicæna directa Syluestro Papæ primo.

Beatissimo Papæ urbis Romæ cum omni reuerentia colendo Syluestro, Osius Eps prouinciæ Hispaniæ ciuitatis Cordubensis, & Macharius Eps eccřiæ Constantinopolitanæ, & Victor, & Vincentius p̃sbyteri urbis Romæ ordinati ex tua directione, & cæteri Epi trecenti & decem & octo, in Dño salutem. Qm̃ omnia corroborata de diuinis mysterijs eccřiastic ę utilitatis, q̃ ad robur pertinent sanctæ eccřiæ Catholicę, & Apřicę, ad sedem tuam Romanam explanata, & de Græco in Latinum redacta scribere confitemur: nunc itaq; ad uræ sedis augmentum accurrimus roborantes. Itaq; censeat uestra Apostolica doctrina Eps totius uestrę urbis in unum conuenire, uestrúmq; hře concilium: sicut docet

cet mystica ueritas, ut firmetur nr̄a sanctimonia, gradúsq; fixos, uel textus ordinationis tuæ sanctimoniæ, nostra possit habere regula: qm̄ decet numerꝝ dictorum tuoꝝ coepoꝝ a te discere gradus, uel ordines constitue re urbis. Quidquid aūt constituimus concilio Nicæno precamur, ut uestri oris consortio confirmetur. Oret beatitudo tua pro uniuerso concilio. Data.8. Calendas Iulias. accepta.13. Calendas Decembris, Paulino, & Iuliano summis Consulibus.

Rescriptum Syluestri Episcopi ad synodum Nicænam.

Syluester Ep̄s sedis Apostolicæ, & sanctę ecclīæ Catholicæ reuerendæ religionis urbis Romæ, fratribus, & coepiscopis, qui in Nicęnū conciliū conuenerunt in dn̄o salutem. Gaudeo uos promptam benignitatē seruare. Nam & confirmo: figóq; ad doctrinam uestrā reclamātes de mysterio, uel unitate Trinitatis, chrismatis uos secundū dicta, & doctrinam Euangelicam, sanctam ac cepisse grām, de quo examine probo uera fuisse, & esse mansura quæ in uestrum, nostrúmq; manauere mysterium. Meum chirographū, & discipuloꝝ meoꝝ offero in uestro sancto concilio quidqd constituistis, unà parē dare consensum, atq; in gremio uestræ synodi, parua pp disciplinā ecclīa alligabo p̄cepta, pp Victorinum qui ar bitrio suo quidquid uellet affirmabat, & cyclos Paschę pronūciabat fallaces, ut cum Episcopis totius orbis Italiæ examinatam uniuersitas uestri sancti conciliī dignet accipere ueritatem. Et alia manu. Oret pro nobis beatitudo uestra sancti conciliī trecentoꝝ decem & octo, ut charitatis, quæ uobis data est Dn̄i nr̄i Iesu Christi, seruetur augmentum. Data quinto Calendas Nouembris accepta quarto Idus Februariī, Cōstantino septies, & Cōstantino Cæsare, quater Consulibus. Deinde concilio Chalcedonensi interfuerunt legati Leonis tunc summi Pontificis, Paschasinus Lilibetanus Eps, & Lucentius Eps Esculanus & Bonifacius Presbyter Romanus ut constat ex actis eiusdem conciliī actione prima & ulti-

Alias: uictorē

ma,& ex epist.41. & 42.ad Martianum imperatorem missis à Leone Papa.& ex epistola eiusdem Papæ Leonis ad totum concilium Chalcedonẽse directa: quæ est in ordine epistolarum quadragesima quinta. Ea tñ quę in illo concilio definita sunt, non fuerũt rata & firma ab ipso concilio existimata, quousque fuissent ab ipso summo Pontifice confirmata. Propter quod patres in concilio congregati summo Pontifici Leoni scripserunt, deprecantes ut illic facta decreta confirmare dignaretur. In qua ep͞la postquam fecerunt relationem eorum quę in concilio fuerant ab eis definita, hæc quæ sequuntur adiungunt. Hæc sunt propria & amica, & ad decorem conuenientissima, dignare cõplecti sanctissime & beatissime pater. Qui enim locum uestræ sanctitatis obtinent sanctissimi Ep͞i Paschasinus & Lucetius, & qui cũ eis est reuerendissimus Presbyter Bonifacius, his ita cõstitutis uehementer insistere tentauerunt, proculdubio à uestra prouidentia inchoari & hoc bonum uolentes, ut sicut fidei, sic bonæ ordinationis uobis deputetur effectus. Nos enim curantes tã p͞ijssimos & Christi amicos imperatores, qui super hoc delectantur, quàm clarissimum senatum & totam: sicut dicere conuenit, Imperij ciuitatem: opportunũ credidimus eẽ, honoris eius confirmationem ab uniuersali concilio celebrari, & uelut hæc à tua sanctitate fuerint inchoata (eo quòd foue re semper studeas) roborauimus præsumentes, dum nouerimus: quia quidquid rectitudinis à filijs fit, ad patres recurret facientes hoc proprium sibi: Rogamus igitur, & tuis decretis nostrum honora iudicium, & sicut nos cupidi in bonis adiecimus consonantiam, sic & summitas tua (quod decet) adimpleat. Hactenus in ep͞la concilij Chalcedonensis ad Leonem Papam, quæ habetur in fine tertiæ actionis eiusdem concilij. Huic aũt petitioni idem Beatus Leo respondit, per epistolam ad totum concilium directa, confirmans decreta eiusdem concilij, & sic inquiens.

Leo episcopus sanctæ synodo apud Chalcedonam habitæ. Oēm quidem fraternitatem uestram nosse non ambigo, definitionem sanctæ synodi quæ ob confirmationem fidei, in Chalcedonēsi ciuitate celebrata est, toto corde me fuisse complexum. Quia nulla sinebat rō, ut qui unitatem Catholicæ fidei dolebam ab hæreticis fuisse turbatam, non exultanter in integrum rediisse gauderem. Hoc tamen non solum ab ipso beatissimæ consensionis affectu, sed etiam ex epl̄is meis, quas post reditum meorum ad Cōstantinopolitanæ urbis antistitem dedi, potuissetis agnoscere, si uobis responsionem sedis apl̄icæ manifestare uoluisset. Ne ergo per malignos interpretes dubitabile uideatur, utrum q̄ in synodo Chalcedonensi per unanimitatem uestram de fide statuta sunt approbem, hæc ad omnes fratres & coepiscopos nostros qui p̄dicto concilio interfuerunt, scripta direxi. Quæ gloriosissimus & clementissimus princeps (sicut poposci) in notitiam uestram mittere pro Catholicæ fidei amore dignabitur, ut & fraterna uniuersitas, & omnium fidelium corda cognoscant, me non solum p fratres, qui uocem meam executi sunt, sed etiā per approbationem gestorum synodalium propriam uobiscum iniisse sniam, in sola uidelicet fidei causa (quod sæpe dicēdum est) pp quam generale concilium, & ex præcepto Christianorum Principum, & cōsensu Apl̄icæ sedis placuit congregari, damnatis hæreticis, qui si corrigi uoluissent, nulla penitus resideret de uera dn̄i nostri Iesu Christi incarnatione dubitatio. Vnde si quis unquam ausus fuerit, uel Nestorij perfidiam tueri, uel Eutychetis ac Dioscori impium dogma defendere, & à Catholicorꝫ cōmunione resecet, nec habeat eius corporis participationem, cuius abnegat ueritatem. Hactenus Leo sanctissimus in epl̄a ad concilium Chalcedonense missa, q̄ est in ordine epl̄arꝫ suarꝫ 59. Et in epl̄a 57. scribit ad Martianum Augustum rogans ut hanc suam concilij Chalcedonensis confirmationem p omnes eccl̄ias publicari

mandaret, ut omnibus înotesceret Apostolicæ sedi placuisse ea, quæ de fide in concilio Chalcedonensi fuerāt definita. Præterea, sexta synodus q̄ tertia est habita Cōstantinopoli, una est ex præcipuis & primi ordinis conciliis generalibus, q̄ Catholica suscepit ecclesia, in qua legati Agathonis tunc summi Pontifici fuerunt Theodorus & Georgius p̄sbyteri & Ioannes diaconus. Quę autem in illo concilio definita sunt, cōfirmata fuere per Leonem papam, qui Agathoni prope finem concilij defuncto successit. Cuius rei aptissimū & integerrimum testimoniū reddit ep̄la eiusdē beati Leonis papæ hui⁹ nominis tertij ad p̄fatum Imperatorē missa, q̄ sic incipit.

Regi Regum in cuius potestate sunt regna mundi pu filli, & cętera. Quam ep̄lam nolui per oīa referre, ne magna illius prolixitate grauarem lectorem. Solum citabo aliquam illi⁹ partem per quam sexta synodus ab eo cōfirmatur, his uerbis. Sancta igitur (inquit Leo papa) uniuersalis & magna sexta synodus, quam nutu dei uestra clementia & sedule conuocauit, & cui pro Dei ministerio p̄fuit, ap̄licam in oībus regulam & probabilium patrum doctrinam secuta est. Et quia de finitionem rectæ fidei (ut dictum est) plenissime p̄dicauit, quam et ap̄lica sedes beati Petri apostoli (cuius licet īpares ministerio fungimur) ueneranter suscipit, idcirco & nos & per nostrum officium hæc ueneranda sedes ap̄lica concorditer ac unanimiter, his q̄ definita sunt ab ea, consentit, & beati Petri authoritate confirmat: sicut supra solidatam petram, qui Christus est ab ipso domino adeptus firmitatem. Propterea sicut suscepimus atque firmiter p̄dicamus sancta quinque uniuersalia concilia, Nicænum, Cōstantinapolitanum, Ephesinum primum, Chalcedonense, & Constantinopolitanum, q̄ & omnis Christi eccl̄ia approbat & sequitur: ita & quod nuper in regia urbe pro uestræ serenitatis adnisu celebratum est sanctū sextum concilium, ut eorum pedissequi interpretes, pari ueneratione atque censura suscipimus, & hoc cum eis di-

gne connumerari,tãquam una & æquali Dei gratia cõgregatum,decernimus:& qui in eo fideliter conuenerũt Christi ecclesiæ sacerdotes, inter sanctos ecclesiæ pr̃es atque doctores adscribendos æque censemus. Hactenus Leo Tertius in epistola illa, q̃ locata est in fine gestorum eiusdem concilij. His igitur clarissimis testimonijs apertissime conuincitur,ea,quæ à legatis sedis Apostolicæ cum reliquo episcopo℞ concilio fuerant circa fidem decreta,nõ fuisse ab omnibus fidelibus pro certis, & indubitatis recepta, antequam Papa suum dedisset decretum. Ex his oĩbus aperte colligimus Papam non posse in quenquam alium transferre potestatem definiendi de fide talem,qualẽ ipse habet,ita ut sua definitio ne,aut s̃nia possit ille oẽs Christianos ad aliquid credẽdum obligare: sicut ipsemet Papa potest. Sed hic mihi occurrit non parua dubitatio,cui respondere decreui,ne scrupulus maneat,qui alicuius consciẽtiam lædere possit.Nam pp ista,q̃ de concilio℞ cõfirmationibus à summis Pontificibus petitis,& concessis,diximus,dubitare merito aliquis poterit,an concilia ex toto terrarum orbe authoritate Papæ congregata, in quibus Papa non adest: sed solum illius legati,possint in definitione fidei errare. Si talia concilia errare posse dicatur, consequẽs est,ut etiam concedatur,talia concilia sine præsentia Papæ non esse dicenda generalia,aut quod generalia concilia authoritate Papæ congregata possunt errare: quorum utrunque est absurdum.Nam quod generalia concilia authoritate Summi pontificis congregata, errare possint,hæresis est multo℞ hęretico℞ ab oĩbus Catholicis damnata. Quod aũt sine p̃ntia Papæ possit g̃nale concilium celebrari,re ipsa constat: quia in nullo illo℞ quatuor celebratissimo℞ concilio℞,uidelicet, Niceno, Constantinopolitano,Ephesino,Chalcedonensi,Papa fuit p̃ns.Illa tñ fuisse g̃nalia concilia nullus unquam negauit:Si uero talia concilia sine p̃ntia Papæ: sed cum legatis eius, & authoritate illius congregata errare non

possunt, quare eorum, q̄ à toto illo concilio definita sunt, expectatur Papæ confirmatio? quia si cōcilium illud errare non potest, non est opus conciliorum definitiones à Papa confirmari. De hac re (ut ingenue loquar) malluissem aliorum audire snīam, quam dicere meam: sed qa neminem hucusque uidi, qui hāc dubitationem mouisset, aut de illa aliquid disseruisset, cogor dicere saluo meliori aliorum iudicio, quid de hac re sentiam. Ego quidem firmissime teneo, nec aliud sentiendum censeo, talia concilia, q̄ ex toto terrarum orbe authoritate Papæ cōgregata sunt, in quibus, etsi Papa sit absens, ipsius tamen legati p̄ntes sunt, esse dicenda gnālia concilia, & per consequens non posse in fide errare. Non quidem ppea quod legati sedis Apostolicæ sint infallibiles in diffinitionibus fidei, cum illi per se soli errasse potuissent: sed quia totus ille cœtus in quo adsunt, errare non potest, ꝓpter assistentiam Spiritus sancti. Verum & si illa concilia errare non possint in fide, non tamen frustra, & sine causa: sed ob multas, easque iustissimas causas illa petierunt semper ab ipso summo Pontifice approbationem, & confirmationem eorum, quæ à toto concilio definita fuerunt. Prima quidem causa est, ut omnibus cōstet Papam idem cum concilio sentire, & legatos suos ueram ipsius Papæ mentem expressisse. Nam quia dubitare aliquis posset an legati sedis Ap̄licæ fideliter suo functi fuissent officio, rem iuxta uoluntatem & snīam delegantis exequentes: opus est, ut Papa suam exprimat aperte, ore suo prelatam, aut manu sua subscriptam snīam. Hoc .n. in aliis forensibus negotiis fieri iure præcipitur. Siqs per procuratorem matrimonium contraxerit: quamuis illud legitimum esse matrimonium, & indissolubile iura decernāt, ut habetur. 32. q. 2. paragrapho cum dicitur. et l. gnāli. ff. de ritu. nupt. quia tn̄ potuit subesse fraus in huiusmodi contractu, ꝓcuratione uidelicet existente falsa, ideo sic contrahentes consueuere iterū in p̄sentia talem contractū propriis uerbis repetere. Vt igitur oībus con-

ſtet caput eſſe mẽbris conforme,hoc eſt, Papam idẽ cũ concilio ſenſiſſe,oportet ut non ſolum per legatos ſuos: ſed per ſeipſum ſuam exprimat ſñiam. Et hoc aperte expreſſit idem beatiſſimus Leo in illa p̃fata epiſtola ad cõ ciliũ Chalcedonenſe miſſa, in qua rationem ſuæ confirmationis reddẽs,ſic ait. Vt fraterna uniuerſitas, & omnium fideliũ corda cognoſcãt me nõ ſolum per fratres, qui uicem meam exequuti ſunt: ſed etiam per approbationem geſtorꝝ ſynodalium,propriam uobiſcum iniſſe ſñiam. Hæc ille. Ex quibus clare cõſtat definitionis cõfirmationem non eſſe a' Papa conceſſam, ut ꝑ illam Papa maius robur adderet definitioni: ſed ut ꝑ illã clarius oĩbus conſtaret de Papæ uoluntate, & ſñia: quam per legatos ſuos expreſſerat. Et ſic fieri oportere aperte cõuincitur per hoc, quo'd aliq̃n compertum eſt legatos ſummi Pontificis infideliter, & contra ea, quæ illis Papa cõmiſerat,legationem ſuam egiſſe. Nam Nicolaus Papa huius nominis primus in epiſtola ad Epiſcopos ꝑ Aſiã, & Libyam conſtitutos, dicit legatos ſuos, quos ille Cõſtantinopolim ad cuiuſdam grauis cauſæ cognitionem miſerat, contra expreſſa mandata ſua rem totam egiſſe, & dixiſſe, illa ita ex mandato Papæ agere. Ne igitur ĩ definitionibus conciliorum aliquem legatum tale aliquid egiſſe, quis poſſit ſuſpicari, neceſſariũ eſt, ut quæ legati ſedis Apoſtolicæ in concilio dixerunt, Papa proprio ore, & propria manu confirmet. Altera cauſa põt id fieri ꝑꝑ ipſum Papam, ne ſi forte in poſterum a' definitione concilij deficeret, cauſaretur ſe nunquã tali definitioni conſenſiſſe, legatoſq́ ſuos minime ſuam expreſſiſſe uoluntatem. Ne igitur id in poſterꝝ eueniat, opus eſt, ut propria manu ſubſcribens dicat ſe id ſimul cũ toto concilio ſentire, eamq́ amplecti fidẽ q̃ a' toto concilio Spũ ſc̃tõ ſuggerente data eſt. Etſi Papa Deo permittente poſtea cõcilij definitionẽ deſerere tẽtaret, ſua ipſius ſubſcriptione dãnaretur. Tertia & potiſſima cauſa eſt, quia licet concilium in definitionibus, & decretis ſuis circa fidem non

Leo. pp.

possit errare, in alijs tñ, quæ ad fidem non pertinent, qđ errare possit nullus uere doctus dubitat. Nam conciliũ Chalcedonẽse, quod unũ est ex illis quatuor celebratissimis concilijs, quæ beatus Gregorius dicit se uelut sancta quatuor Euãgelia uenerari, errauit pferendo Patriarchã Constantinopolitanum Patriarchæ Alexandrino, q ex antiqua ecclĩæ consuetudine per Nicænum conciliũ cõfirmata, scđm locum semper post Romanũ Pontificem habuerat. Propter qđ Leo Papa licet cõfirmauit ea, quę in concilio Chalcedonensi definita fuerant circa fidem, eam tñ definitionem, per quã Patriarcham Cõstantinopolitanum ptulit Alexandrino, reprobauit, & per apertam sñiam damnauit, prout cõstat ex epistola quinquagesimaseptima eiusdem Leonis: quæ est ad Martianũ Augustum, & ex epistola quinquagesimanona eiusdẽ, quæ est ad totum conciliũ Chalcedonense. Miserunt ergo pfata concilia rõnem gestorꝝ suorꝝ ad summũ Pontificem, & petierunt ab eo confirmationem, nõ quidem pro his solum, quæ ad fidem spectabant: qm illa certa erant, & infallibilia, et firmo robore firmata, cum in illis errare non potuissent concilia: sed rõne aliorꝝ negociorum, in quibus illa cum errare potuissent, certitudinẽ, ac proinde confirmationem definitionis à summo Pontifice tanquam supremo ecclĩæ iudice petebant. Et certe si bene aduertantur uerba epĩæ a cõcilio Chalcedonensi ad Leonẽ missæ, solum in ea epĩa concilium petit confirmationẽ illius definitionis, quam de platione Patriarchę Constantinopolitani dederat, nec de rebus fidei ulla fit mentio. Et Leo eidem concilio respondens, dicit concilium ad hoc solũ congregatũ fuisse, ut de fide, & non de alijs iudicijs tractaret. Hæc sunt quæ mihi de hac re certiora uidentur, si quis meliora obtulerit, extensis (ut aiũt) ulnis recipiam, & gratias illi pro mercede oblata referã ingentes, tm̃ abest, ut sim confutare paratus. Nõ.n. tam tenaciter meæ adhæreo sñiæ, ut illã semper meliorẽ esse putem, ac proinde alienã recipere contemnam. Argumẽ,

ra,quæ à principio cap.posuimus,& quæ in faciem oppositæ uidentur fauere sententiæ,facillime soluuntur. Ad primum quidem respondeo concedens multa esse, quæ iuste,imo aliqñ necessario per alios dispẽsat Papa: quia omnibus peragendis ipse solus non sufficit, res tñ ad fidem spectantes eo,quòd sint reliquis omnibus forensibus negocijs multo præstantiores, non est æquũ, ut per alios decernat. Nã & siquæ per alios facimus, ꝑ nos ipsos facere uideamur, non tñ re uera per nos ipsos facimus. Deinde multum interest ꝓprijs,an alienis oculis inspicias: qm̃(ut optime Manlius Torquatus apud Liuium ait)uix unquam bene succedent,quæ oculis egeris alienis. Fatemur rei ad fidem spectantis inquisitionẽ Papam posse alicui delegare, ut uidelicet doctoꝝ dissidentium rationes,& argumẽta audiat,& scrutetur, hac tñ conditione,ut quæ ab illis intellexerit,summo Pontifici referre teneatur, ut ille omnibus examinatis sñiam dicat. Aliàs si Papæ legatus sñiam de fide dixerit, nõ sic ligabit contradicentẽ,ut non liceat illi ad Papam appellare. Ante cuius definitionem quamuis contradicat legato,non censebitur hæreticus. Alterius argumenti solutio ex his,quæ ante diximus,est manifesta.

Quis sit Dicendus hæreticus. Cap. 7.

Hactenus de hæresi ꝑ multa capitula disputauimus. Nunc uero ratio ipsa suadet,ut de ipsius hæresis assertore,qui hæreticus appellari solet,disseramus,& quis merito talis cẽseri debeat,doceamus. De hac re (prout ego existimo) non oportet facile pronunciare: sed grauem, & diligentem debet iudex adhibere examinationem antequam aliquẽ hæreticum esse censeat. Cum.n.nullum sit acerbius crimẽ qđ uiro Christiano quis possit obijce re,quàm si illum appellet hæreticum, anxie prius rẽ examinare conuenit,& lapidem(ut dicitur,ad filum referre antequã iudex de hac re sñiam dicat. Lex Mosayca lõgam,& diligentem iubebat præcedere examinationem antequam sacerdos aliquem pronunciasset leprosum. *Leu. 13*

Multo ergo maiorem decet adhibere inquisitionem antequam aliquis pronuncietur hæreticus: q̃m magis deferendum est ueritati, quàm figuræ: magis corpori, quã umbræ. Leprosus siquidem hæretici hominis figurã gerebat, ut infra libro scđo cap. 18. ostendemus. Ne igitur ĩ hæreticorũ censura quisquam erret, certissimam regulã hic statuam per quam debeat quilibet examinari, hæreticus sit an non? Ante omnia tñ admonere lectorem de creui, hæretici nomen uarium esse, & multiplex in sacris canonibus. Nã aliqñ extensa nimis eius significatione, hæreticus dicitur, quisquis qũolibet in hæresim lapsus est, aut qui apertam, & uehementem de hæresi suspitionem dedit. Et iuxta hanc uocis latissimam significationẽ fautores hæreticorũ, & illorũ receptores hæretici appellantur, ẽt si illos erroribus eorũ, quos tuentur, aut domi recipiunt, ex aĩo fauere non constet. Hæretici ẽt dicunt, iuxta hanc largissimam uocis significationem, schismatici, & simoniaci, q̃m qui tales sunt, non modicam p̃bent hæreseos suspicionem. Iuxta hanc tã latam hæretici appellationẽ, non usurpatur hæc uox hæreticus, in illis titulis q in libro decretalium, & libro sexto, et in clemẽtinis, de hæreticis inscribũtur: q̃m non illis oĩbus, qui sub tam larga illius significatione comprehendi possent: pœnę illæ, & mulctæ conueniunt, quæ hæreticis a summis Pontificibus per decretales sub illis titulis contentas, infligi mandantur. Omissa igitur hac tam larga uocis significatione, ad propriam, & legitimã eiusdem uocis significationem accedentes ostendamus, quis uere, & merito sit hæreticus cẽsendus, ut pœnæ à iure decretæ iuste illi possint infligi. Multa qdem exigũtur, ut quis merito debeat hæreticus dici. Primo ante oĩa opus est, ut fidem Catholicam semel in baptismo susceperit. Nam q nunquã Christum in baptismo induit, is Paganus, aut Iudęus, aut Sarracenus, aut Maometicus, aut alio quouis censebitur nomine, nunquam tñ hæreticus dicetur, ut pœnæ, quas aduersus hęreticos ecc̃lia decreuit merito possint in illũ

infligi. Eccl'ia siquidẽ de illis, qui foris sunt, nõ iudicat, di cẽte Paulo: Quid mihi de ijs, qui foris sunt iudicare? At qui non est indutus Christum in baptismo, sic est extra eccl'iam, ut nunquam illius domũ intrauerit: qm̃ ad baptismũ: quæ huius domus est ianua, nondũ accessit. De his ergo, qui baptismũ non susceperunt: non iudicat ecclesia, & per consequens hi non sunt, quos nomine hæreticorum punit. Secundum quod post baptismum susceptum exigitur, ut quis dicatur hæreticus, est error in fide. Opus solum exterius sine errore intellectus (ut superius cap. 1. diximus) non est hæresis, eadem etiam rõne opus ipsum solum absq; errore intellectus quãuis de hęresi suspectum reddere ualeat, hæreticum tñ facere non potest. Qui igitur hæreticus est dicendus, oportet, ut aliquem errorem circa fidem teneat. Errat aũt nõ solũ, qui cõtrarium ueritati asserit, aut credit, sed ẽt qui de ipsa fidei certissima, & firmissima ueritate dubitat. Vñ August. in Enchiridio ad Laurentium cap. 17. errorem definiens, sic ait: Errare est uerum putare qd' falsum est, falsúmq; qd' uerum est uel certum hr̃e pro incerto, incertũ uero pro certo, siue falsum, siue sit uerum. Hęc Augustinus. Ex his uerbis apertissime colligit non solum illum dicendũ esse hæreticum, qui contra ueritatem fidei Catholicæ sentit: sed qui de ueritate fidei dubitat, si cætera hẽat, q̃ ad hæreticum exacta esse, infra dicemus. Nam qui de fide dubitat, ita ẽt errat, sicut qui aliquid contra fidem asserit, qm̃ ipsa sua dubitatione testat se credere sacrã scripturã posse fallere, & eccl'iam posse falli. Alioqui si hoc de illis non crederet, nunq̃ de illarum dictis dubitasset. Præterea is, qui dubitat fidem amittit: qm̃ firmitate caret, q̃ fidei est annexa: ob quam cãm dubitatio uehemẽs (nam de leuissima dubitatione non est nunc sermo) & fides sil'in unum coire non pñt. Hoc manifeste pbat testimonio beati Bernardi ita dicentis: Fides ambiguum non hẽt, & si hẽt, fides nõ est. Et btũs Athanasius post datam fidei regulam in symbolo, ita ait: Hæc est fides

1. Cor. 5. *Augu.* *Bern.*

Catholica quam nisi quisq; fideliter, firmitérq; credide-
Abac.1 rit, saluus esse nõ poterit. Et Deus postq̃ p Abachuch
pphetam filij sui aduentum pmiserat, hæc subdit. Ecce
qui incredulus est, non erit recta anima eius in semetip-
Hiero. so. Quæ uerba interp̃tãs Hieronymus ita ait: Si aũt du
bitauerit fides tua, & putaueris non uenire, qđ ſpõdeo,
habebis p grandi pœna, qđ meæ animæ displicebis.
Iustus aũt, qui credit uerbis meis, & de his nõ ambigit,
q̃ polliceor, habebit p̃mium uitam sempiternam. Hæc
Rom.1 Hieronymus. Et Theophilactus super illud ad Rom.1.
Theop. Iustitia Dei in eo reuelabitur ex fide, sic ait. Cum enim
ea quibus à Deo donati sumus mortales nequeant cogi
tatione cõplecti, merito nobis est fides hæc necessaria,
quam si scrutari hæsitando cœperimus omnium pcul-
dubio patiemur iacturam. Hæc ille. Ex his omnibus ap
tissime colligit̃ dubitationem uelut ex diametro pugna
re cum fide, & per consequens eum qui dubitat, nõ esse
fidelem: sed hæreticum censendum. Hæc aũt q̃ de dubi-
tante diximus de illo solo intelligenda esse uolumus, q
animo deliberato in dubitatione tali persistit, q̃ illũ in-
ter utranq; dubitationis partem medium, & nutantem
tenet. Alioqui si tal'r dubitaret, qđ magis ad ueritatem
fidei, quam ad oppositam partem declinaret, non esset
dicendus hæreticus, p̃sertim si ex infirmitate quadã du-
bitauit, uelut contingit in primis motibus, & in illis qui
natura hoc hñt ut sint in qualibet re ancipites, & dubij,
& assiduis conscientię scrupulis urgeant̃. Hic tñ admo-
nendus est lector, ut non putet oẽm dubitationem ẽt de
liberatam, & constantem, q̃ quõlibet circa fidem uer-
sat̃ satis esse, ut hominem illa affectum hæreticum red-
dere ualeat. Multum siquidem interest quid, aut quõ
quisque dubitet. Sũt aliqui, qui de uerbis, aut de scriptu
ris dubitant. Sũt rursum alij, qui etsi uerbis, aut scriptu-
ris integram fidem p̃beãt, de uerbo℞ tñ, aut scriptura℞
intelligentia dubitant. Credunt, inq̃, uerba esse uera, &
omni prorsus falsitate carentia, quid tñ per illa uerba si-

gnificetur, dubitant. Primum dubitationis genus circa ea, quæ ad fidem attinent, est prorsus interdictum: quia de ueritate eorum, quæ Catholica fides credēda ꝓponit, dubitare non licet. Scd̃m dubitationis genus est circa illa, quæ firma, & constanti fide credere tenemur, absque hæresis, & cuiusuis alterius criminis nota, haberi pōt. Primo dubitationis gn̄e hęsitauit Nicodemus de uerbis Xp̄i dicentis: Nisi quis renatus fuerit denuo, non pōt uidere regnum Dei. Dubitauit quidem: quia non credidit uerba illa ullo mō posse fieri uera, atq; ideo dixit: Q̃uo pōt hō nasci denuo, cum sit senex? Nunquid pōt in uentrem matris suæ iterato intrare, & renasci? Ad eundem prorsus modum dubitauerunt Iudæi discipuli, qui erant in Capharnaū, de uerbis Xp̄i dicentis: Panis, quem ego dabo, caro mea est, ꝓ mundi uita. Dicebant.n. Q̃uo pt̄ hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Dubitabant quidem: quia non credebāt dictis ab illo. Cuius apertum est testimonium: quia uerbis Xp̄i auditis dixerunt: Durus est hic sermo, & quis pōt eum audire? Et tādem abierunt retrorsum, & ob hanc causam Xp̄i discipulatum reliquerunt. Scd̃o dubitationis gn̄e dubitauit uirgo Deipara cum Gabrieli Archangelo Deum ab illa in utero concipiendum, annuncianti r̄ndit: Q̃uo fiet istud: q̄m uirū non cognosco? Percontatur quidem non quasi uerbis angeli diffidens: sed uerbis firmiter credēs, & modum quo uerba adimpleri possent, non perpendens, & de modo edoceri cupiens. Itaque non de re ipsa: sed de modo, quo res exequi posset, dubitauit. Sic.n. uerba illa Deiparæ uirginis interpretat̄ Theophilact?, dicens. Non quasi discredens Virgo dixit: Q̃uo erit mihi istud? sed ut prudens, & intelligens, ut discat, modū inquirit. Non.n. prius tale quiddam factū est, neq; post hac fiet. Ideo & ignoscit ei angelus, & non condēnat, ut Zachariam: sed magis modum docet. Nam Zacharias merito condēnat̄, habuit.n. exempla multa, q̄ñ quidē, & multæ steriles fuerūt, uirgini aūt nullū exemplū erat.

Ioan. 3. *Ioan. 6.* *Luce. 1* *Theo.*

Hęc Theophilactus. Et btūs Bernardus homilia 4. sup Euangelium, Missus est: eodem modo illa gl'iosissimæ Virginis uerba interp̄tatur, sic inquiens. Nō dubitat de facto sed modum requirit, & ordinem. Nec. n. q̄rit, an fiet istud? sed qūo? Quasi dicat: Cum sciat Dn̄s meus testis conscientiæ meæ uotum esse ancillæ suæ non cognoscere uirum, qua lege, quo ordine placebit ei, ut fiat istud? Si oporruerit me frangere uotum, ut pariam talē filium, & gaudeo de filio, & doleo de ꝓposito. Fiat tn̄ uoluntas eius. Hæc Bernardus. Iuxta hunc modum sancti doctores, quoꝝ doctrina fulget eccl'ia, ut sol et luna, uerbis sacræ scripturæ plenissimam adhibentes fidē de illoꝝ intelligentia sæpissime dubitauerunt, prout eoꝝ scripta apertissime testātur. Iuxta hunc ēt modum scholastici theologi faciunt, cum plurimas q̄ōnes ad discutiendum ꝓponunt, non qđ de re ipsa, quæ ꝓponiť, dubitent: sed de modo, & illius intelligentia. Absit. n. ut credam⁹ illos, toties dubitare, quoties aliquid in modū, & faciē q̄ōnis proponunt. Sæpissime. n. q̄ōnes proponunt, non quia dubitent ipsi: sed quia dubitationibus, q̄ forte in alijs oriri possent, obuiare uolūt, & illis opportune mederi. Hoc autem sine ullo pc̄tō, & cum magno merito fit, tm̄ abest, ut quis ob eam cām illis digne improperare possit. Tertium, qđ (iuxta quorundam opinionē) requiritur, ut quis hæreticus dicatur, est, ut non totam fidem Catholicam deserat: sed solum aliq̄ illius partē. Dicunt. n. illum, qui à fide Catholica prorsus recessit, esse dicendum apostatam, & non hæreticum, & ita hæreticum, ab apostata discernunt, hac rōne, qđ hęreticus alicui particulari fidei articulo contradicit. Apostata uero oēm prorsus fidem Xp̄ianam, repellit. Ita docet Guido Carmelitanus in sua summa de hæresib⁹. Eidem subscribit Ioānes de Turre Cremata in opere illo, q̄d appellatur: Summa ecclesiæ, lib. 4. parte 2. cap. 13. Veꝝ in hac parte ego illis nō consentio: qm̄ hac rōne oporteret cōcedere, ut hæreticus hō per augmentum, & multiplica-

tionem hæresum desinat esse hæreticus. Nam qui unã, aut duas hæreses pertinaciter asserit, iuxta istorum sñiam, dr̃ hæreticus, & si hic talis quotidie in aliam, & aliã hæresim labitur, quousq; totam prsus fidem Catholicam deserat, iam iuxta eorundem sñiam, Apostata, & nõ hæreticus dicetur: ergo hæreses addendo desinit esse hæreticus. Hoc aũt fateri, quàm sit absurdum, nullus est sanæ mentis, qui non intelligat: quia non est rõni consonum, ut id, qđ ab aliqua forma nomẽclaturam aliq̃ suscipit, per eiusdem formæ multiplicationem, nomenclaturam eandem amittat. Vt grã exempli, si homo ratione albedinis dr̃ albus, quantũlibet illi albedo addat, nunq̃ desinet dici, & esse albus: ergo eodem modo, cum hæreticus ab hæresi dicat, nunq̃ per quamlibet hæresum multitudinem, desinet esse hæreticus. Apostata, & hæreticus non sunt duo aliqua disparata, quæ eidem conuenire nõ pñt, ut sunt homo, & equus: sed sunt tanq̃ genus, & species, ut animal, & homo. Hæreticus est nomen gñis, qđ sub se tot cõtinet species, quot sunt hæresum spẽs, quas homines pertinaciter tueri pñt. Apostata est nomẽ speciei, ita ut omnis apostata censeri debeat hæreticus, non tñ econtrario omnis hæreticus sit censendus apostata. Et huic meæ sñiæ fauet btũs Thomas, qui in Scđa Scđæ, qõne 10. artic. 5. dicit solas tres esse spẽs infidelitatis, uidelicet: Paganos, Iudæos, & Hæreticos: & sub nomine hæreticorum contineri censet quotquot à fide Catholica, quam semel susceperunt, quõlibet recedũt. Et exp̃ssius. q. 12. art. 1. in r̃nsione ad tertium dicit, q apostasia nõ importat aliq̃ spẽm infidelitatis: sed quandam circunstantiam aggrauantem iuxta illud. 2. Pet. 2. Melius erat eis ueritatẽ non agnoscere, quam post cognitam retro ire. Si apostasia non est spẽs distincta ab hæresi consequens est, ut nec ẽt apostata sit spẽs distincta ab hæretico. Eidẽ sñiæ subscribit Guillelmus Ocham prima parte suorum Dialogorum lib. 4. c. 12. Præterea omnis pœna, quam iura aduersus hæreticos decernũt, ẽt hmõi apostatis est infli-

genda:ergo hmõi apostatę sub nomine hęretico℞ sunt comprehendendi:q̃ñ iura de hęreticis loquuntur: q̃m alioqui nulla esset canonica lex per quam hmõi apostatę puniri possent. Nam titulus ille, qui in quinto libro Decretalium inscribitur: De apostatis & reiterantibus baptisma, nõ hos apostatas concernit, qui à fide Catholica recesserunt:sed illis solũ, qui ordinem clericatus, aut religionis quam semel fuerant professi, reliquerunt. Et hoc ibidem annotauit glossa in cap.1.eiusdem tituli. & cõfirmatur hoc plenius per capitulum, contra Christianos.de hæreticis, lib.6.illic.n.p̃cipitur eos, qui fide Catholica deserta ad ritus Iudæo℞ redierint, esse uelut hæreticos puniendos. His igitur efficacissimis rõnibus motus dico apostatam ẽt esse censendum hæreticum: sicut ille, qui in unam solam hæresim lapsus est. In illo tñ ope, quod aduersus oẽs hæreses edidi lib.1.cap.9.aliorum sequutus sum sñiam, eo quod rem non bene tunc (ut decebat) consideraui. Priorẽ igitur illam sñiam nunc recanto, & præsentem amplector ranquã ueriorem. Quartum, et ultimum, quod absolutũ, & cõsummarum facit hæreticum, est pertinacia: quã si subtraxeris, ẽt si errorem fidei contrariũ quis tenear, aut doceat, non est censendus hæreticus. Vnde Augustinus in Ep̃la ad Glorium, & Eleusium, quæ est in ordine ep̃la℞ eius.162.sic ait. Qui sñiam quamuis falsam, atque peruersam, nulla pertinaci aiositare defendunt, p̃serrim quam nõ audacia suæ p̃sumptionis pepererint:sed à seductis, atque in errorem lapsis parentibus acceperunt, quærunt aũt cauta solicitudine, ueritatem, corrigi parati cum inuenerint, nequaquam sunt inter hæreticos reputandi. Hæc Augustinus. Et habẽtur hæc uerba in cap. Dixit Ap̃s.24.q.3. Contra hæc forte quis obijciet Innocentium Tertium huius nominis summum Pontificem, qui q̃situs a' Comite Tolosano, quos oporteat dicere mãifestos hęreticos, per hęc uerba illi respondet. Super quo tibi duximus respondẽdum illos intelligendos esse manifestos hæreticos, qui contra fidem

Augũ.

Catholicam

Catholicam publice pdicant,aut profitentur,seu defendunt eorum errorem,uel qui coram prælatis suis conuicti sunt,uel confessi,uel ab eis sententialiter cōdemnati super hæretica prauitate. Hæc Innocentius,& hñr in cap. Super quibusdam,extra de uerb.significatione. Ex istis Innocentij uerbis aliquis forte contra ea, q̃ de pertinacia diximus argumentum sumet,sic inquiens. Innocentius declarans,q sint dicendi manifesti hæretici nunquã de pertinacia fecit mentionē: ergo pertinacia non est necessaria. Verum non ita res se habet,ut obijcitur,neq; bene in eadem obiectione colligitur. Nam Innocētius tūc non tractabat de hæreticis in gñali: sed solum de hæreticis manifestis. Ille enim tūc solum ad q̃sita respondet, fuit autem q̃situs non de pertinacia: sed de euidentia,& manifestatione delicti. Dubium quidem non erat,qui essent pertinaces,aut hæretici dicendi: sed dubium erat,q hæretici essent pro manifestis hñdi. Et ob hanc cām de pertinacia tacuit illam subintelligens, & solum de manifestatione,& euidentia, de qua solum fuerat interrogatus,respondit: Ex his igitur oībus,q̃ diximus esse necessario requisita,ut quis hæreticus sit censendus,talem colligo hæretici definitionem. Hæreticus est,qui postq̃ uerum baptismum suscepit,& fuit in fide Catholica sufficienter instructus, pertinaciter errat contra id, quod scit ab ecclesia Catholica pro fide teneri, siue oppositū ueritatis asserens,siue de ipsa ueritate dubitās. Hanc definitionem non est opus amplius declarare: quia ex his, q̃ diximus,est satis manifesta. His ergo oībus bene consideratis cuilibet erit satis euidens quãtum errauit Bernardus de Luthzemburgo, qui hæreticorum catalogum texēs,multos in illo posuit,qui nihil minus, quam hæretici dici deberent. Nam quosdam illic inseruit, qui nunquam fidem Catholicam in baptismo fuerunt professi,quales sunt Auerrois,& Auicēna,qui iuxta ea,quæ diximus nullo pacto hæretici dici possunt. Quosdam ēt ibidem miscuit, qui etsi sanctum baptismum suscepe-

F

rũt,in nullam tñ lapsi sunt hęresim,ut sunt Marrani, Mopsarabes. Et certe (ut ego existimo) ille non intellexit, q & ob quam cãm dicantur Marrani, aut Mopsarabes: ideo operæprecium duxi horum uocabulorꝝ significationes explicare,ut inde manifestum sit, quam immerito illos inter hæreticos recensuit. Marrani ab Hispanis uocantur illi,qui pñtium memoria,aut relatu aliorꝝ prę cedentium noscuntur à Iudæis traxisse originem. Filius igitur Iudæorꝝ,aut nepos,aut pronepos,quamuis ipse iã sit uerus Christianus, & fidelis Catholicus, semper ab Hispanis uocatur Marranus. Quo fit,ut non ob culpã aliquam suam: sed ob solam parẽtum suorꝝ maculam, ille uocetur Marranus. Nulla igitur est causa,ꝑꝑ quam Marranos inter hęreticos quis merito recensere debeat cum optime possit aliquis esse Marranus, & uere Catholicus,& fidelis. Fateor tñ Marrani nomen esse infame,et iniuriosum,tum ꝑꝑ parentes,a' quibus descẽdũt, tum etiam ꝑꝑ Iudaismi suspicionem,quam semper contra se portant,ꝑpea,quod experiẽtia cognitum est,multos eorꝝ ad Iudæorꝝ ritus,& ceremonias rediȷ̃sse. Mopsarabes,nec hæretici,nec de hæresi suspecti sunt. Nullũ enim errorem contra fidem Catholicam tenent: neque alicui hæresi fauent,neque ab obediẽtia ecclesiæ Romanæ sunt separati: sed solis ceremoniȷ̃s,quas in diuini officiȷ̃ ordine,& Missæ celebratione tenent,a' cõmuni Latinorum usu differentes. Quæ ceremoniæ,& si ab illis,quibus Romana utitur ecclesia differant,non tñ sunt ab eadem ecclesia Romana,unquam reprobatæ. Nam morẽ illum Mopsarabum,Romana ecclesia approbãte,olim tota seruabat Hispania tpe sancti Isidori Archiepĩ Hispalensis,& sancti Ildefonsi Archiepĩ Toletani, qui ante noningentos annos illis ecclesiȷ̃s p̃fuerunt. Qui celebrandi mos a' tpe illo adusque pñtem diem in Toleto ciuitate Hispaniæ opuleutissima, in q̃busdam illius parochiȷ̃s perpetuo tenore seruatus est, & obseruatur adhuc. Extat ẽt hodie in magnificentissima illa eiusdem ci-

uitatis ecclesia cathedrali insignis q̃dam,& ualde opulenta capella,in qua iuxta Mopsarabum ordinem,& ritus,& ceremonias,missa quotidie celebratur, & statutis septem diei horis reliquum totum diurnum simul,& nocturnum Deo offertur laudis sacrificium. Quo autē tempore,& ob quam cām desierit hic modus seruari in aliis Hispaniæ partibus,qui uoluerit scire,legat gn̄alem Hispaniæ historiam,quam illustrissimus,atque doctissimos Castellæ,& Legionis Rex Alfonsus huius nominis Decimus composuit. Hic enim in quarta parte præfatæ historiæ cap.3. longam et scitu dignissimam de hac re texit narrationem. Verum quia apud alias nationes hæc historia difficillime inueniri posset, ideo q̃ Rex ille doctissimus multis uerbis descripsit, breuibus ego perstringere decreui,ut rem scitu dignissimam oĩbus notā facerem,Tota Hispania,inquit ille,olim missę sacrificiū faciebat iuxta morem Gotthicum a' beato Isidoro,& beato Leandro,institutum, longe a' consuetudine & ritu ecclesiæ Romanæ diuersissimum. Hoc itaque more, & ritu ubique Hispaniarum seruato,Alfonsus Hispanię Rex huius nominis sextus,qui Toletum a' Sarracenis recepit,Constantiam Gallorum Regis filiam duxit uxorem. Quę cum uidisset sacrum Missæ officium lōge alio more,& ritu in Hispania,quam in Francia celebrari, q̃ mores,& ritus ecclesię Romanę in illo officio seruabat, orauit maritum Regem,ut morem illum,& Missæ cere monias ex uniuersa prorsus Hispania tolleret,& loco illius Gallum substitueret,qui Romanæ ecclesię erat con formis. De qua re nihil uoluit Rex definire: nisi prius(ut par erat) consuleret Gregorium septimum huius nominis summum Pontificem,qui tunc uniuersæ p̄erat ecclesiæ. Pontifex uero re(ut decebat)plene examinata,legatis respondit,antiquum Hispanię morem,qui bonus & sanctus erat,& a' sanctis patribus institutus,nō esse deferendum,quinimo' potius per omnia seruandum. Regina uero iterum Regem pro abrogādo illo officio in-

ſtantiſſime precatur, cuius uotis Rex ſatisfacere cupiẽs, conuentum generalem tam ex eccleſiaſticis, quàm ex ſecularibus congregatum celebrat. Huic congregationi Rex, Reginæ uotum prodit, petitq́; , ut illi ſatisfacere uellent, cui Reginę petitioni cum omnes contradicerẽt, tandem ex illorũ omnium, & Regis concordi ſententia decretum eſt, ut res hæc armorũ cõflictu definiretur, datis duobus, qui duello pugnarent, alter pro officio Gothico, aut Moſparabico à toto regno eligendus, alter pro officio Gallico aut Romano à Regina, & Rege ſignandus. Ventum eſt ad pugnã, & qui pro officio Moſparabum decertabat uictor euaſit. Sed nec his uiſis Regina quieſcere uoluit: ſed, ut ſunt importunæ, & pertinaces fœminæ, quouſque ſatis ſuis uotis fiat. Regẽ iterũ acrius, & uehementius ſolicitat, qui, ut Reginæ placeret totum regni conuentum, iterum hortatur, ut Gotthicũ officium deſerete, & Gallicum, ſeu Romanum recipere uellent. Illis autem omnino contradicentibus ex cõmuni oĩum conſenſu decretum eſt, ut magno aliquo, atque uaſto igne accenſo duo libri in illum proĳcetentur, quorum unus Miſſæ offĩn contineret iuxta ritum Gallicũ, alter iuxta antiquum Hiſpaniæ morem. Et illo die, quo hæc facienda erant, indictum eſt à Bernardo Archiepõ Toletano generale ieiunium (res enim hæc Toleti agebatur) ut per ieiunĳ meritũ Deus exoratus teuelare uellet per miraculi oſtenſionem, quid eſſet agendum. Proĳciuntur duo illi libri in medio ignis, & liber, qui Gallicum, ſiue Romanum tenebat offĩn, cœpit ex igne ſtridorem quendam facere, & ſtatim ſaltu quodam ab igne reſilĳt. Liber autem, qui officium Gotth[illegible]cũm, ſiue Moſparabum continebat, perſeuerauit abſ[illegible]e ulla læſione in medio ignis quouſque ille fuit prorſ[illegible] extinctus. Sed nec tanto miraculo uiſo Regina cedere uoluit, ob quam cauſam Rex deinceps noluit regnum (ut ante fecerat) hortari: ſed præcipere, & uariĳs minis cogere, ut officio antiquo relicto Gallicum, ſiue Romanum reciperent.

Quod non sine lacrhymis fecere coacti, quamuis in aliquibus Toletanis templis mos ille, & ritus antiquus remansit, qui inibi usque in hodiernũ diem seruatus est. Et inde ortum est uulgare prouerbium apud Hispanos: Alla uan leyes, do quierẽ Reyes. Quod in latinam linguam uersum idem est, ac si diceretur. Ad arbitrium Regum leges dispensantur. Hanc tam largã historiam hic retexere uoluimus, ut aperte inde ostenderemus, quàm sine causa Bernardus de Luthzemburgo in suo Catalogo hæreticorum, Mosarabes inseruit.

De solutione quorundam dubiorum, quæ ex dictis in præcedenti capitulo oriuntur. Cap, VIII,

Ex his, quæ in proxime præcedenti cap. disseruimus, aliqua non paruæ difficultatis dubia occurrere pñt, quibus omnib⁹ hic rñdere decreui, ut omnem dubitationis causam tollam, & sic rem absolutam relinquam.

Primum dubium est de Catechumeno, qui nondum Baptismum suscepit: sed solum habuit firmum propositum suscipiendi baptismũ, si ante quã baptismatis unda tingatur in aliq̃ hæresim laberetur, an hæreticus dici debeat. Et forte alicui uidebit̃ talem nõ esse hæreticum dicendum, nec uelut talem puniendum, ppea qđ nondum baptismum suscepit, atq; ideo ecclĩæ domum non intrauit, & per consequens ecclĩæ iudicio nondum fuit subiectus. Sed qui sic sentit, maxime fallitur, & toto (ut dr̃) errat cœlo. Nam Catechumenus, qui firmo animo statuit baptismatis unda mũdari, si in hoc proposito pseuerans ab hac luce necessitate coactus sine aquę asperſione decedat, pculdubio saluabit̃: qm̃ etsi baptismo aq̃ non sit baptizatus, est tñ baptismo flaminis, qui per secretam Sancti spũs infusionem fit, baptizatus: de quo baptismo Xps in cœlos ascendẽs, sctĩnq; Aplis suis pmittens Spm̃, ait: Vos aũt baptizabimini Spũ sctõ non post multos hos dies. Spũ baptizandos dixit pp grãm, quam in aduẽtu Spũs sancti recepturi erant, & per quã ab omni pctõꝝ inquinamento erant mundandi. Baptis *Act. 1*

mus igit, qui à theologis scholasticis flaminis dr: sicut animas à peccatis mundare ualet, ita et saluare. At extra eccliam nō est salus. Est.n. eccl'ia (ut beatus Petrus interptatur) figurata p arcam Noe, extra quā quotquot inuenti sunt, periere, & soli, qui in illā intrauerunt, saluati sunt. Ex his aperte consequitur eum, qui firmo animo baptismum aquæ suscipere statuit, iam tunc eccl'iam intrasse cum sit in statu salutis, quæ extra eccl'iam (ut diximus) haberi non pōt: etsi hoc animę suæ firmum esse ppositum eccl'iæ palàm ostendit, ab illa baptismum Publicitus petens hoc ipso eccl'iæ se subdidit quamuis ab illa baptismum, quem petit non susceperit. Et confirmatur per capitulum. Veniens, de presbyrero non baptizato. ubi hæc hnr uerba. Non solum per sacrm fidei: sed p fidem et sacri, quis efficitur pculdubio membrum Xpi. Hæc ibi. Si per solam fidem sine sacro baptismi efficitur homo membrum Xpi, ergo et membrum eccl'iæ, quæ est corpus illius, ergo ab illa poterit iudicari, & puniri tanq̃ pars, & membrum illius. Quo fit, ut Catechuminus, qui firmo, & constanti animo baptismū ab eccl'ia petijt, si postq̃ fuerat de recta fide edoctus, in hæresim aliq̃ anteq̃ baptismum aquę suscipiat, labatur, & illam pertinaciter tueatur, sit censendus hæreticus, & uelut talis: nisi resipuerit puniēdus, nō tn̄ (ut existimo) ita acriter, ac si baptismum aquæ suscepisset. Hæc tn̄ de illo solo intelligenda esse uolo, qui post firmum de suscipiēdo baptismate ppositum, fuit sufficienter de recta fide edoctus, et post hmōi doctrinā receptam pposita pœnitens in hæresim lapsus est. Alioq̃ si in hæresim laberet anteq̃ fuisset plene de Catholica fide instruct⁹ (ut infra pxime dicemus) talis non esset hæreticus censendus.

Scda dubitatio est de paruulo baptizato, q̃ an̄ usum rōnis ab infidelibus captus, & postea cum ad annos discretionis peruenit, fidem Catholicam noluit suscipere: sed Mahometicam legē, de qua fuit instructus, est amplexatus, an hic talis sit hęreticus, et apostata cēsendus,

& uelut talis sit à Xp̄ianis caperetur, puniendus? Et qđ talis sit hæreticus dicendus, v̄r conuinci: quia omnia, q̄ in uulgari hæretici definitione describūtur, illi aptissime conueniunt. Nam hæresim pertinaciter tuetur, aut fidē prorsus deseruit, postq̄ Xp̄m per baptismum iduerat. Ver℞ ego aliter dicendum esse sentio: qm̄ ut quis hæreticus merito dicatur (mea quidem sn̄ia) non satis est illum hæresim post susceptum baptismum pertinaciter tueri, nisi post eiusdem baptismi susceptionem fuerit de uera fide edoctus. Sola siquidem fides infusa, quę per baptismum datur, sine aliqua uiua uoce doctoris exterius docentis, iuxta consonam omnium theologo℞ sn̄iam, minime sufficit ad credendum. Q̄uo credēt (ait Paulus) ei, quem non audierūt? Q̄uo aūt audient sine prædicante? sicut scriptum est: Quam speciosi pedes Euangelizantium pacem, Euāgelizantium bona. Sed non oēs obediunt Euangelio. Isaias. n. dicit: Dn̄e, quis credidit auditui nr̄o? Ergo fides ex auditu, auditus autem per uerbū Xp̄i. Quibus uerbis Paulus Apostolus apertissime docet ueram fidē uerbi Dei prædicatione nullum hominē per se assequi posse. Oportet igitur, ut hæreticus non dicatur qui sine uerbi Dei p̄dicatione fidem plenam non est assequutus, quam (ut diximus) assequi non poterat. Indignum quippe est, ut quis damnetur: quia non fecit id, qđ nullo modo facere poterat. Idem ēt dicendum cē seo de Iudæis, & Sarracenis & aliis infidelib⁹, qui adulta ætate baptisma suscipiunt, non esse illos statim dicendos hæreticos, si post baptisma susceptum, & anteq̄ de fide fuerint plene edocti, in hæresim aliq̄ lapsi fuerint. De his. n. merito suspicandum est illos tunc ex ignorantia errasse, ac propterea cū tales fuerint deprehensi, sunt docendi, & cum misericordia admonendi, etsi post admonitionem & charitatiuam correctionem in eundem labantur errorem, iam non ex ignorantia sed ex malitia illos errasse merito credēt. Ille igit̄ q baptismo suscepto ante annos discretionis captus à Sarracenis, & cum il

Ro. 10
Naū. 1.
Isai. 53

lis nutritus, illorum sectam colit, si postea a Xpianis capi contingat (ut ego sentio) erit admonendus & de uera fide docendus, non tamen est hæreticus censendus neque ut talis puniendus.

Tertia dubitatio est de illo qui baptizatus est nō in uera & necessaria forma, qui etsi uerum baptismum nō suscepit, tñ pp baptismum, se Xpianum dicit & prędicat & pro tali ab omnibus existimari contendit, si hic hęresim aliq̃ pertinaciter tueatur, an sit dicendus hęreticus? Guillelmus Ocham parte 1. suorum Dialogorum, lib. 3. c. 2. & 3. dicit talem esse dicendum hęreticum. Ego tamē ab illo in hac parte longissime discedo, & merito: quia omnis hæreticus ab ecclesiæ Catholicæ domo quam semel per baptismum intrauerat, exit. Nam btūs Ioannes de hæreticis in sua prima Canonica epla loquēs postq̃ illos Antichristos esse dixerat, hęc ait: Ex nobis exierūt: sed non erant ex nobis. Didymus Alexādrinus in expositione huius eplæ declarat quo pacto hæretici sint dicēdi Antichristi, sic inquiens. Consequens est.n.qđ qui se metipsos collegio fideliū segregarunt, Antichristi sunt. Quō non sunt Antichristi, qui contraria sapiunt, quam Xpi confitetur ecclesia? Hæc Didymus. Hi Antichristi ex nobis exeunt, quia ab ecclesię unitate cui se in Baptismo inseruerunt, separantur, sed ex nobis non erant, quia inter illos qui ad gl'iam æternam sunt prædestinati, non sunt numerati. Hoc autem sic ꝓbat Beatus Ioānes. Nā si fuissent (inquit ille) ex nobis permansissent utiq̃ nobiscum. Omnis igitur hæreticus ab ecclesię domo recedit. Atqui ecclesiæ domum nunq̃ intrauit ab illa recedere non potest, eadem igitur ratione consequitur ut qui ecclesiam nondum intrauit, hæreticus esse non possit. Ille autem qui nō iuxta ueram & necessariam Baptismi formam est baptizatus, sicut non suscepit uerum Baptismū, ita nec etiam intra ecclesiæ domum intrauit. Ille ergo q̃uis in hæresim aliq̃ labatur eamq́ pertinaciter tueat, hæreticus dici non debet. Hoc autem tunc uerum esse cre-

1. Ioā. 2

Didy.

do,qñ ille sciuit se uera Baptismi forma qua oẽs Xpiani utuntur,non esse baptizatum, & uult sic permanere. Tũc.n.nec baptizatus esset Baptismo fluminis,nec Baptismo flaminis. Alioqui si ipso nesciente sic baptizat⁹ est,putans se bene baptizatum,tunc si usum rõnis habet ꝗuis non sit baptizatus Baptismo aquę, est tñ baptizatus iteriore Baptismo,& hoc(ut supra dixim⁹) satis est, ut hæreticus merito dici possit.

Quarta dubitatio est. An ille sit dicendus hæreticus qui alicuius hominis opinionem tã firmiter tenet & docet,ac si esset uerus articulus fidei: & ita pro illius opinionis defensione est mori paratus,sicut faceret pro illis quæ ad fidem pertinere sunt nota? Et certe de hac re libẽtius uellem alioꝝ audire sniam quam dicere meam. Dicam tñ quod sentio ne gratis uidear mouisse qõnẽ. Ego quidem non dubitarem talem dicere hæreticum, ppea ꝙ ille talis errat in fide,& pertinaciter. Omnis aũt qui post susceptum Baptismum, pertinaciter circa fidẽ errat, concordi omnium recte sapientium snia censetur hæreticus,ergo iste de quo præsens agit̃ sermo cẽsendus est hæreticus. At,qđ iste talis erret in fide, quia forte aliquis dubitabit,dubitationis cãm tollã testimonio Augustini qui errorẽ definiens in Enchiridio ad Laurent.c. 17.sic ait. Nihil aliud est errare,quã ueꝝ putare qđ falsum est,falsumq; qđ ueꝝ est, uel certum hr̃e ꝓ incerto, incertum'ue pro certo,siue falsum sit,siue ueꝝ. Hæc ille. Iste qui alicuius opinionẽ putat esse Catholicam fidẽ,et tam firmo animo illam opinionem ac fidem Catholicã tuetur,incerta tenet ꝓ certis, ergo iuxta Augustini sententiam,errat. Præterea iste sic sentiens,eo ipso ecclesiæ Catholicæ contumeliam facit,& illam in fide errare putat,quia illa quæ iuxta istius sniam sunt certissima, ecclesia tenet pro incertis. Errat ergo,iudicio istius ecclesia: quia(ut Augustinus dixit) errare est certum hr̃e ꝓ incerto. Hæc autem de ecclesia quæ diuino semper illustrat̃ spiritu quisquis putauerit, hæreticus ab omnib⁹ Catho

Augu.

licis censebitur. Merito igr̄,ille dicetur hæreticus q aliscuius hominis opinionem tā obstinato animo ac fidem Catholicam tuet̄. Vt autem qđ dicimus clarius ondamus exemplum aliquod ob oculos proponere decreui. Eccl̄ia nihil de conceptione Deiparæ uirginis hactenus definiuit, an fuerit cū pc̄tō originali aut sine illo concepta: sed liberę cuiq; dimittit, ut quam uoluerit, de hac re teneat opinionem, Sic.n.definiuit. Syxtus Pōtifex huius nominis quartus, in extrauaganti quę incipit, Graue nimis, quam decretalem extrauagantem conciliū Tridentinum sess.4.confirmauit. Siquis stante hac ecclesiæ definitione, alterutram opinionem tā firmo animo tueretur, ut illam putaret esse fidem Catholicam, & admonitus de hac re, in eadem nihilominus sn̄ia tam pertinaciter perseueret ut pro illa sit mortem subire paratus, hic talis absq; ulla dubitatione erit censendus hæreticus. Quia ecclesiæ definitioni sic parere refugit, ut illam errare pertinaciter credat, cum ea quæ istius iudicio sunt certa, illa pro incertis teneat. Ego quidem uirginē Deiparam sine peccato originali conceptam fuisse credo. Quia hoc magis piū est, & magis dignitati Matris Dei conueniens, & filij eius totius gn̄is humani redēptoris, dignitati, & excellentiæ, nec pilum detrahens, Attamē non tam firmo animo hanc teneo sn̄iam, ut illam putem esse fidem Catholicam, atque ideo pro huius sn̄iæ tutela, non libenter ceruicem gladio opponerem. Et iuxta hunc modum de alijs iudicandū esse arbitror: ita ut qsquis opinionem aliquam de rebus fidei differētem tam firmo animo & tam certe tuetur, ut tueretur fidem Catholicam, sit hæreticus censendus. Nam fidem Catholicam tam constanti animo quisque tueri tenetur, ut si Papa, aut concilium ul'e recte congregatum deus contrarium docere permisisset, imò nec si angelus de cœlo (ut ait Paulus) oppositum annunciasset, illi credere non deberet. Tam constantem aūt animum circa illa, quæ de rebus fidei sub controuersia tractantur, nemini citra

Gal. 1.

hæresis notam licet hr̃e. Nam qui tam firmo aĩo hmõi sñias controuersas tueretur, ut ecclesiæ illud dicenti nõ esset obedire paratus, eo ipso putaret ecclesiam in fidei definitione errare posse, quod est apertissima hæresis. Siquis uero aliq̃ opinionem de rebus fidei differentem, quãtumlibet firmo aĩo teneat: & putet illam esse fidem Catholicam paratus tamen ecclesiæ aliud docenti obedire, etiam si erret, nunquam ob hoc dicetur hæreticus.

Quid sit pertinacia, & quis sit pertinax dicendus, ut per hoc merito hæreticus possit censeri. Cap. 9.

Quamuis longam, & (ut arbitror) satis exactã de hæretici definitione disputationẽ fecerim, pp id tñ quod de pertinacia ibidẽ dictum est, q̃squam forte hæsitare poterat nesciens quid esset pertinacia: & quis esset ptinax censendus: ut (si alia adsint) posset merito hæreticus appellari. Vt igitur rem undiq̃ absolutam relinquerẽ: uisum fuit mihi necessarium, hunc nodum, in quo non modica uidetur esse perplexitas explicare. Pertinacia à pertendẽdo dicitur. Nam (ut dixit Marcus Varro) In quo nõ debet ptendi, & quis pertendit, pertinacia est. In quo uero oporteat manere, si in eo perstet, perseuerantia uocatur. Aliq̃n tñ in bonam partem sumitur pro perseuerantia. Seneca lib. 7. de beneficijs. Vincit malos pertinax bonitas, & Liuius ait: Vincit oĩa pertinax uirtus. Vterq̃ pertinacem dixit pro perseuerante, pp nimiam illorũ inter se uicinitatem. Nam (ut ait Cicero in officijs) pertinacia finitima est perseuerãtiæ, quia utraq̃ in rebus cœptis persistit. Separantur tñ per id, circa quod uersantur: quia pseuerantia occupat̃ in bono, ptinacia in malo. Hac igitur uocis significatione p̃missa, rei definitionem statuere oportet, iuxta quam sit quilibet de pertinacia examinãdus. Pertinax est, qui persistit in errore, quẽ sub reatu culpæ deserere tenet̃. Ex prima huius definitionis parte colligitur non solum illũ esse pertinacem dicendum, qui falsum asserit: sed qui de ueritate dubitat. Qm̃ (ut supra septimo huius libri capite diximus) ita errat, q̃ de certa ue-

ritate dubitat: ficut qui aliquid illi contrarium afferit. Quo fit, ut ita ẽt quis poſſit eſſe ꝑtinax dubitando id, de quo dubitare non licet: ſicut eſſet pertinax aſſerendo aliquid contra id, quod credere tenetur. Et ob hanc cãm loco proxime citato docuimus, dubiũ in fide eſſe dicendũ hæreticum, ſi cum pertinacia dubitauerit. Tunc aũt aliquem in errore perſiſtere dicimus, qñ admonitus, errorẽ ſuum reuocare contemnit. Deinde additũ eſt in definitione pertinacis, quòd teneatur deſerere errorẽ quo ꝑſiſtit: qm̃ licet quis erret, ſi errorem ſuum relinquere non tenetur, nequaquam erit pertinax dicẽdus. Multi qdem ſunt errore aliquo decepti, q ſic errantes, non peccãt ꝑpea quod ueritatem illi errori oppoſitam ſcire non tenentur. Põt. n. quis citra omnem culpam errare circa numerum, & uim elementoꝝ, motum cœloꝝ, effectus ſideꝝ, naturas aĩalium, & cætera hmõi, ad quæ ſcienda, fides Catholica nõ cogit. Nam Auguſtinus de hmõi erroribus loquẽs ĩ Enchiridio cap. 21. ita ait: In his atq; hmõi falſitatibus, ſalua fide, quæ in nobis eſt, fallimur: & uia non relicta, quæ ad illũ nos ducit, erramus. Qui errores ẽt ſi peccata non ſunt, tñ in malis huius uitæ deputandi ſunt, q̃ ita ſubiecta eſt uanitati, ut approbentur hic falſa pro ueris, reſpuantur uera pro falſis, teneantur incerta ꝑ certis. Hæc Auguſtinus. Nec in his ſolum: ſed ẽt in his, q̃ ſunt in ſacra ſcriptura expreſſa, pñt multi ſine omni labe peccati errare, quia cum non oẽs teneantur ſcire oĩa ibidem contenta, oportet, ut qui per ignorantiam alicuius illoꝝ errauerit, ſit (ut ſupra docuimus) excuſatus à culpa. At errans q non peccat, pertinax non eſt cenſendus: qm̃ pertinax ſine pctõ eſſe non põt. Ex quibus colligimus illum, qui in errore aliquo perſiſtit, non eſſe dicendum hæreticum, niſi errorem ſuum ſub reatu culpæ deſerere teneatur. Videndum eſt igitur quis teneatur renũciare errori, quem aſſerit, aut tuetur, & inde luce clarius euadet, quis ſit pertinax cenſendus. De hac re hãc in primis ſtatuo certiſſimam regulam. Quiſquis ſcit aſſertionem

Augu.

suam esse contra sacrã scripturã, aut alicuius concilij gñalis decretum, aut Papæ legitimam definitionem, aut cõtra cõmunem omnium Catholicorꝫ doctorꝫ sñiam, aut contra tacitũ totius eccl'iæ consensum, errat, & peccat, & si à peccato liberari cupit, tenetur statim errorẽ suũ reuocare. Is igitur, qui sic sciens errat, statim sine ulla ulteriori monitione est pertinax censendus. Qm̃ sacra scriptura, aut eccl'iæ definitio, quam optime nouit, plusquã pro centum, nedum pro duabus, aut tribus monitionibus ualet. Nã sicut qui agit contra p̃ceptum cuius transgressioni est à iure adiuncta excõmunicatio, censetur contumax: quia quamuis nulla præcessetit hominis admonitio, p̃cessit tñ iuris cautio, quæ pluris est æstimãda, quam tres hominis monitiones, ita etiam, qui cõtra scripturam sacram, aut eccl'iæ diffinitionem sciẽs errat, ẽt si nulla illi fuerit adhibita admonitio, pertinaciter errare dicetur. Cæterũ si quis cõtra apertam Catholicæ eccl'iæ sñiam aliquid asserat, ppea: quia ignorat id, quod asserit esse contra fidem Catholicam, non est ptinax, & per cõsequens, neq; hæreticus cẽsendus. Neq; ad id dicẽdum gratis moueor: sed plurimis sctorꝫ doctorꝫ authoritatibus, & urgentissima rõne motus id assero. Põt quidẽ fieri, ut quis in uniuersali fidẽ Catholicam habeat credens oĩa in scriptura sacra contenta, & oĩa, quæ eccl'ia tenet, & docet, esse uera, & nihilominus erret circa aliqđ particulare: quia ignorat illud esse contra scripturam sacrã, aut contra eccl'iæ determinationẽ, imo potius credit ecclesiam ita sentire: sicut ipse sentit, & ppea credit, qa putat eccl'iam ita credere, non crediturus, si constaret sibi eccl'iam aliter sentire. Nullus sanæ mentis dicet hunc talem peccare: quia ignorãtia illum excusat, si res est talis, ut ille eam scire non teneatur. Nam Christus pharisæis loquens ait: Si cæci essetis, non haberetis peccatũ. Quę uerba exponens Theophilactus super Ioannẽ ait: Vos quidem de corporali cæcitate interrogatis, ego autẽ de animi cæcitate dico, quod si essetis cæci, hoc est, imperi-

Ioan. 9
Theop.

ti scripturarum nõ haberetis tale peccatum: quia per ignorantiam peccaretis. Hæc ille. Certum est.n, non oēs eadē lege teneri circa fidem: qm̄ plus exigitur, a uiro docto, quam ab idiota, plus a uiro Ecclesiastico & sacris dedito, quam a laico, & prophano, plura oportet scire prælatum quam subditū. Labia sacerdotis (ait Deus p Malachiā ꝓphetam) custodient scientiā & legem requirēt ex ore eius, quia Angelus dn̄i exercituū est. Prælatos & ꝑdicatores licet ignorantia sæpe excuset ab hæresi, non tñ ita excusat a peccato: quia tenentur scire oīa, quæ ad officiū suū exequendum sunt necessaria. Nihil debet ꝑdicator coram populo effundere, quod non sit illi perfecte exploratum, & de quo non sit certus uerum esse, qđ prædicat, & si per ignorantiam errauit, ignorantia non excusabit illum a peccato: quia tenebatur scire. Si tñ re uera paratus est corrigi cum eccl'ia aliud docuerit, quāuis peccauit: quia quod ignorauerit, docere tentauit, nō tñ est hæreticus censendus, & per consequens non tanquam hæreticus: sed tanquam temerarius erit puniēdus. Alij uiri docti pñt per ignorantiam excusari aliqñ etiam in his, qu sunt explicite dānata, quia uidelicet nesciebāt esse damnata. Non.n. tenentur uiri eruditi scire oēs hæreses, quæ sunt aperte damnatæ: quia non oīa conciliorum decreta scire tenentur, & ideo si per ignorantiam aliqd dixerint, parati corrigi non sunt hæretici censendi. Plebs indocta, & ꝓmiscuum uulgus non tenetur scire plusquā eos fidei articulos q in apl'orum symbolo explicantur, neqꝫ ad subtilem illorum intelligentiā obligatur, sed satis est illi si grosso modo intelligat, dūmodo hanc habeat animi ꝓmptitudinē, ut paratū sit credere quidqd aliud eccl'ia docuerit. Si rusticus hō qdquam aliud præter hos fidei articulos ignorauerit, non peccabit, quia ignorantia illū excusabit. Ex quibus apertissime consequitur, ut talis ob hanc cām hæreticus non sit dicendus, quia error cui nō est adiuncta malitia, non ualet hominem efficere hæreticum. Nullus.n. hō qui est sine peccato, est hæreticus cū

Mal. 2

censendus, quoniam qui est sine peccato, est in statu salutis, hæreticus autem non est in statu salutis, quia sine fide (ut ait Paulus) impossibile est placere deo. At uulgaris homo qui errauit per ignorantiam eorum quæ scire non tenebatur, est sine peccato, ergo ille talis non est hæreticus censendus. Præterea Beatus Augustinus in libro de Baptismo contra donatum hoc idem confirmat sic inquiens. Si aliquis hoc idem sentiat de Christo quod Fotinus opinatus est, & in ecclesia Catholica baptizatur, & hoc credit esse fidem Catholicam, nondum dico esse hæreticum, nisi manifesta doctrina Catholicæ fidei resistere maluerit, & illud quod tenebat elegerit. Hæc Augustinus. Et beatus Hieronymus in epistola quadam ad Damasum, huic fauet sententiæ, sic inquiens. Si autem hæc nostra confessio apostolatus tui iudicio comprobatur, quicunque me culpare uoluerit se imperitum, uel maleuolum, uel etiam non Catholicum, sed hæreticum comprobabit. Hæc Hieronymus. Et habentur hæc uerba in cap. Hæc est fides. 24. q. 1. In quibus uerbis Hieronymus innuit non omnem qui contra Papæ iudicium & determinationem sentit, esse dicendum hæreticum, quia possibile fore censuit ut talis per imperitiam & ignorantiam sic sentiret. Quod si contigisset, non putauit illum dicendum esse hæreticum, sed imperitum, atque ideo non dixit absolute illum talem esse dicendum hæreticum sed subdisiunctione posuit imperitum uel maleuolum, uel hæreticum. Ex his omnibus colligimus nullum hominem etiam si quamlibet pestilentem errorem teneat & doceat, dicendum esse hæreticum si absente malitia ex sola id dixerit ignorantia. Qualiter autem possit quis a pertinacia per allegationem ignorantiæ excusari, hoc iura positiua docent, quibus inter alia dicitur. Allegans ignorantiam probare debet illam. Tradunt etiam iura quibus argumentis, testibus et iudiciis possunt debent iudices ecclesiastici præsentem uel præteritam ignorantiam in errante conuincere. De hoc solo hæreticorum inquisitores admonere decreui, ut cum aliquem in fide errantem comprehenderint, diligenter com-

heb. 11

Augu.

Hier.

siderent personæ & erroris qualitatem, & his bene circumspectis facile intelligent qs & in quo errore possit p ignorantiam ab hæretici nota excusari. Quia si res quã asserit est ex illis quas non oẽs scire tenentur, inuestigandum est primo an possit per testes aut alio modo cõuinci illum scire assertionem suam esse contra fidem Catholicã? & tunc merito pertinax & per consequens hæreticus merito censebitur. Si aũt illum sic scire, aperte pbari nõ possit, tunc examinandus est an sit paratus eam fidẽ suscipere quam Catholica tenet ecclĩa? et si se uere paratum ostenderit, tunc per ignorantiam illum errasse credendum est, & ob id pertinax non dicetur. Si aũt non sit parat⁹ eam fidem suscipere quã Catholica tenet ecclĩa, ob eam solam causam pertinax & hæreticus dicetur. Et quod de ignorantia diximus, hoc idem de obliuione dicendum esse censeo, quia qui rei alicuius est prorsus oblitus, tunc censeri debet ignarus. Et certe hic talis quãuis in fide erret etiam circa illa quę eum olim sciuisse cõstat, si se oblitũ iam fuisse quouis modo persuadere poterit, est a pertinacia & hæresi excusandus. Persuadebit autẽ se fuisse oblitum si cum reuocatum fuerit ad memoriam id cui contradicit, statim sine ulla repugnantia illud cõplectitur, et errorẽ suum reuocat. Nã hoc modo aliquos sctõs doctores ab hæresi excusamus, qui nullo modo excusari possent, nisi illos cum aliqua dixerunt, alioꝝ quæ illos legisse certum est, oblitos esse crederemus. Hieronymus siquidem exponens illud saluatoris apud Mathæum, Quem dicunt homines esse filium hominis? hæc ait: Non dicit quẽ me dicunt esse homines ? ne iactanter de se q̃rere uideretur. Hæc Hieronymus. Quæ Hieronymi interpretatio apertissime cõtradicit Lucæ Euãgelistæ qui eandẽ narrãs historiam, refert Christũ dixisse, Quem me dicunt esse turbæ? Credendum est tñ Hieronymum cũ illa scripsit, oblitum fuisse hmõi uerboꝝ Lucæ. Idem beatus Hieronymus in cõmentarijs super Mat thæum interpretans illud ex Matthæi nono, Ascendẽs

mat.16 *Hiero.* *Luc-9*

Iesus

Iesus in nauiculam, transfretauit, & uenit in ciuitatē suā dicit. Ciuitatē eius non aliam intelligimus quam, Nazareth: unde Nazareus appellatus est. Hęc ille. Hęc tamē interpretatio, apertissime contradicit Marco Euangelistæ, qui cap. 2. eandem narrans historiam, dicit ciuitatē illam in quam tūc Christus intrauit esse Capharnaum. Beatus Ambrosius interpretans nonum Lucę caput, dicit Iacobum illum qui Christum in monte transfiguratum simul cum Petro & Ioanne uidit, fuisse primū Hierosolymitanum epm. Hęc tn̄ sententia uelut ex diametro pugnat cum Matthęo, qui transfiguratione Christi describens, dicit Iacobum illū fuisse fratrem Ioānis, qui (ut ex historia Actuum Apłorꝝ conuincitur) non fuit Hierosolymorꝝ eps. Multa alia sīīa apud sacros, & sanctos doctores, inueniuntur, nec tn̄ per hæc, eorꝝ sanctę uitæ, aut doctrinæ, uel tātillum detractum est. Pie siqdem credendum est illos hęc tunc scripsisse non recolentes nec attendentes qd de illa re alibi scriptura sacra narrasset, & si illam attendissent, nequaquam ea, q̄ scripserunt, scripsissent. Verum hic admonere oportet lectorem, ut nō statim aliquem pertinacem, & hęreticū censeat, quamuis ille propositionem asserat, quam scit ab ecclesia dānatam nisi in illo sensu eam asseruerit, in quo scit esse ab ecclesia dānatam. Potest quidē fieri, ut una propositio ab ecclesia dānata plures habeat sensus, unū falsum, iuxta quem ab ecclesia reijcitur, aliū uerꝝ, iuxta quem minime damnatur. Hęc. n. propositio: Deus creat mala, hęretica est, & ab ecclesia dānata. Nam beatus August. in lib. de hęresibus cap. 67. Florinianos dicit esse hæreticos ob id solum: quia Deū creasse mala dicebant, cōtra scripturam sacrā, quæ ait: Vidit Deus cuncta, q̄ fecerat, & erant ualde bona. Et cap. 65. idem pater Augustinus inter hæreticos recenset Coluthianos: quia Deū creasse mala negabant, contra id, quod Deus per Esaiā prophetam dicit: Ego Dn̄s, & non est alter formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum. Hæc

Ambr.

mat. 17

Gen. 1.

Esa. 45

aũt simul stare non possunt, ut ambo contradictoria falsa, & heretica esse dicantur, nisi utrũque eorũ duplicem sensum habeat, ita ut iuxta unum sensum uera, & catholica assertio, iuxta alium uero falsa, & heretica censeat. Est enim malum quoddã pœnæ, est ẽt malum aliud culpę. Creat igitur Deus mala (ut August. ibidem ait) pœnas iustissimas irrogando, quod Coluthus nõ uidebat: non aũt malas creando naturas, atque substantias, inquantum sunt naturę, atque substantię: qua in re Florinus errabat. Siquis igitur hanc dãnatam propositionẽ asseruerit: Deus creat mala, aut illius cõtradictoriam: Deus non creat mala, quãuis sciat esse ab ecclesia dãnatam, non est ob hoc pertinax & hereticus cẽsendus, nisi in illo sensu asserat, in quo scit esse ab ecclesia dãnatam. In cuius rei confirmationẽ, dicit Hilarius in lib. de Trinitate. De intelligentia. n. heresis non de scriptura orta est, & sensus non sermo fit crimẽ. Hæc ille. Circa pfata hoc unum addere statui, & de illo admonere lectorẽ decreui, ut oĩa quæ hoc cap. diximus de illo qui firmo animo aliquid contra fidem Catholicã asserit, illa ẽt de illo q dubitat, dicenda esse putet, ita ut qui de aliquo eorũ quę scit ab ecclesia Catholica pro fide teneri, dubitat, etiam si nulla præcedat monitio, pertinax & (ut alio capite diximus) hrticus merito dicet: qm̃ is talis ẽt errat, & persistit ĩ errore quẽ sub ĩterminatione gehẽnę de serer tenet.

Hilar.

Secunda de pertinace regula sit hæc. Quisquis cõtra fidem quam ecclesia Catholica tenet, per ignorantiam errat, si legitime admonitus fuerit, tenetur errorem suũ reuocare, & si non fecerit, est pertinax, & hæreticus censendus. Hæc regula probatur testimonio beati Augustini contra Manichęos sic dicentis: Qui in ecclesia xp̃i morbidum aliquid, prauumq́ quid sapiunt, si correcti ut sanum, rectumq́ sapiũt, resistunt cõtumaciter suaq́ pestifera, & mortifera dogmata emendare nolunt: sed defensare persistunt, hæretici sunt. Hæc August. & habentur 24. q. 3. cap. quia in ecclesia. Sed forte contra hãc

Augu.

regulam quis obijciet, quod is, qui per ignorantiã in fide errat, putans uerũ esse, & Catholicum, quod asserit non tenetur errorẽ suum reuocare: quia sic reuocãs mẽtiretur, & qui contra conscientiã agit (ut cõmune theologorũ prouerbium ait) ædificat ad gehennã. Hanc obiectionem facillime reijcimus, dicẽtes hunc talẽ qui per ignorantiam in fide errat falsum pro uero asserens: sicut tenetur errorẽ suum uerbo reuocare, ita ẽt tenetur sentẽtiam mente mutare, & consciẽtiam deponere, ut quod prius credebat esse uerũ, postea credat esse falsum. Prius quidem mẽtis sententiam mutare tenetur, deinde uero errorem suum ore reuocare. Quo ordine seruato, corde credet (ut Paulus præcipit) ad iustitiam, & ore faciet confessionem ad salutem. Ro. 10

Tertia regula sit hęc: Omnis qui per ignorantiam in fide errat postquam fuerit, quamuis non legitime, de errore suo admonitus, tenetur diligenter ueritatẽ inquirere, & uiros doctos & Catholicos de ea re cõsulere animo amplectendi eã doctrinam, quæ ab illis sibi fuerit ostensa. Hanc sñiam docet August. in ep̃la ad Gloriũ, & Eleusium, quæ est in ordine epistolarũ illius. 162. sic inquiens: Qui sñiam suam quamuis falsam, atque peruersam nulla pertinaci animositate defendunt p̃sertim quam non audacia suæ præsumptionis pepererint: sed a seductis, atque in errorem lapsis parentibus acceperunt, quærunt aũt cauta solicitudine ueritatem, corrigi parati cum inuenerint, nequaquam sunt inter hæreticos deputandi. Hæc Augustinus. In quibus uerbis id considerandum est quod ait, & quærunt cauta solicitudine ueritatem, ex q̃bus satis aperte colligitur eũ qui in fide catholica errat, si ueritatẽ cauta solicitudine quærere cõtemnit, esse pertinacem & hæreticum censendum. Augũ.

Quarta regula sit hæc: Omnis qui contra fidẽ quam catholica tenet ecclesia per ignorantiã errat & iurat se nunquam assertionem suam deserturum statim absque ulla præuia admonitione est pertinax & hæreticus. cẽ-

sendus. Huius regulæ certitudo sic conuincitur. Quisquis non est paratus corrigi est pertinax censendus, sed qui iurat se non discessurum ab ea sniã quam tenet, non est paratus corrigi, ergo ille est pertinax cẽsendus. Sed contra hoc quis forte arguet, dicẽs hunc talem nõ esse pertinacem: quia cum hic per ignorantiam erret, non tenetur errorem suum reuocare nisi prius admonitus fuerit, ex quo uidetur colligi illum non esse dicendum pertinacẽ. Nam iuxta ea q̃ superius diximus, nullus est, dicendus ptinax qui non tenetur reuocare errorem quẽ tenet. Respondeo concedens hunc talẽ non teneri, ad reuocationem sui erroris, ante admonitionẽ, tenetur tñ non tã firmo animo, suo errori adhærere, ut nõ sit paratus obedire corrigenti. Tenetur quidẽ illam animi firmitatẽ reuocare, ut paratus sit obedire ijs quibus obedire tenetur & illorũ doctrinam suscipere. Sed dices. Nunquid hic talis poterit per ignorantiam a' pertinacia excusari? Nã ignorantia excusat a' mendacio illũ qui asserit falsum quod putat esse uerũ, iuxta sniam Augustini in Enchiridio, dicentis. Nemo mentiens iudicandus est qui dicit falsum quod putat uerũ, quia quantum in ipso est, nõ fallit ipse sed fallitur. Hæc ille, & hñr hæc uerba in cap. Is aũt 22. q. 2. Fateor quidem aliquem excusari posse a' mẽdacio, qui tñ nullatenus a' temeritate excusari potest. Propter quod Augustinus post illa uerba q̃ nunc proxime citauimus, continuo hęc subiungit. Non itaque mẽdacij, sed aliq̃n temeritatis arguẽdus est qui falsa incautus credit & pro ueris habet. Hæc Augustinus. Ita ẽt ego dico illũ qui iurat se non recantaturũ sniam suam quam per ignorantiam putat esse ueram, excusari ab errore & mendacio, sed non excusari a temeritate iuramẽti, & ab illa animi firmitate quæ omnem prorsus correctionem excludit. Et de aperto pertinace hæc dicta sat erunt.

Augũ.

Qualis debeat, legitima admonitio esse, ut qui illam contempserit, sit merito pertinax censendus. Cap. 10.

Multi sunt circa fidem Catholicam errantes, qui (ut

præcedẽte capitulo præfati ſumus) antequam legitime admoneantur, errorẽ ſuum reuocare non tenẽtur, atque ideo ante huiuſmodi admonitionem non ſunt pertinaces cenſendi. Cum igitur horꝝ pertinacia ut manifeſtari poſſit, ex admonitione pendeat, operæprecium, & neceſſarium fuit de admonitione differere qualem illã eſſe oporteat, & a quo ſit facienda, & quoties iteranda, ut legitima merito cenſeatur. Vt aũt hæc omnia melius ab ſoluantur, uarias hæreſum conditiones et qualitates añ omnia conſiderare oportet, qm̃ iuxta illaꝝ uarietatem, diuerſam ẽt admonitionem fieri oportebit. Sunt enim aliquæ hęreſes aperte damnatæ, aliæ ſunt nõ aperte ſed latenter damnatæ. Aperte dãnatas hæreſes illas eſſe dico, quæ per expreſſam eccleſiæ definitionem ſunt dãnatæ, aut quaꝝ contradictoriæ, ſunt expreſſę & manifeſtę in ſacra ſcriptura, aut ex alijs in ſacra ſcriptura contentis manifeſtiſſima conſequentia deducuntur. Siquis gratia exempli diceret. Dauid non fuiſſe Regem, hæreſis eſſet aperte damnata, quia licet non ſit in aliquo concilio dãnata, illius tñ contradictoria eſt expreſſa in ſacris literis. Siquis etiã diceret, Iacob Patriarcham non eſſe nepotẽ Abrahæ, hæreſis eſſet aperte damnata, quia licet cõtra dictoria illius non ſit expreſſa in ſacra ſcriptura ſub eiſdẽ uocibus, manifeſtiſſima tñ conſequentia colligitur ex alijs in eadem ſcriptura contentis. Nam illic habetur Iacob eſſe filium Iſaac. Et Iſaac filium Abrahæ: ex quibus euidenter colligitur Iacob eſſe nepotem Abrahę. Hęreſis nõ apte dãnata eſt illa q̃ nõ eſt dãnata p expſſam ecclię definitionẽ, neq; illius cõtradictoria eſt expreſſa in ſacra ſcriptura aut ex alijs in ſacra ſcriptura cõtẽtis manifeſtiſſima & imediata cõſequẽtia deducitur, ſed ſolũ per ambages & per moltos diſcurſus, qui non ſunt omnibus noti, ex alijs contentis in ſacra ſcriptura conuincitur eſſe hæretica. Tales ſunt oẽs iſtæ propoſitiones. Non ſunt tres partes pœnitentiæ. Aqua benedicta nullius prorſus eſt ualoris plusq̃ aqua non benedicta. Om

nes benedictiones, quas ecclesia facit aut dicit super aquam, uinum, panem, salem, ceram et cętera hmōi sunt irridendæ, & contemnēdæ. Christianus nullo pacto bel lare licet. Aīæ ī purgatorio pñt mereri, & demereri. Epi scopi nō sunt superiores simplicibus sacerdotibus. Oēs istæ assertiones sunt hæreticæ, non tñ expresse dānatæ, nec facile quisq; cognoscet illas esse hęreticas: qaut hæ- reses esse pateat, multis argumentationibus est opus. Multos oportet facere discursus, & lōga indiget lectio ne, quisquis illas propositiones hæreticas esse cōuincere uoluerit. Hac igitur hæresum uarietate p̄missa, aliquas certissimas conclusiones subiungam, ex quibus quidqd ad hanc rem pertinet facillime colligi pōt. Sit igitur hęc prima conclusio. Siqs in hæresim aperte damnatam in- ciderit, ut errorem suum reuocet, admonendus est per expressam hæresis suæ damnationem, ostendendo illi expressam eccłiæ definitionem, aut contradictoriam il- lius hæresis ostendendo in sacra scriptura, aut contradi- ctoriam illius euidenti, & immediata consequentia de- ducendo ex alijs in sacra scriptura contentis, Nec opus est hāc admonitionem iterato facere, ut ille legitime ad- monitus sit dicendus: quia etsi semel dūtaxat id fiat, le- gitima dicetur. admonitio. Nam legitimam admonitio nem nos illam esse dicimus, per quam tam aperte osten ditur erranti assertionem suam Catholicæ ueritati repu gnare, ut quisqs demens non fuerit, fateatur illum aper- te esse de errore conuictum. Ex his sequitur, ut qui hmōi admonitionē non suscipit: sed illa post habita errorē suū reuocare contemnit, pertinax, & per consequens hære ticus sit censendus. Nam hic talis ecclesiæ Catholicæ fi- dem, quæ iam est sibi manifeste ostensa, oppugnate nō ueretur: quo fit, ut (iuxta illa, quæ in præcedenti capitu lo diximus) non sit corrigi paratus, & ita pertinax sit di- cendus. Sed nunquid si taliter errans habet aliqua argu menta, quibus motus est, ut errorem illum teneret, lice- bit illi ante erroris sui reuocationē, talium argumento℞

dissolutionem petere? Minime: Quia tenetur captiuare intellectum suum in obsequium fidei. Et (ut Hieronym⁹ ait) fides pura. Et aperta cōfessio non quęrit strophas, et argumenta uerboꝝ. Postquam aūt errorem suum reuocauerit, tūc licebit illi argumentoꝝ quibus ligatus erat ne ueritatem agnosceret, solutionem petere, ut fidē quā credit, melius intelligere ualeat, & in illa plenius confirmari. Forte adhuc insuper quis interrogabit. An liceat huic sic post errorem suum admonito, à paroco ad Episcopū, & ab episcopo aut inquisitore ad summū pontificē appellare? Respondeo quod illi qui legitime admonitus aut correptus est appellare nō licet, & si appellare tentauerit, eius appellatio est inanis & maligna censenda. Quo fit ut nō obstāte tali appellatione, sit p ecclīam tanquam pertinax & hęreticus censendus. Nam ea quę iam semel sunt legitime p ecclīam definita, non opus est ut nouis postmodum tractatibus iteꝝ definiantur. Vnde Leo Papa huius nominis primus epl'a uigesima secūda scribens Martiano Augusto de his q̄ in cōcilio Chalcedonensi tractanda erant, sic ait. Per dūm nostrum Iesum Christum qui regni uestri est author & rector, obtestor & obsecro clementiam uestram, ut in præsenti synodo fidem quam beati Patres nostri ab Apl'is sibi traditam prædicarunt, non patiamini quasi dubiam retractari, & quæ olim maioꝝ sunt authoritate dānata, rediuiuis non permittatis conatibus excitari. Hæc Leo papa. Et idem dicit Gelasius Papa in cap. Maiores. 24. q. 1. & Felix Papa in cap. Achatius. eadē causa & q̄ne. Secunda conclusio: Qui errat asserens aliquā hæresim non aperte damnatam quamuis sit admonitus à prædicatore, aut paroco, aut Epō, aut alio quouis homine summo Pontifice inferiore, nō tenetur reuocare errorē suū, nisi per manifesta, & euidentia argumenta illi ostendat assertionem suā esse contra fidem Catholicam, p̄sertim si est uir doctus, q sciat intelligere argumenta, quæ contra talem hęresim possent afferri. Nā de uiro idiota (ut in

2. Co. 10
Hier.
Leo pp

fra dicemus) alia est habenda rō. Quo fit, ut admonitio, quæ sine hmōi argumentis illi facta fuerit, non sit dicenda legitima. Hæc conclusio probatur. Nullus pter summum Pontificem (ut supra cap. 5. diximus) pōt de hęresi sic censere, ut illius censuræ oēs obedire teneantur, ergo ad nullius præterquam summi Pōtificis monitionem tenetur quis assertionem non aperte hæreticam reuocare. Nam qui in his, quę ad fidem spectant non tenetur alteri firmam fidem adhibere, non tenetur ēt ad solam simplicem illius monitionē, assertionē erroneam reuocare, qm̄ qui assertionem erroneam reuocat, debet assertionem contrariam firma fide tenere: sed subditi in his, quę sunt fidei, nō tenentur prælatis suis inferioribus firmam fidem pstare, quia tunc fides subditorum in sapientia hominum (quod Paulus negat) consisteret: ergo ad illorum simplicem monitionem nō tenentur subditi errores suos reuocare. Preterea quisquis à snīa alicuius appellare pōt non tenetur illius snīæ obedire: sed à prælato monente subditum de errore, & non mostrante aperte per regulas fidei, qd' error ille ueritati Catholicæ repugnet, licitum est appellare: ergo illius monitioni non tenet obedire, & p consequens illius admonitio non est legitima censenda. Maior huius syllogismi est manifesta ex definitione appellationis: qm̄ ab ea snīa, cui quis obedire tenetur, non licet illi appellare. Minor probatur authoritate Pelagij Papæ dicentis. Si uero in qualibet puincia ortæ fuerint qōnes, & inter ipsos prouincię Epos discrepare cœperit ratio, atque inter ipsos dissidentes non cōueniat, ad maiorem tunc sedem referantur: & si illic quidem facile, & iuste non discernuntur, ubi fuerit synodus regulariter congregata, canonice & iuste iudicent. Maiores uero & difficiliores qōnes (ut sancta synodus statuit, et beata consuetudo exigit) ad sedem semper referantur Apłicam. Hæc Pelagius Papa. Et habentur hæc uerba in cap. Multis. 17. dist. Et idem ait Iulius Papa in cap. Qui se. 2. q. 6. Sed nunquid licebit illi, sic erranti pigno-

1. Co. 1.

Pelag.

rantiam, appellare ab Epo, aut inquisitore postquam p̄ euidentia argumenta fuerit illi ostensum suam assertionem aperte repugnare Catholicæ ueritati? Si argumēta talia sunt, q̄ iudicio uiroꝝ doctorū manifestissime Catholicā ueritatē probant, nequaq̄ licebit appellare. Si uero argumēta non sunt tam euidentia, non est illi inter dicta appellatio. Forte causam petes cur magis hic, q̄ ibi liceat appellare. Causa est manifesta: quia is, qui per euidentia argumenta admonitus appellat, nullā habet appellationis occasionem quapp sic appellās peccat, et si ab appellatione non recedit, rebellis & proteruus, & pertinax est cēsendus, & uelut talis puniēdus. At is, q nō est per manifesta argumenta admonitus, iustam habet appellationis causam: quia nondū sibi est manifeste ostē sum assertionem suam Catholicæ ueritati repugnare. Is etiam, cui nondum est Catholica ueritas aperte ostensa, si aliqua habet, quamuis falsa argumenta, q̄bus impellitur ad tuendū assertionē suam, iuste p̄t petere hmōi argumentoꝝ solutionē, anteq̄ errorem suum reuocet. Hoc t̄n (ut proxime diximus) non liceret, si iam per euidentia argumenta esset sibi ueritas ostensa. Rursum eadem conclusio probatur sic. Eps debet esse paratus (ut beatus Petrus ait) omni poscenti rōnem reddere de ea, quæ in eo est fide: ergo subditus non tenetur ad simplicem Epi admonitionem errorem suum reuocare: nisi ille rōnem reddiderit, per quam conuincat talem errorē fidei Catholicæ cōtradicere. Ista collectio est euidens: q̄a si aliquis absque reddita rōne teneretur assertionem suā uelut erroneam reuocare, alius non teneretur illi rōnem reddere, ut per illam cogat illum ad assertionis suæ reuocationem. Veꝝ hęc cum solis uiris doctis faciēda esse censeo: q̄m hi ea, quæ sibi ad probationem Catholicæ ueritatis offerentur argumenta, intelligent. Idiota uero sæpe argumenta, quæ illi possent offerri, non intelliget: quo fit, ut illi non sint dicenda: quia esset solum uerbera re aerem, & inuanum uerba proferre. Is.n. (ut ego cēseo)

1. Pet. 3

ad solam paroci aut saltem Epi simplicem admonitionem, suum tenetur reuocare errorem. Si aũt parocum, & Epm contemnit, ppea quia ignorantes, ut frequẽter eos esse contingit, putat, tunc adhibendi sunt uiri docti, qui simplici uerbo sine ulla argumentatione illum iterũ, atque iterũ admoneant: quos si scdo, & tertio contempserit, erit meo quidem iudicio) pertinax censendus. Ex his omnibus apertissime conuincitur errasse Bartolum, qui in.l.Tutor.paragrapho.Tutores.ff.de suspec.tut.dicit illum esse cẽsendum hæreticũ ptinacem, & uelut talẽ puniendum, qui inquisitori aliquid afferenti non credit. Si oẽs tenerentur semper credere inquisitori aliquid afferenti, uerum esset, quod dicit Bartolus oẽm illum censendum esse pertinacem, qui inquisitori aliquid de fide afferenti credere contemnit. Tunc.n.ille persisteret i ea snia, a qua recedere teneť, atq; ideo iuxta ptinacis definitionem, merito pertinax dicetur. At nõ ita est, ut oẽs necessario teneãtur credere semper inquisitori aliquid afferenti, alioqui fiet necessario, ut homines teneanť, aliqñ errori, aut hęresi credere. Põt.n.esse, ut inquisitor erraret in fide: quia per officium sibi cõmissum non est cõfirmatus in fide, nec factus est indeuiabilis. Nam ij, qui plurimum Papæ authoritati fauent, admittunt illũ errare posse in fide, si illam, quam tenetur circa ueritatis examinationem, omiserit facere diligentiam. Sic docet Ioannes de Turre Cremata in summa ecclesiæ.lib.2.capit.112. Multo ergo facilius errare poterit inquisitor, cum pro illo non rogauerit Christus, ut fides illius non deficeret, sicut rogasse p Petro sacra perhibet scriptura. Noui ego inquisitorem, qui cuidam pdicatori indignatus est, eo q publice pdicauerat confessionem esse ex iure diuino necessariam pcipitq; illi, ut sniam suam publice reuocaret. Erat quidem inquisitor ille in iure canonico peritus, qui forte legerat glosam decretorũ in principio distinctionis quintæ de pnia, dicentem confessionem non esse ex iure diuino: sed humano, & Abbatem in cap. Ois utri-

Bartol.

Luc.22

usq; sexus, extra de pœniten. & remiss. hoc idem assereꝰ tem, atq; ideo putauit hanc esse irrefragabilem sñiam. Percontabor igitur nunc Bartolum, an talis prędicator tenebatur tunc credere inquisitori asserenti confessionē non esse ex iure diuino: sed solum ex iure humano? Si dicat prædicatorem nō esse ad hoc obligatum, falsum igitur hac rōne conuincitur esse, qđ dixit, oēm illum esse cēsendum hæreticum pertinacem, qui inquisitori aliquid asserenti non credit. Si uero dixerit Bartolus ꝑdicatorē illum fuisse obligatum ad pręceptum inquisitoris sñiam illam publice reuocare, tunc fateatur necesse est, prædicatorem illum fuisse obligatum ueritatem Catholicam recantare, & loco eius hæresim ꝑdicare. Nam dicere cōfessionem pctōꝝ non esse ex iure diuino: sed solum ex iure humano, hęreticum est, & à sede Apłica per apertam sñiam iam dānatum. Quam condēnationem nos inseruimus in eo opere, qđ aduersus omnes hæreses edidimus, in tit. de confessione. Non est igitur pertinax hæreticus censendus, omnis ille, qui inquisitori aliquid asserēti non credit, quia non omnibus, quæ ille dixerit credere tenetur. Qñ aūt sit pertinax hæreticus censendus, qui inquisitori credere noluerit ex dictis, & dicendis in hoc capitulo, aperte constare poterit. Argm̄ autem Bartoli, quo ille suam sñiam ꝓbare vr̄, nullius est roboris. Nam ex hoc, qđ in pręfata illa. l. Tutor. paragr. Tutores. dr̄ illum pertinaciter resistere, q iudici ꝑcipienti nō obedit, deducit Bartolus illum esse dicendum pertinacē, qui inquisitori asserenti aliquid, non credit. Hæc tñ argumentatio multipliciter peccat. Primo, quia lex illa non loquitur uīr de omni iudicis mandato: sed solum de mandato inuentarij per tutorem faciendi, & tutor, qui iudici præcipienti tale inuentarium fieri, nō uult obedire, dr̄ iuxta uerba legis pertinaciter resistere iudici. Ex hoc aūt particulari legis decreto, inferre legem gn̄alem ad oēm, qui non uult iudici obedire, pessima est illatio. Non est enim omnium negocioꝝ æqua conditio, ut sint omnia

eadem lege regulanda. In illo.n.negocio, de quo ibidē lex illa loquitur, tutor tenetur obedire iudici præcipienti, atque ideo si non uult obedire, merito pertinax dicetur. Multa tñ sunt alia negocia, in quibus homines non tenentur iudici obedire: quia si semper, & in omnibus tenerentur iudici obedire, nunquam liceret alicui à mãdato iudicis appellare. fieretq; inde necessario, ut supior iudex, quem appellauit, teneretur semper sñiam contra appellantem dicere, ppea qđ iniuste appellauit. Cõstat aũt multorum appellationes iustas esse, & uelut tales à superiore iudice declaratas: Ex quo manifeste colligĩt illos tunc non fuisse obligatos iudicibus inferioribus obedire, à quibus fuit licitum appellare, & per cõsequens nõ esse tunc pertinaces censendos. Scđo errauit Bartolus in præfata sua argumentatione: quia etsi uerum esset oẽm illum esse censendum pertinacem, qui iudici seculari nõ uult obedire, non erat inde trahenda consequentia ad illum, qui inquisitori de rebus ad fidem expectãtibus aliquid asserenti non uult credere. Q̃m res, quę ad fidẽ spectant non sunt eiusdem conditionis cũ negocijs forensibus, neq; eadem mensura cum illis metiendę, Nam res, quæ ad fidem spectant, omne humanum iudicium supe rant: atq; ideo dicit Paulus, fidem nr̃am non esse in sapiẽtia hominum: sed in uirtute Dei. Propter qđ in illis nõ tenetur homo inquisitori aliquid asserenti obedire: nisi cõstet illa, quæ asserit ab uñi ecclesia teneri, in qua uirtus, et sapientia Dei elucent. Forensia autem negocia non sunt tam sublimia, ut humani intellectus uires superent, atque ideo ex sapientia hominum illa pendere possunt.

1. Cor. 1

Tertia conclusio: Si quis inciderit per ignorãtiam in hæresim aliquã, & à paroco, aut Epo, aut quocũq; alio homine fideli fuerit per euidentia argumenta admonitus, assertionem suam esse contra fidem Catholicam, tenetur statim errorem suum reuocare: qđ si non fecerit, erit pertinax, & hæreticus censendus. Hęc conclusio est satis nota cuilibet, si consider. t, q nihil itereſt à quo qs

edoceatur, modo sit illi ueritas aperte ostensa: quia (ut omnes sapientes philosophi docent) semper considerandum est quid, & nō à quo dicantur. Præterea Apl's Paulus ait, fidem nrām non esse in sapientia hominum, esset aūt in illorꝝ sapientia, si eadem admonitio à subdito facta nōn esset æque potens, acsi fieret à prelato. Rursum si is, qui per ignorantiam contra fidem Catholicam errat, postea per seipm legens in aliorꝝ libris, inueniret argumenta, quæ aperte Catholicam ueritatem conuincerent, teneretur sine ulteriore monitore assertionem suã erroneam reuocare: ergo si aliquis alius per euidentia argumenta eandem Catholicam ueritatem illi oñdat, tenebitur etiam assertionem suam erroneã reuocare. Sed dicet aliquis. Quæ igitur erit dr̄ia inter illum, qui à prælato, & qui à subdito monitus est? Nonne erit aliqua excellentia in prælato supra subditum? Magna quidem, p̄latus siquidem illum, qui cōtra fidem catholicam errat, potest etiam nollentem uocare, ut coràm se appareat, & ab illo fidei rationem exigere: potest quidem cōpellere illum, ut argumenta, quibus ille fidem Catholicam persuadere conatur audiat. Potest etiam illum ad sui erroris reuocationem constringere. Etsi in his, & alijs ad suum officium pertinentibus obedire contempserit, poterit illi, iuxta criminis sui meritū, debitas infligere pœnas. At subditus nihil horꝝ pōt, quamuis ad illius legitimam monitionem æque teneatur errorẽ suum reuocare, acsi fuisset à suo prælato admonitus. Hæc de admonitione ab inferioribus sūmo Pontifice facta dicta sunt. An autem idem prorsus sit dicendum de admonitione à summo Pontifice facta, uarij uaria loquuntur. Non.n. inter omnes de hac re conuenit. Nam quidam eadem mensura summum Pontificem in hac parte metiuntur, qua ceteros Ep̄os, & dn̄t illum etiam hac lege teneri, ut paratus sit omni poscenti rationem reddere de ea, quæ in eo est fide. Quam nisi reddiderit, neminem pp illius admonitionem obligari dn̄t ad reuocationem sui erro-

1.Cor.1

ris,quem contra fidem Catholicam pp ignorātiam tue tur.Huic opinioni fauet Guillelm⁹ Ochā par.1.Dialog. c.20.& Ioannes Gerson in prima parte Alphabeto 14. ubi differit,an liceat in causis fidei à summo Pōtifice ap pellare:Ego tñ contra sentio,tutius esse putans,credere simplicem Papæ admonitionem satis esse, ut quis errorem suum reuocare teneatur,præsertim cum ille rem(ut decet)adhibito prius uirorꝫ doctorꝫ cōsilio,plene examinauerit. Nam alioqui etiam liceret in causa,quę est de fide,à Papa appellare, qđ nefas est dicere, cum non sit,ad quem confugere possit,aut appellare. Si dicas ad concilium posse fieri appellationem. Ridicula quidem appellatio,quia hac uia essemus semper dubij,& lāgueremus sine ulla spe medicinæ,cum tam difficile sit concilium congregari legitimum,ut iam sit penè impossibile pp tot principum simultates,qui perpetuo, & irreconciliabili bello inter se digladiantur. Præterea,hac uia ansa pbetur cuilibet omnes,quas uoluerit hæreses impune docere,quia cum à Papa damnatus fuerit,statim concilium appellabit.Fecit quidem hoc Lutherus, cum se à Leone decimo damnatum intellexit, qui tñ postmodū rumorem de congregando concilio audiens,libellis editis concilio detraxit dicens, non esse obtemperandum concilio,ut omnibus palàm faceret,se,non ut ueritatem disceret:sed ut suā pertinaciam aliquo fuco tegeret, concilium qđ nunꝗ congregandum sperabat,appellasse. Deinde ridiculum est dicere,pp cuiuslibet hominis dubitationem in fide,congregandum fore cōcilium qđ tñ scđm illos,qui oppositam partem tuentur,fieri oporteret.Si hoc neges dicens, Papam posse sine concilij congregatione per euidentia argumenta errores contra fidem sæpe conuincere,quapp non semper erit necessaria talis concilij congregatio.Sed quid si errās per ignorātiam neget argumenta illa esse ullius ualoris,& dicat nihil prorsus cōtra suam assertionem:efficere? Quis tunc erit iudex qui de argumentorꝫ ualore censeat? Si dicas

iudicio uirorum doctorum credendum esse, qui dicent talia argumenta esse ualida, eris tunc coactus fateri, authoritatem summi Pontificis minorem esse in cẽsura fidei, quàm authoritas uirorum doctorum, cum illa pẽdeat ex ista. Quo fit, ut quoties de argumentorum, quæ à Papa fiunt, ualore, & euidentia fit disceptatio, oporteat necessario concilium appellare, quod nullus sanæ mentis dicet. Erit ergo proculdubio (ut ego censeo) simplici Papæ monitioni semper credendum, præsertim si ille facta prius cũ multis uiris doctis collatione rem plene (ut decet) examinauerit. Alioqui nihil certi in multis rebus ad fidem pertinentibus hr̄e possemus: quia multa sunt ad fidem pertinentia quæ per solam Papæ definitionem firmiter tenemus, in quibus nullam prorsus suæ definitionis causam Põtifex dedit. Sed dices. Ergo fides nr̄a esset in hominis alicuius sapientia, si ad solam simplicem illius monitionem teneretur quilibet suum errorem reuocare. Rñdeo quòd non erit in sapientia hominis: sed in uirtute Dei qui dixit se rogaturum pro Petro, ut nõ deficeret fides eius. Si tñ Papa, omnium uirorum doctorum consilio post habito: sed soli suo iudicio initens aliquid definire tentaret, quo casu illum, errare posse non dubito, tunc ego crederem, illum debere reddere rationem de fide, ad quam alios cogere tentat. Præsertim si res est talis, quæ multo examine indiget, & circa quam uiri docti, & alias Catholici hæsitant. Et talem simplicem Papę admonitionem ego non putarem esse satis, ut quis contra illam sentiens, sit eo ipso pertinax, & per consequens hæreticus censendus. Petrus siquidem quamuis summus Pontifex compulsus fuit ab Apl'is, & fratribus qui erant in Iudæa, reddere rationem quare intrasset domum Cornelij hominis gẽtilis, & cum eo fuisset conuersatus. Decretum aũt circa fidem à Pontifice editum, etiam si in eo non reddatur ratio, quæ ad talem fidem cogat, quoniam (ut supra docuimus) satis est ad hæreses conuincendas, illud erranti oñdere, satis esse existimo pro legitima admonitione. ita ut quisquis

Luc. 22

Act. 11.

quis contra illud sibi notum repugnauerit sit pertinax, & per consequens hæreticus censendus: Quoniam, etsi nulla in illo decreto apponatur ratio, quæ illum ad tale decretum editum mouerit, credere tñ oportet, eccl'iam nũquam tale decretum recepisse: nisi illi constitisset fuisse magna cum ratione editum.

De protestatione fidei ante assertionem hæresis ab aliquo facta, an ualeat illum ab hæreseos nota liberare. Cap. XI.

Viri docti & fideles considerantes fidei nr̃æ sublimitatem, quæ omnes sæpe humani intellectus uires supat, cũ de mysterijs fidei aut uerbo (aut scripto tractare aggrediuntur timentes ne in ipso tractatu deficiant, & sic hæreseos macula, quam maxime horrent, inficiantur in initio suæ disputationis protestari solent, se nolle, uel latum pilum à recta fidei Catholicæ nr̃a deficere: sed in omnibus se eam fidẽ uelle amplecti quam Catholica tenet eccl'ia, & sic eiusdem Catholicæ eccl'iæ definitioni, & censuræ se in omnibus subijcere dicunt. Quod si ĩn posterũ aliquid contra Catholicam fidẽ eos dicere contingat, ex tunc se per imperitiam, aut incõsiderationem id dixisse protestantur, & ex tunc se id reuocare dñt, ac pro recantato hñi petunt. Hoc me fecisse recolo in præfatione illius operis, qđ aduersus oẽs hęreses edidi, & in hoc opetum in pręfatione, tum ẽt alibi sæpe id me dixisse scio. Dubitatur igitur à plerisq;, & non immerito, qđ hæ protestationes ualeant, an hi, qui aliquid contra fidẽ Catholicam asseruerunt, possint, & debeant pp hmõi protestationes p eos factas à crimine, & nota hæreseos excusari? Vt aũt de hac re aptiorẽ, & firmiorẽ proferamus definitionẽ duplicẽ in ea oportet hr̃e consideratiõẽ. Nam excusatio illa de crimine hæreseos, alr̃ est apud Deum faciẽda, qui nouit secreta cordium, alr̃ apud homines, qui solum uidẽt ea, quæ foris patẽt. Põt siquidẽ aliquis apud Deum excusari, qui tñ apud hominum iudicium non erit excusatus, & econtrario. Deus siquidẽ non iudicat: nisi iuxta nostræ conscientiæ testimonium:

quia agnoſcẽs qualis in noſtro pectore lateat fides, qualis etiam ſit eiuſdem fidei a' nobis facta proteſtatio, talẽ de nobis profert ſniam, non curans de alijs, quæ a' nobis uoce proferuntur. Humanum iudicium id ſolum cõſiderat, quod foris agitur, & ita ſolum aduertit opera, et uoces, & alia quę foris patent, ut ex illis tanquam ex quibuſdam ſignis conijciat, quid in corde lateat. Cõtingit autem ſæpe, ut ea, quæ foris patent, non ſint uera ſigna eorum, q̃ ſunt in corde: ut manifeſtum eſt in uiris hypocritis: qui aliud foris ſimulant, & aliud corde uerſant. Hinc euenire neceſſe eſt, ut multi apud Deum ſint innocentes, quos humanum dãnat iudicium: multi econtrario humano iudicio probati, q reprobi ſunt apud Deũ. Prius igitur de excuſatione apud Deum dicamus: poſtea de excuſatione apud homines. Sit igitur de hac re talis concluſio. Proteſtatio generalis de fide, & conditionalis de hæreſi reuocatio, ſi uere, & ex animo fiant, excuſant corã Deo ab hęreſis crimine eum, qui per ignorantiam in aliquam lapſus eſt hęreſim. Hæc concluſio inde erit cuique manifeſta, ſi conſideret, quod is qui uere, & ex intimo corde uniuerſaliter fidem catholicam profitetur, & ex animo omnem damnat hæreticum errorem, paratus eſt: ſi errauerit corrigi, & ſi in hæreſim lapſus fuerit, eam reuocare, & dãnare cum de illa fuerit plene edoctus. Alioqui non uere, & ex animo generalẽ feciſſet de fide proteſtationem, nec ex corde uero conditionalem de hæreſi, in quam labi poterat, feciſſet reuocationem. At is qui paratus eſt, cum errauerit corrigi, etiã ſi in hæreſim aliquam per imprudentiam labi cõtingat (ut ſupra docuimus) nunquam dicetur hæreticus: q̃m (ut Auguſtinus ait) errorem ſuũ nulla pertinaci animoſitate defendit. Neque in hac parte ullum pono diſcrimen ſi ille erret circa ea, q̃ ſcire tenebatur, aut circa illa, quæ nulla prorſus lege erat obligatus ſcire: q̃m quocũque modo erret, ſi ille uere & ex animo fidem eſt in uniuerſum proteſtatus: & eodem ueraci animo hæreſim

omnem,si in illàm labi contigisset,reuocauit,semper est apud Deum excusatus. Ille enim talis, qui sic fidem puro corde protestatus est,& hæresim si in illam labi contingat uere reuocat,si circa ea,q̃ scire tenebatur,errat ꝑ peccato ignorantiæ,id est: quia ignorauit id,quòd erat obligatus scire,tenebitur apud Deũ reus,non tñ pro crimine hæresis dixi,& non immerito,si ex uero animo illam fecerit de fide protestationem,aut conditionalem hæresis reuocationem: qm̃ si non ex intimo corde: sed sola uoce,& simulato animo fidẽ fuerit protestatus nihil illi apud Deum suffragabitur talis fidei protestatio, aut conditionalis hæresis reuocatio. Hi.n.sunt, qui dicunt Deo: dñe, dñe: quibus tñ deus dicet in iudicio: Quia non noui uos,discedite à me omnes,qui operamini iniquitatem. Hi ẽt sunt,qui teste Apostolo, confitentur se nosse Deum,factis autem negant. Talis fuit Martinus Lutherus in principio publicationis, & iactationis suaꝝ hæresum: qm̃ tunc uoce fidem catholicam ꝓtestatus est,& doctrinam suam sanctæ Romanæ ecclesiæ examini,& censuræ se subĳcere dixit: sed simulatam hanc fuisse protestationem,multis postmodum,& clarissimis ostẽdit testimonĳs. Quo factum est,ut nullam apud Deum qui scrutatur renes,& corda, habuerit de suis hęresibus excusationem. In eo siqdem opere, quod Leoni Pontifici maximo huius nominis decimo nuncupauit,hanc fecit protestationẽ. Primum protestor (inqt ille)me prorsus nihil dicere, aut tenere uelle: nisi quod in,& ex sacris literis primo, deinde ecclesiasticis patribus ab ecclesia Romana receptis,hucusque seruatis,& ex canonibus,ac decretalibus Pontificis habetur,& haberi potest. Et paucis interiectis,hæc subdit. Hac mea protestatione credo satis manifestum fieri, quod errare potero: sed hæreticus non ero. Hæc Lutherus. Fortassis hac sua protestatione Lutherus homines fallere potuisset,qui solum ea,q̃ foris patent,intuẽtur:non aũt Deum qui abditissimos cordis recessus suis oculis penetrat,&

Mat. 7

Titũ 1.

Luth.

quidquid in illis latet clarissime agnoscit. Quam uera autem fuerit hęc protestatio, & quam ex animo facta, ipse non lõge postea declarauit, cum ab eodem Leone Decimo de suis erroribus admonitus, non solum nõ obtemperauit admonitioni, nec ad illius pceptum hæreses suas reuocauit: sed pertinacius easdem tutatus est, & in eundem Leonem Decimum, cuius censuræ prius se subijci finxerat, postea debacchatus est, & multis illũ impetiuit iniurijs. Non potuit diu latere hypocrisis: sed necesse fuit, ut ebulliens, atque sui impotens superbia, & insolens arrogantia aliquando erumperet. De excusatione apud Deum hæc dicta satis esse putamus, nũc uero qualem generalis de fide protestatio ualeat facere apud homines de hæresi excusatioñe, discutiamus. Vt autem aptius, & clarius id facere possimus, oportuit id primo admonere, posse homines bifariam circa fidem errare, & in aliquam hæresim labi. Sunt.n. aliqui, qui nesciẽtes errant. Sunt rursum alij, qui scientes à uera fidei regula deuiant. Illos dico scientes errare, qui sciũt aliquid esse ab uniuersali ecclesia definitum, aut ab ea prouera fide receptum, & nihilominus contra eiusdem ecclesiæ sñiam docere, aut opinari non uerẽtur. Illos uero in fide errare dico nesciẽtes, qui ignorant aliquid ad fidem catholicã pertinere, & proinde sentiunt, aut docent contra eandẽ fidem. Si tñ scirent illud, quod opinãtur, esse contra fidẽ catholicam, statim suam sñiam reuocarent. His igit̃ pręmissis, aliquas conclusiones subijciam, ex qbus quidqd ad hanc rem pertinet facillime quisque intelligere poterit. Prima conclusio. Qui nesciẽs errat in fide circa ea, q̃ scire non obligatur, excusatus est ab ecclesia p talem generalem reuocationem. Hæc cõclusio est manifesta ex illis, quæ supra cap. 9. huius libri docuimus. Nam (ut ibi diximus) non oẽs æqua lege ad fidei cognitionem tenẽtur. Qui ignorat id, quod scire nõ tenetur, non peccat, q autem non peccat, hæreticus non est, is ergo, q p ignorãtiam eorum, q̃ scire non tenebatur, errat, per generalem

fidei protestationem apud ecclesiam de hæresi excusatus est. Secunda conclusio: Qui nesciens errat in fide circa ea, q̄ scire obligatur per gñalem fidei ueram protestationem, etsi coràm Deo (ut diximus) sit excusatus, non tñ excusatur apud homines: nisi forte ignorantiã suam probare potuerit. Hæc conclusio probatur: quia quam uis ille nesciat, ecclesia tñ præsumit, & merito illũ scire ea, circa q̄ errat. Nam cum ille sit obligatus scire illam rem, præsumit illum optime illam nosse, & ꝓpea ita de illo sentit, ac si sciens errasset. Qui autem sciens errat, ut mox dicemus, ꝑ nullam fidei protestationem prius factam ualet ab hæresis crimine excusari. Si tñ ignorantiã suam ille probare uoluerit, ut se ab hæresis crimine hac uia purgare ualeat, non est repellendus, sed benigne audiendus. Qualiter aũt possit quis per ignorantiã suam probare iuris peritis discutiẽdum relinquo. Hic tñ cauta consideratione est opus, ut is, qui alium de hæresi iudicare debet, prius diligentissime attendat, an ille obligatus erat scire id, circa quod errauit? Sũt.n. aliqua etiam ad fidem spectãtia tam recondita, ut doctissimos uiros sæpe lateant, prout sunt aliqua, q̄ ex scriptura sacra difficillime elici possunt, ac propterea circa illa dubitare licet, & sæpe uiri docti circa illa nutant, & uacillant. In talibus, quidem rebus dubijs, & nondum aperte ab ecclesia definitis, gñalis protestatio de fide facta ualebit errantem ab hæresis crimine excusare, ita ut si ecclĩa aliquid de illa re in posterũ definiret, is qui ante ecclesię definitionem contrarium sensit, nequaquam hæreticus dicatur, propterea quod ecclesiæ definitioni sñiam suam libenter subiecerat. Nam ob hanc cãm Abbas Ioachim non fuit in concilio lateranensi sub Innocẽtio tertio uelut hæreticus dãnatus, quamuis illius doctrina fuit illic ab ecclesia de hæresi notata. Subiecerat .n. doctrinam suam ecclesiæ determinationi, ut patet per ea q̄ hñtur in cap. firmiter, extra de summa trinitate, & fide catholica. In his etiam q̄ sunt contra expressam ecclesiæ defini-

Ioachĩ Abbas.

tionem, ualent hmõi gñales fidei protestationes, illi de quo incertum est an ecclesiæ definitionẽ nouerat? Quoniam ꝓ illam gñalem fidei protestationem quam fecerat, suspicari licet illum ex ignorantia definitionis ecclesiasticæ errasse. Confirmauit aũt ille hanc aliorum suspitionem, & suam excusationem, si cum illi ostensa fuerit ecclesię definitio statim suum recantat errorem, & hæresim quam tenebat damnat. Tertia conclusio. Quisqs asserit aliquid, contra id, quod scit esse ecclesiæ catholicæ fidem, aut dubitat de illo, quamuis gñalem fidei ꝓtestationem fecerit, nullo modo talis fidei protestatio illi suffragari poterit, quin sit ab ecclia pro hæretico reputandus. Is.n. pertinax est: quia & si dicat se paratum de errore suo ab ecclesia corrigi, reuera non est parat9. Nam qui fieri potest, ut quis sit obedire paratus illi quã aperto marte oppugnat? At, is qui ab ecclesiæ sñia sciẽs discedit, aperte ecclesiam oppugnat, non est igitur ille paratus errorem suum ad ecclesiæ pceptum emendare. Quo fit, ut pertinax & hæreticus sit dicendus, quamuis gñalem fidei fecerit protestationem. Alioqui latissima uia pateret omnibus, per quam oẽs, quas uellent introducerent hæreses, imo maxima pstaretur hæreticis occasio quãlibet hæresim impune docere. Faciet.n. qsque hæreticus primum generalem fidei protestationem, & conditionalem cuiusque heresis, in quam labi contingeret, reuocationem, & satis sibi esse putabit, ut, quamuis pestilentissimam hæresim postea asserat, ab hæretici nota se possit excusare. Nam huiusmodi dolo & astutia usus est hoc seculo Martinus Lutherus hæreticorꝫ omnium pestilentissimus qui in eõ opere quod Leoni decimo Pontifici maximo obtulit, quamuis multas & apertissimas hæreses in eo aspersit, eam tñ in principio operis protestationẽ fecit, quam proxime supra in hoc cap. retuli. Verum & si talem fecerat protestationẽ, idẽ summus Pontifex Leo non dubitauit illi hæreseos notam inurere & merito, qm̃ simulatam esse & non ueram ta-

lem illius protestationem optime intellexit, sicut ipse idem Lutherus in eiusdem operis contextu declarauit. Nam & si multis uelaminibus quis mēdacium uelit ob tegere, ipsum tamen mendacium talis est conditionis ut se ipsum tandem prodat. In eodem siquidem opere quod Leoni decimo nuncupauerat, huius præfatę protestationis aut pœnitens aut oblitus, uerba hæc cum p̄fata protestatione apertissime ex diametro pugnantia, effundere non erubuit. Et ut aliquando (inquit Lutherus) audax sim, ea quę iam dixi, protestor me non dubitare: sed paratus sum ignem & mortē suscipere, & hæreticum afferam omnē qui contra sapuerit. Hęc Lutherus. His uerbis satis apte se prodidit. q prius iacuerat in occulto. Quid ultra exigere oportebat, ut illum pertinacem hæreticum censeremus? Qui fieri pōt, ut paratus sit corrigi, q ignem & mortem sustinere paratus est pro illis quæ docet? Putauit quidem astutus serpens hmōi p̄stigiis uiros Catholicos eludere. Et ut illius diabolicam malitiā apertius toti mundo ostendamus, alia illius uerba referam per quæ suū diabolicum spūm multo clariꝰ ille prodidit. Nam in libro actoꝝ coram Reuerendissimo Dño Thoma de Vio Cardinale tituli sancti Syxti legato ad cōponendas Lutheranas simultates ab ap̄lica sed emisso, quæ idem Lutherus in unum uolumen collegit, hæc, quæ sequūtur uerba inseruit. Nunc mi lector (inquit ille) tu mihi cōuenien dus es. Posteriorem istā r̄nsionem meam, etsi cum multa reuerentia dedi, ac uelut in arbitrium summi Pontificis reposui: non tamen id me fecisse credas, quod de re ipsa dubitē, aut animi mei s̄niam sim unquam mutaturus. Veritas diuina est, ēt dñi Papæ. Non. n. iudicium hominis expecto, ubi iudicium hominis agnoui. Hæc Lutherus. Vides iam cādide lector quā uera & quam ex animo Lutheri prodierit illa sua primū facta ꝑtestatio? Te nunc rogo an Lutheꝝ uelis ꝑ pillā ꝑtestationem ab hæreticoꝝ catalogo excludere? Non puto uiꝝ aliquem catholicū esse, nisi demens aut stupi-

dus ille sit qui suffragijs tam friuolæ & inanis protestationis, hominẽ hæreticissimũ uelit ab hæreseos nota uindicare. Dico igitur ac firmissimo aĩo teneo, neminẽ qui catholicæ ecclĩæ sñiam quam optime nouit, oppugnat, posse per quãcunq; gñalem fidei protestationem prius ab eo factam ab hęreseos crimine apud ecclĩam excusari. Quo fit, ut siqs in scriptis suis aliquid asseruit contra expressam ecclĩæ definitionem, quam illi fuisse notã ex eiusdem scriptis aperte cõstat, põt & debet etiam post mortem suam, non obstante quacunq; protestatione p eum facta, tanquam hæreticus damnari: nisi illum hmõi erroris ante mortem pœnituisse constiterit. Quare ego fateor me nescire quo pacto possim aliquot doctores, q pro catholicis habentur, a crimine hęreseos excusare, cũ in eo℞ scriptis aliquas reperiam sñias, quæ aptissime, et ex diametro pugnant cum ecclesię definitionibus: et ex eorundem docto℞ scriptis constat eas ipsas ecclesię definitiones, quas oppugnant, fuisse illis notas. Si autem non constat illum sciuisse ecclesiæ definitionem, cui cõtradicit, & aliunde appareat illum in alijs recte de fide sentire, crederem generalem fidei protestationem prius per illum factam, deberet illi suffragari, ut per illam possit ab hæreseos macula merito liberari.

De blasphemis, an sint hæretici censendi. Cap. 12.

Expleta iam gñali hæretico℞ consyderatione, declaratisq; oĩbus quæ ad consummatam hæretico℞ cognitionem habendam satis esse mihi uidebantur, nunc (ut rem ipsam clariorem relinquerẽ) mihi uisum est, lapidẽ (ut dicitur) ad filum referre, & de quibusdam personis, quæ forte dubitationem mouere possent, an hęretici sint censendi, pertractare? Et primo de blasphemo de quo non parua dubitandi habetur occasio, an sit hæreticus dicendus? Nam theologi non computãt blasphemiam inter peccata infidelitas, ac proinde negant blasphemiã ad hæresim pertinere. At si blasphemia non est hæresis, consequens est ut nec blasphemus censeatur hæreticus.

Oppositum tñ quodãmodo persuadere uidetur, qđ hæreticorum inquisitores puniunt blasphemos, quos tñ punire non auderent, nisi illos hæreticos esse censeret. Pro huius rei apertiore et certiori definitione opus est, ut primo de blasphemia consyderemus, quale illa sit peccatũ, & inde de blasphemo quæ inquirimus, facilius inueniemus. Blasphemiam definit Hugo de sancto Victore ĩ libro de fructu carnis & spiritus. cap. 6. sic inquiens. Blasphemia est cum quadam probrosa irreligiositate conuitiosorum iaculata in alium maledictio: aut est diuini uel humani nominis diminutio iurãdo uel exprobrando facta. Hæc ille. Ex quibus duabus diffinitionibus constat, quod blasphemia proprie est uituperium, aut cõuitium cum diminutione honoris diuini. Et pp hanc causam illi qui iurant per membra Christi aut aliorum sanctorum pudẽda, blasphemare dicuntur. Quia & si Christus re uera habeat illa membra pudenda ut quilibet alius uerus & integer hõ, ac proinde sic illa nominantes non mentiantur, tñ illa in Christi ignominiam & uituperium nominant, uolentes ex ipso modo pronuntiandi, innuere aliquid esse in Christo ignominiosum, & uituperabile. Verba igitur illa & si non sint ex se blasphema, ipse tñ pronunciandi modus qui fit cum uituperio, et irrisione, inducit blasphemiã. Qđ aũt in diffinitione sua posuit Hugo, conuitiosorum iaculata in alium maledictio, & non expressit in quem, ideo sic posuit, quia non solum conuitia in Deum putauit esse blasphemiam sed etiam conuitia quæ dicuntur in sanctos: ppea quod conuitia quę ĩ sctõs dicuntur, inde ad Deum quodãmodo deriuantur. Nam sicut laudatur Deus in sanctis suis, eo ꝙ laudantur opa quę Deus in sanctis suis & per sanctos suos facit, ita ecõtrario cũ uituperantur aut irridentur ea quæ Deus in sanctis suis operatur, ex consequenti uituperatur, & irridet Deus, qui est illorum operator. Hæc aũt derogatio honoris diuini põt bifariam contingere: qm̃ aut fit intus ĩ corde, aut extra per uoces, uel alia signa exteriora. Illa quæ

Hugo de s. Victore.

est intus ĩ corde, adhuc trifariam fieri põt: qm̃ aut fit tm̃ in itellectu, aut tm̃ in affectu, aut simul in intellectu & affectu. Illa est blasphemia in solo intellectu, perquam qs de Deo intra se dicit id quod diuinæ derogat bonitati nec tñ ppea est male circa Deum affectus. Deus aũt (ut docet Dionysius cap. 1. de diuinis nominibus) est ipsa essentia ueræ bonitatis, uel ipsamet bonitas. Ex quo aperte sequitur, ut quidquid Deo tribuitur pertineat ad bonitatem ipsius: & quidquid est a' Deo alienum, lõge ẽt sit a' rõne perfectæ bonitatis, quæ est eius essentia. Quicunque ergo dicit aliquid deo conuenire quod illi repugnat, uel dicit illi repugnare quod est illi proprium, & ob hoc nõ male afficitur in Deum, hic talis blasphemat Deum in intellectu tm̃. Nõ est. n. dubium quin possit esse blasphemia in intellectu absq; peruersa uoluntate blasphemãdi, uel diuinæ bonitati derogandi. Quia licet oĩs blasphemia inquantum est uoluntaria, sit a' uoluntate mala, non tñ omnis est cum uoluntate affecta ad derogandum diuinæ bonitati. Sicut. n. omne credere est uoluntarium, non tñ omne credere est a' uoluntate affecta charitate Dei: ita oĩs blasphemia est uoluntaria, non tñ oĩs est a' uoluntate affecta malignitate, uel uolũtate blasphemandi. Habet se. n. hæc uoluntatis malitia, de qua nunc loquimur, ad blasphemiam intellectus, sicut charitas ad fidem. Quo fit, ut sicut fides põt esse sine charitate, ita etiã blasphemia intellectus sine malignitate, aut sine blasphemia affectus. Illa est in solo affectu, & sola uoluntate blasphemia, per quam quis credens de Deo, quod credendum est, male tñ circa Deum afficitur. Nõ . n. repugnat blasphemiam simul esse cum fide. Põt. n. aliquis credere Deum esse omnipotentem, & dicere intra se, ut iniurietur Deo, qđ Deus non est oĩpotens, & delectari in tali mendacio. Simile quid contingere uidemus circa iniurias, quæ hominibus dicuntur, in quibus sæpe contingit, ut quis alteri iniuriam facere uolens dicat illi, quod scit minime illi cõuenire, ut puta cum cæcuti re di-

cit illum, quem scit optime uidere, aut dicit rudere, quẽ scit optime cantare. Sic posset quis, ut Deo iniurietur, dicere illum nihil posse, cum tñ certo sciat illum esse omnipotentem. Potest ẽt quis credere Deum esse iustum, sapientem, omnipotentem & nolle aliquid eorꝫ Deum esse: ut puta quia nollet Deum esse tam sapientem, ut nihil illum lateat ẽt secretissimas cordis nostri cogitationes, aut nollet illũ esse tam potentem ad sua peccata puniendа, ut nemo illi resistere ualeat, aut nollet deniq; tã iustum, ut nullis precibus, aut muneribus quis ualeat uel latum pilum a` rectitudine illum deflectere. Hi tales blasphemiam habent in uoluntate, quamuis ueram fidem habeant in intellectu. Tales sunt illi de quibus dicitur ĩ psalmo. Superbia eorꝫ qui te oderunt, ascẽdit semper. dęmones siquidem (ut ait Iacobus Apl's) credunt, & cõtremiscunt. & idem dicendum est de damnatis hominibus: hi tñ oẽs Deum semper odiunt: quia nollent Deum esse tam potentem, aut tam iustum, ut illos pro suis peccatis puniret. Dolent de peccatis, quæ cõmiserunt non ꝓpẽa quod ipsa peccata habeant exosa: sed quia odio habent pœnas, quas pro illis sustinent. Habent quidem illi uoluntatem suam male adhuc suis peccatis affectã, & uellent adhuc si possent male uti rebus ipsis, pro quibus puniuntur, nollent tñ pœnas pro illis sustinere: ac ꝓinde dolẽt, ꝙ Deus sit tã iustus, ut semper eos punire uelit, aut tam potens, ut illius potestati resistere nemo possit. Et hoc est Deũ odisse, & hoc est Deum blasphemare in sola uoluntate. Sic.n. de damnatis hominibus dicit Ioannes in Apocalypsi. Aestuauerũt homines æstu magno, & blasphemauerunt nomen Dñi habentis potestatem super has plagas. Ideo blasphemant: quia dolent Deum talem potestatem habere, ut illas plagas inferre ualeat. Sic enim exponit illum locum glossa quædam, quam citat sanctus Thomas in scda scdæ. quęstione 14. articulo. 4. non tamen expressit ille cuius authoris sit illa glossa. Ego quidem cum legi in beato Thoma, puta-

Psal. 73.
Iaco. 2.
Apo. 16

ui id reperiendum esse in glossa, quæ uulgo dicitur Ordinaria: ad illam tamen recurrens nihil tale reperi, quale ille citat. Cuiuscunque illa sit, si illius authoritas nō suffecisset, certe sufficere deberet authoritas beati Thomę illā citātis, atq; ꝓbantis. Talis ergo blasphemia, de qua nunc agimus (ut dicit S. Bonauētura) est quæ in euangelio uocatur spūs blasphemiæ. Dicit.n. ille in scđo sniaꝝ. dist. 43. in cōmentarijs super lrām Magistri non esse ꝓrsus idem blasphemiam, & spūm blasphemiæ: hñt.n. se hæc duo (ut ille ait tanq̄ gñale & speciale. Omnis spūs blasphemiæ est blasphemia, non tñ econtrario. Spūs blasphemiæ est affectus & desiderium uitupationis diuinæ. Spūs blasphemiæ sic spirat ad odium Dei, sicut spūs sctūs ad Dei amorem. Et hunc talē spm̄ blasphemiæ, hoc est, affectum uitupationis diuinæ dicunt theologi esse maximum pctōꝝ & irremissibile, non q̄ non remittatur, si de illo debita fiat pnīa: sed quia tale est (ut dicit Beda super tertium Marci caput) q̄ nunq̄ de illo pnīam aget debitam qui illud semel cōmisit: qm̄ pp nimiam illius malitiam Deus illi auxilium suū subtrahet, sine quo ad pnīam puenire non poterit. Vel scđm Alexandrum de Ales ideo dr̄ irremissibile: quia prouocat oculos diuinæ maiestatis ad non miserendum uel non remittendum. Ex his omnib⁹ iam patet quæ sit blasphemia simul in intellectu et affectu. Est.n. illa p quam quis male de Deo sentit, & ppea male illi afficitur & illum uituperare non ueretur. Veluti si quis crederet Deum nō esse omnipotentem, & inde audaciam sumeret ad derogandum illius honori, & illum uituperandum, & in contumeliam illius omnia eius præcepta contemnendum. Hæc blasphemia certe non est tam graue pctm̄ ex se, qa ignorantia quam hēt annexam, & unde maligna illius uoluntas oritur quodāmodo excusat à tanta grauitate peccati. Hæc.n. est blasphemia in filium quia est p ignorantiam, illa aūt est blasphemia in spm̄ scm̄, quia est ex pura malitia & ideo peior. Hæc de blasphemia quæ in

S. Bonauētura

Beda.

cordeuersatur, dicta sufficiant. Est adhuc alia blasphemia exterior quę solet dici blasphemia oris, non q̄ in solo ore & solis uocibus exerceatur, sed quia pluries p uoces quam per alia signa exterius demonstratur, sitq; ab his quæ pluries accidunt denominatio. Pōt.n.blasphemia in factis sicut in uocibus exterius demonstrari. Nā qui per contumeliam spueret Xp̄i aut uirginis Deiparę imaginem, aut illam fustibus percuteret, aut pedibus p contemptum conculcaret, uel alia similia quæ Dei aut sctōꝝ eius contemptum & uitupium ōnderēt, faceret, hic sine dubio esset blasphemus existimandus & uelut talis puniēdus. Vn̄ Beda exponens illud ex scd̄a Petri Ap̄li ep̄la, p quos uia ueritatis blasphemabitur, sic ait. Via ueritatis blasphematur p hæreticos nō solum in eis quos suæ hæresi seductos associāt sed in eis quoq; quos p impurissima facta sua & sacrificia uel mysteria execrāda, quę faciunt in odium Xp̄iani nominis concitant, existimantibus imperitis omnes Xp̄ianos hmōi flagitijs esse mancipatos. Qualibus dicit scriptura. Per uos nomē meum blasphematur in gentibus. Hactenus Beda. Ex cuius uerbis apte constat blasphemiam exteriorem nō solum in uerbis, sed ēt in operibus cōmitti, quamuis cōi uocabulo soleat (ut dixit omnis talis blasphemia, nominari blasphemia oris. Sic.n.confessio & negatio, frequentius uerbis effici solent, & ideo omnis exterior cōfessio uel negatio, solet dici cōfessio oris uł negatio oris, & tñ quælibet haꝝ potest operibus sicut uocibus exerceri. Nam de pctōribus Paulus loquens, ait. Confitentur, se nosse Deum, factis aūt negāt. Hæc igitur exterior blasphemia pōt ēt trifariā distingui, sicut supra diximus de blasphemia cordis. Cum.n.uoces & alia opera exteriora sint signa eoꝝ quæ sunt in anima, & ab illis procedant, hinc euenire est necesse, ut uoces & alia opera distinguantur iuxta distinctionē eoꝝ quæ sunt signa, & à quibus oriuntur & ꝓcedunt. Et ita pōt esse aliqua blasphemia exterior quæ tm̄ ꝓcedat à blasphemia sola in-

1.Pet.2

Beda.

Esa.52.

Titū.1.

tellectus sine mala affectione uolũtatis, alia q̃ solum ꝓcedat a blasphemia uoluntatis: alia quæ procedat a malitia intellectus & uoluntatis simul. Quælibet istarũ talis est necessario iudicanda, q̃lis est interior illa blasphemia a qua processit: ideo necessarium est uidere, an aliq̃ istarũ sit hæresis dicenda, uel habeat aliq̃d cum hæresi cõnexionem: Et certe de illa blasphemia quæ est in solo affectu licet sit grauissimum pctm̃, & (sicut diximus) irremissibile, non tñ hẽt aliquid cum hæresi aut cum infidelitate. Quia hæresis & quodlibet infidelitatis uitium ptinet ad intellectum, sicut fides cui opponitur. Opposita.n. (ut dicit Aristoteles) hñt fieri circa idem. Hæc aũt solius affectus blasphemia est in uoluntate: non est igit̃ hæresis, nec infidelitas. De alia uero blasphemia, quę est in intellectu, siue illi sit coniuncta malitia in noluntate, siue non: est difficultas, an aliquo modo ad infidelitatem pertineat. Et pro huius rei consummata declaratione, de hoc prius admonere lectorem decreui, ut consideret aliud esse dicere aliqd, & credere illud. Nam mentiens dicit id, quod tñ non credit esse uerũ, nec refert, an dicat illud ore, an corde: Põt.n. quis in corde suo aliquid dicere & illud secum pertractare qđ tñ non credit esse uerũ. Deinde aduertendum est, duo hęc esse consideranda in fide, primum est, credere omnes fidei articulos. Alterũ est ipsos fidei articulos dicere ore, uel corde. Primum horũ spectat ad fidem, & hoc uere dr̃ fides. Scdm̃ uero dr̃ confessio fidei, iuxta id qđ dicit Paulus. Corde creditur ad iustitiam, ore aũt confessio fit ad salutem. Ex opposito ẽt in infidelitate oportet cõsiderare hęc duo, puta dissensum circa ea quæ ad fidẽ pertinẽt, & dicere intus uel extra aliquid contra fidẽ. Primum horũ uidelicet dissensus ptinet ad infidelitatẽ, & est hæresis. Scdm̃ uero.s. dicere corde uel ore aliqd cantrarium fidei, est uitiũ blasphemiæ ita q̧ blasphemia non consistit in credere, sed in hoc qđ est dicere aliqd corde, uel ore cõtra Deũ, siue credat ita esse qđ dicit, siue non: si tñ illud dicat hac

Ro. 10.

intentione,ut Deo iniuriam faciat. Qm̄ ut blasphemia uitium dici possit,non satis est ut dicat aliquid diuinę derogans bonitati,nisi illud uoluntarie dicat.Ex quo manifeste colligitur blasphemiam non esse uitium oppositum fidei, sed esse uitium contra confessionem fidei. Et inde deducitur blasphemum ea rōne qua blasphem⁹ est,non esse dicendum hæreticum,nisi aliunde aliquid p̄ter blasphemiam adiungat,qđ illum efficiat hęreticum. Siquis.n.dicat uel faciat aliquid qđ diuinæ deroget bonitati, & id qđ de Deo dicit credit ita esse, sił blasphemus dr̄ & hęreticus. Quatenus dicit aliquid contra diuinam bonitatem blasphemus est: quaten⁹ uero credit id qđ dicit,hæreticus est. Siquis crederet aliqd de Deo qđ diuinę bonitati repugnat,& id non diceret: hic talis hæreticus esset,& nō blasphemus.Siquis aūt ecōrrario aliquid intus uel extra Deo diceret qđ à diuina esset bonitate alienum,et tamen qđ dicit non credit ita esse,hic talis blasphemus dicetur,& non hæreticus. Tales blasphemi sunt multi, qui à passione aliqua aut infirmitate deiecti,uim tribulationis, aut afflictionis non ferentes, de Deo à quo tribulationem sibi inflictam esse putāt uindicari cupiētes,qui aliter hoc efficere non ualēt,ore polluto & maledicto execrandas illi dīt iniurias:quasi uerba illa,quamlibet execranda Deo uel tantillum nocere possent.A' quibus si postmodum peteretur, an talē credant esse Deum,qualem illi dixerūt,certe ipsi firmissime negarēt.Tales ego noui multos, qui post blasphemias per passionē ore prolatas,ceruicem gladio opponerent anteq̄ uera esse faterentur, id quod de Deo p blasphemiam effuderunt.Cum igit̄ tanta sit blasphemiarum uarietas,oportet,ut uaria sit ētillarum punitio, & uari⁹ iudex, qui illas debita pœna ferire debet.Blasphemia, quę nullam prorsus hēt cum hæresi cōmunionē, qualis est illa, quæ cōmittitur in iuramēto emisso p mēbra Christi,aut sanctorum pudēda:cum illorum uitupatione,& ignominia, hmōi talis,aut cuiusuis alteri⁹ similis punitio nō spectat

ad inquisitores hæreticorum ex iure eorum ordinatio. Nec illi quo uis modo ex eodē iure, nisi aliunde sit illis delegatum, pñt se ingerere, ut de illis inquirant aut iudicēt. Sed illorum punitio spectat ad ordinarios iudices tam laicos quam eccłiasticos. Blasphemia aūt quæ hēt quandam cum hæresi uicinitatē uel cōnexionē, hæc merito ad inquisitores hæreticorum spectabit, ut de illa inquirant, iudicēt & puniant. Sicut qui diceret Deū iniuste punire aliquē, aut non posse hoc aut illud efficere, aut insipiēter rē aliquam egisse: hic talis est blasphemus & ab inquisitoribus hæreticorum examinandus. Non ppea solum quod blasphemus est, sed quia p talē blasphemiam dedit nō mo dicam de hæresi suspitionē. Nam ex abundantia cordis (ut summa ueritas ait) os loquitē. Qualis quisq; est talis est eius loquutio. Tanta est uerborum cum moribus cōnexio, ut pp hoc Solon (prout de illo refert Laertius) dixerit, orationē esse factorum simulachrum: qm animi uis in loquutione pinde ut in speculo repsentatur. Quo fit ut merito de unoquoq; suspicemur, illum cum de re aliqua loquitur, ita sentire put dicit. Qm (ut est apud Aristotelē) uoces sunt earum quæ sunt in anima passionū notæ. At, cum omnis res de qua merito uehemēs oritur hæresis suspitio, ptineat ad iudicium & tribunal inquisitorum, oportet ut omnis talis blasphemia subdatur, ēt ex ordinaria eorum ptāte, examini, & iudicio īquisitorum. Cū tñ de hmōi inquirunt, oportet illos diligēter considerare psonæ qualitatē, sicut in cæteris criminibus, an sit psona quę alias de illo errore prolato aut quouis alio dederit aliq̃ suspitionē, an nullā. Deinde consideret tpis quo blasphemauit circūstantiam, an tunc in tribulatione aliqua fuerit, an extra oēm tribulationē? qm inde coniecture ualebit adiuncta ēt psonæ qualitate, an ex infidelitate, an ex impatiētia blasphemauerit. Si consideratis bñ tpis & psonę circunstantijs, constet illum ex infidelitate blasphemasse procedet inquisitor ad illius tanq̃ hæretici punitionē, præsertim si ille, se credere dicat. Si ne-

Mac. 12

Solon.

Arist.

get se credere id, quod dixit, imò dicat se credere oppositum, & consideratis præfatis circũstantijs, adhuc maneat suspitio illum ex infidelitate dixisse, iniungatur illi purgatorio, & deinde moderata pnīa. Quod si in purgatione sua defecerit, ego de illo idem faciendum censerē, quod de alijs hæreticis qui in purgatione deficiunt, iura canonica disponunt. Si uero præsatis circunstantijs bñ consideraris constet illum non ex infidelitate, sed ex impatiētia & passione aliqua blasphemasse: tunc quia ille non hæreticus sed solum blasphemus censetur, non hēt inquisitor hæreticoꝝ quid ex iure ordinario amplius circa illum agere possit. Solēt tñ inquisitores hæreticorum, præsertim in Hispania, hanc hrē sibi specialr delegatam authoritatem, ut hmōi blasphemos punire ualeant, & merito. Tum pp criminis grauitatē & enormitatē, quod (ut supra docuimus) est grauissimum pctm̄. Tum ēt pp negligētiam eoꝝ iudicum tam ecclasticorum, quam laicoꝝ, quibus ex officio incumbebat hmōi execrãdas blasphemias acerbissime punire. Nam quia illi in hoc negligentes sunt, iustum est, ut hoc negotium alijs delegetur, qui austeriore correctione, & duriore disciplina blasphemias punientes, possenr ab hoc execrãdo, & horrendo uitio homines reuocare.

De sortilegis, & auguribus, alijsq; diuinatoribus, an sint hæretici dicendi? Cap. XIII.

Tanta inest hominibus multis sciēdi curiosa cupiditas, ut ea, quæ ignorare esset utilius, ēt cum fidei Catholicæ dispēdio improba curiositate discere conētur. Ob quam cãm non immerito à multis dubitari solet, de hmōi hominibus, qui diuinatores nũcupantur, an sint illi oēs hæretici cēsendi, & uelut tales ab hæreticæ prauitatis inquisitorib⁹ puniēdi. Ad cuius rei pleniorē intelligētiam, oportebit ante omnia inquirere quid sit, & quotuplex diuinatio: & inde colligere ualebimus: an illi, qui illam exercēt sint hæretici dicēdi, an non? Diuinatio est enunciatio eoꝝ, quoꝝ notitia p naturam haberi non potest, neq;

neque a Deo reuelata est. Res autem sunt aut pñtes, aut præteritæ, aut futuræ. Præteritoꝝ & pñtium scientia p naturam haberi potest qm̄ præsentia pñt uideri, præterita quia aliqñ fuerunt pñtia, aliqñ uisa sunt: & ex illoꝝ intuitione remanet notitia, quam philosophi uocant abstractiuam, per quam pōt quis de præteritis certo aliquid scire, & aliȷs enunciare. Futura aūt quia nondum hñt esse, uideri non pñt, & ideo nihil certum de illis hri potest. Propter quod diuinatio semper circa futuroꝝ præcognitionem considerari solet: quia illa sunt q̄ ex se per naturam cognosci nō possunt. Siquis aūt pñtia, aut præterita, quæ per naturam cognosci non possent, enūciaret, & certo assereret, ego illum ēt diuinatorē appellarem. Sicut qui a Roma per centum milliaria distans, diceret quid eo temporis articulo Romæ agatur: aut diceret homini, quem nunquā uidit ea, q̄ toto uitæ suæ decursu egit, is certe mea snīa etiam dicetur diuinator, ac si prædixisset futura. Nam sicut propheta dicitur ēt ꝑprie ille, qui per reuelationem agnoscit præterita, aut pñtia, quæ aĩs scire non poterat, quamuis frequentius dicatur propheta, qui per reuelationem prænoscit futura: ita ēt proprie dicitur diuinator ille, qui p̄terita, aut pñtia, quæ naturaliter scire non poterat, absque Dei reuelatione cū certitudine asserit. Illa siquidem mulier Samaritana, cui Christus dixerat quinque uiros habuisse, & quem tunc habebat non esse suum, statim hoc audito exclamauit dicens: dñe, ut uideo, propheta es tu. Prophetam siquidem censebat dicēdum eum, quia p̄terita, aut absentia, quæ in secreto latebant optime noscebat. Quamuis tm̄ hæc ita se habeant, solet frequenter ille solus dici diuinator, qui futura cum certitudine, & absque deceptionis metu asserit. Futura aūt (ut egregie btūs Thomas in Secunda Secundæ, quæstione nonagesima quinta docet) duobus modis cognosci possunt. Aut. n. cognoscuntur per suaꝝ causaꝝ cognitionem, aut cognoscūtur per se ipsa. Causæ autem futuroꝝ tripliciter se hñt ad effectus

Ioā. 4.

suos. Nam aliquæ sunt, quæ ex necessitate & semper suos producunt effectus. Huiusmodi effectus futuri cum certitudine prænosci, & prænunciari possunt, per cognitionem suarum causarum, quemadmodum astrologi præcognoscere, & prædicere solent æquinoctia, solstitia, eclipses solis, & lunæ. Talis prænunciatio non dicitur diuinatio: quia non usurpatur per eam, quod proprie diuinum est. Aliæ sunt causæ, quæ producunt suos effectus non ex necessitate, & semper, sed raro contingit eas à suorum effectuum productione deficere. Ex harum etiam causarum cognitione possunt homines futuros effectus præcognoscere, non quidem cum certitudine: sed per quandam coniecturam. Ad hunc modum multa prędicunt astrologi de pluuiis siccitatibus, terræmotibus, de fertilitate, aut sterilitate terræ: & medici pronunciant de morte, aut conualescentia infirmorum, in quibus rebus aliquando prædicunt uera, aliquando falluntur. Hæc etiam prænunciatio non potest dici diuinatio: quia limites naturalis cognitionis non excedit. Aliæ sunt causæ, quæ nullam prorsus necessitatem habent, ut suos effectus, aut semper, aut pluries producant: sed dubiæ semper ex se sunt, & ancipites, ut modo hos, modo oppositos effectus producere ualeant. Tales causæ uocantur liberę, ut sunt homines, & angeli. Effectus qui ab huiusmodi causis producendi sunt, non possunt cum certitudine aliqua, siue ut semper, siue ut in pluribus, per cognitionem causarum pręcognosci: quia causæ huiusmodi nullam habent ad suos effectus coactionem. Quantumlibet quis cognoscat Petrum, non potest ex hac cognitione certo scire, an Petrus cras ieiunabit, an non: an loquetur, an tacebit: quia cum ille liber sit ad hos effectus, potest & unum, & alterum efficere. Tales ergo effectus, qui ab huiusmodi causis pendent, nullus agnoscere potest, nisi dum sunt præsentes, ut puta cum uidet Petrum comedentem, aut ieiunantem, uel tacentem, aut loquentem. Cognoscere hæc cum certitudine, aut prædicere, antequam fiant, soli Deo conuenit, qui (ut dicit Paulus) uocat ea, quæ non

Ro. 4.

sunt tanquam ea, q̃ sunt. De huiusmodi futuris intelligẽdum est id, quod Salomõ ait. Multa hominis afflictio: quia ignorat preterita, & futura nullo scire poteſt nuncio. Quæ uerba in cõmentarijs super Ecclesiastẽ interp̃tatus Hieronymus, ait. Licet diuersa eueniant, & non possit iustus scire quid ei futurũ sit, nec singularũ rerũ cau sas, rõnesq́ cognoscere. Nemo.n. est conscius futurorũ, tñ scit à Deo cuncta in utilitatem hominum fieri, & nõ absque eius uoluntate disponi. Est.n. magna afflictio generi humano: quia (ut poeta ait) nescia mens hominũ fati, sortisq́ futuræ, aliud sperat aliudq́ euenit, de altero loco expectat hostem, & alterius iaculo uulneratur. Hæc Hieronymus. Quisquis ergo talia futura prædicere, aut p̃noscere: nisi Deo reuelante præsumpserit, usurpare conuicitur: quod solitus Dei est, & hic talis dicit diuinator. Nam (ut dicitur cap. igitur 26. q. 4.) diuini dicti sunt quasi deo pleni. Diuinitate enim se esse plenos simulant, & astutia quadam fraudulenta hominibus futura coniectant. Siquis uero huiusmodi futura contingẽtia, quæ a' causis liberis depẽdent, Deo reuelante prçcognouerit, aut prædixerit, non dicetur diuinator: quia nõ ex se, & per se talem habet notitiam, sed a' Deo: & ita ipse non usurpat sibi diuinum aliquid: sed Deo tribuit, quod ab illo se recepisse fatetur. Alioqui omnes Dei p̃phetæ dicentur diuinatores, eo quod tam multa de futuris prædixerunt. Nullus tñ sanctorũ illos diuinatores: sed prophetas appellauit. Ille enim solus diuinator dicitur, qui sibi indebito modo usurpat præcognitionẽ, aut prędictionem futurorũ euentuum, q̃ a' liberis causis pẽdent. Et talis diuinatio semper est peccatum, & quidem graue: quia contra religionem, & cultum Deo debitũ, non tñ omnes diuinationes æquali culpę sunt obnoxię: quia una peior est alia, quo peiora media ad futurorũ p̃notionem assumit. Aliquę enim sunt, quæ dęmonum inuocatione utuntur, ut futura præscire possint, uelut sunt Necromantici, aut Arioli. Alij uero sunt, qui sine expres-

Eccl. 8.

Hiero.

fa dæmonum inuocatione futura prædicunt,ut sunt Augures, qui ex garritu auium,aut Aruspices, qui ex auiũ aspectu, aut Chiromantici,qui per signa manus,multa de futuris prædicere solent. Et Sortilegi aliqui sunt, qui sub nomine Christianæ religionis,per sacrarꝫ scripturarum inspectionem,aut per quasdam,quas sanctorꝫ, seu apostolorꝫ(ut Isidorus octauo lib.Ethi ait) uocant sortes, diuinationis scientiã profitentur.Et hi proprie sunt sortilegi,qui in iure canonico reprehẽduntur,atque dãnantur.Sunt enim multi alij sortilegi minime a iure rep̃hensi,sed ab illo tolerati,et sunt illi,qui quamuis faciant aliquid,ut ipsius euentu considerato,occultum aliquid, siue præsens,siue futurum agnoscant,non tñ illorum cognitionem a` dæmone: sed a` Deo spectant, ut contingit in sorte diuisoria. Ea diuinatio,quæ cum dęmonum inuocatione fit,multo peior est illa,quę absque illorꝫ inuocatione exercetur.Est adhuc inter ipsas diuinationes aliud non paruum discrimẽ.Sunt enim aliquæ, quę quodãmodo hęresi miscentur,& sine alicuius hęresis adminiculo exerceri non possunt.Vt si quis mortuum baptizaret,ea forma,et eo ritu,quo baptizatur uiuus,uel puerum baptizaret,ut inde sortium emissarꝫ responsum habeat,aut Eucharistiæ sacramento, ad maleficia, & incantationes exercẽdas abuteretur, aut corã idolis execrãdas effunderet p̃ces ad incantationes suas pagẽdas. Talia.n.sortilegia, aut auguria, sine hæresis admistione nõ fiunt.Nã credere mortuos utiliter baptizari posse,hæresis fuit Martionistarꝫ,prout nos in eo opere,qđ aduersus omnes hæreses edidimus,titulo de baptismo, hęresi tertia,docuim⁹.Rebaptizare pueros,hęresis Anabaptistarum est aperte damnata. Idola orare est idolatria,& si quis in illa,Deos adoratione dignos esse putat, apertissima est hæresis.Eucharistiæ sacramento ad maleficia peragenda abuti,uehementissima est hæresis suspitio.Qm̃ hoc faciens,præter magnam irreuerentiam, quam sanctissimo exhibet sacramento merito creditur

illum opinari,sanctissimũ Eucharistiæ sacramentum,ali quid ad maleficia exercenda ualere, & uim aliquam,et uirtutem ad illorum maleficiorum exercitium habere: qm̃ si hoc non crederet,non uteretur illo ad talis maleficij perpetrationem. Hoc aũt sentire aperta est hæresis & blasphemia. Siquis autem dæmones inuocaret,ut fortibus emissis,aut figuris aliquibus factis,de futuris ab eis edoceretur,licet grauiter peccaret,non adhuc diceretur hæreticus,si res,quas à dæmonibus scire procurat,tales sunt, quæ a dæmonibus bene prænosci pñt. Nam dæmones, qui rerum naturas,& earum uirtutes,et motus(ut habetur in c. Sciendum.26.q.4.)melius quàm homines noscunt,pñt ex cognitione causarum præcognoscere effectus, quos illæ ex necessitate,& semper producunt, prout superius de astrologis diximus,circa prænotionem eclipsium solis,et lunæ. Siquis hmõi eclipses, aut fertilitatem terræ, aut sterilitatem futurã,à dæmone pscire tentaret:quãuis grauissime peccaret,non esset tñ censendus hæreticus. Si uero ea,quæ per naturam scire non poterat, per dæmonum inuocationem scire niteretur, hic mea sñia est præsumendus hæreticus: qm̃ dæmones ad illa pnoscenda non inuocaret: nisi crederet dæmones illa præscire. Hoc aũt de dæmonibus sentire,aperta est hęresis:qm̃ q dæmones credit posse cum certitudine prænoscere ea futura contingentia,quæ ex hominis arbitrio pẽdent,credit illos esse Deos:qm̃ hoc soli Deo conuenire,satis cõuincitur per id,quod apud Esaiam prophetam legitur. Annunciare, quæ uentura sunt in futurum & sciemus qa Dij estis uos. De talibus solum, qui dæmones inuocãt, ut ea ab illis sciant,quæ non nisi à Deo sciri pñt, ego censeo debere intelligi capitulum Epĩ,quod habetur 26.q. 5.in quo.cap. Sortilegi,& Magici uocantur hæretici. Hoc ideo ibi dictum est,nõ quod semp oporteat sortilegos, & magicos uiros esse hæreticos: sed quia aliqñ tales diuinationes, sine alicuius hæresis admistione exerceri nõ pñt. Ad eundem modum etiam intelligendũ est,capitu-

Esa.41

lium non obseruatis, 26. q. 7. Aliæ sunt diuinationes, quę licet sine peccato graui fieri nequeant, sine tñ alicuius hæresis adminiculo exercentur. Veluti si quis per sortilegia, aut auguria, a' dæmone inquirat de futuris, ea, quæ ille per suam naturam præscire põt, aut ab illo petat, ut faciat, quæ certum est dæmonem Deo permittente facere posse, & non credit dæmonem plura scire, quã scit: aut plura posse, quàm põt, nec aliquid aliud suis sortilegijs, aut maleficijs admiscet, qđ ex aperto fidei errore ꝓcedere constet. Siqs dæmonis adiutorio uelit, et instãtissime ꝓcuret scire, quid Romæ, aut in exercitu Imperatoris agatur, aut quis alicuius maleficij in secreto, sine testibus cõmissi, sit author, aut quo loco malefactor lateat, non ꝓp hæc est censendus hæreticus: quia tales diuinationes, aut talia sortilegia, siue maleficia, quamuis grauissima sint peccata, non tñ habent ullam hęresis cõmistionem. Nam sicut alia peccata per malitiam puram, et sine ullo errore, et ignorãtia, sed ex industria cõmitti pñt, ita et sortilegia, & auguria, & aliæ diuinationes pñt ex pura malitia, & ex industria, sine ullo errore intellectus, & per consequens sine ulla hæresi exerceri. His igitur ꝑmissis, tale pono documentum, ex quo totius huius rei summa pendet. Sortilegia, & auguria, et reliquæ diuinationes, quæ sine alicuius hæresis adminiculo exerceri nõ pñt: subdũtur examini, & censuræ inquisitorꝝ hæreticæ prauitatis, & ab illis puniri debent. Talia sunt opera necromanticorꝝ, qm illi (ut postea dicemus) semper male de fide sentiunt, credentes de dæmonibus, ꝙ multa possint, quæ re uera non pñt. Sortilegia uero, & auguria, & aliæ diuinationes, quæ ex sola malitia uoluntatis, absqꝫ ullo errore intellectus exercentur, non subsunt ex iure ordinario, censuræ inquisitorꝝ hæreticę prauitatis, nisi aliũde ad hanc causam illis fuerit delegatũ. Hoc expresse definitũ est ab Alexãdro quarto, in cap. Accusatus. parag. Sanè. de hæreticis. lib. 6. Episcopi uero de hmõi sortilegijs, quæ hęresim non sapiunt, inquirere, et iudicare pñt,

quia istorum potestas latior est, quàm potestas inquisitorum. Vt aũt inquisitor hæreticorum sciat, an sortilegus, aut augur. aut alius quiuis diuinator, suæ subsit iurisdictioni, an nõ, hoc mea sententia illum facere oportet. Interrogabit de dæmonum potestate, de illorum scientia, ut puta, quid credit illos scire de futuris, quid illos posse agere circa hæc inferiora. Interrogabit etiam, an dæmon possit hominis secreta, quæ in solo illius uersantur corde, rimari, & perfecte cognoscere. Nam quod hæc solius Dei cognitioni subdãtur, scriptura sacra testaẽ, dicens: Scrutãs corda & renes, Deus. Et Apñi orantes Deum: dixerunt. Tu Dñe, qui corda nosti omnium &c. Ex quibus constat, hæresim esse, dicere quod dæmon secreta hominũ noscat. Hmõi aũt erroribus solent sæpe sortilegia misceri. Et si ille de oĩbus his iuxta regulas fidei rñderit, credẽdum est illũ ex pura malitia, & nõ ex errore intellectus, tale peccatum cõmisisse: nisi opus ipsum tale sit, qđ uehementem præbeat de hæresi suspitionem. Qualia sunt ea, quæ supra enarrauimus, uidelicet, baptismus mortui, rebaptizatio puerorum, abusus sacramenti, ad maleficia exercenda. Hæc enim, & his similia, licet hæreses nõ sint, cum hæresis non sit in opere, sed in intellectu (ut supra capite primo libri primi docuimus) uehementissimam tamen præbent hæresis suspicionem.

Psal. 7.

Actu. 1

De magis, an sint hæretici cẽsendi, et uelut tales puniẽdi. Ca. 14.

Multi sunt, proh dolor, homines, qui uero Deo illorum, & aliorum oĩum creatore relicto, ad dæmonẽ oĩum hominum capitalem hostem confugere, non uerentur: & cũ à Deo, illi seruientes, oĩa uere bona certo sperare possent, dæmoni seruare, & illi per oĩa obedire malunt, à quo nil nisi malum recipere ualent. Nam dæmon ipse quamuis è sublimi illo statu, in quo à Deo conditus erat, pp insanam illam, prodigiosamq; superbiam, qua deo se æquare tentauit, ad inferos usque deiectus est, in ea tñ cæca ambitione obstinatus hucusque psistit, ut deo se æquare contendat, & diuinos appetere honores non uereaẽ.

Quos cum in cœlis ex quibus se deiectum conspicit, se iam assequi posse, non speret, illos ab hominibus, quos certissime scit facilius decipi posse, accipere quotidie pcurat. Vt aũt hos, quos tam anxie concupiscit, diuinos assequatur honores, nihil intẽtatum relinquit. Nam quosdam fraudibus decipit, transfigurans se (ut de illo refert Paulus Apostolus) in angelum lucis: alios uarijs, prout quenqȝ concupiscere noscit, propositis donis, et premijs allicit. Quibus fraudibus, & technis multos hactenus utriusqȝ sexus homines seduxit: qui illũ summe uenerantur, et tanq̃ Deum adorant. Non tñ oẽs, qui illi obediũt, eodem ritu, & ordine illum uenerantur, nec oẽs eodem censentur nomine. Nam queadmodum Christiana religio uarios continet intra se ritus, q̃bus uerus colit Deus: uarias etiam hominum congregationes, qui licet habitu, et nomine ceremonijsqȝ inter se diuersi sint, oẽs tñ ad hunc tendunt scopum, ut Deũ colant: & illi obediant: ita ille superbiæ parens Sathanas, Deum in hoc imitari uolẽs, plures sui diabolici cultus habet professores, qui licet diuerso cẽseantur nomine, diuersosqȝ habeant in demonis cultura, ritus & mores, hoc tñ inter illos conuenit, quod oẽs laudant dęmonẽ, et illum uenerantur, illiqȝ poĩa obedire procurant. Diuersitas aũt istorꝝ uarijs modis considerari põt. Primo quidem considerari põt, ex diuersitate medioꝝ, quib⁹ ad consequendum id, quod optant, utuntur. Sũt.n. qui incantationibus mortuos suscitare se dicunt, ut ab illis edocti, de futuris aliquid pdicere, aut diuinare possint. Et hi (ut docet Augustinus lib. 10. de ciuitate Dei) dicuntur Necromantici, quia νεκρὸς Græce, Latine dicit mortuus, μαντεῖα uero dicitur diuinatio. Necromantia igitur dicitur diuinatio ex mortuis habita, uel accepta. Alij dicuntur hydromãtici ab aqua, quæ Grece dicit ὕδωρ ex cuius inspectione umbras demonũ euocare se putãt, & imagines eoꝝ uidere, à q̃bus quod optant (ut ipsi aiunt) edocentur. Sunt alij similes diuersis nominib⁹ appellati diuinatores, quoꝝ nomina

2. co. 11.

Augu.

recēſentur in cap. Epi. 26. q. 5. de quorū diuinatione, qm̄ in proxime pcedenti cap. diſſeruimus, ideo de illis nihil aliud dicere ſtatui. Pōt etiam inter eos, qui dæmonē uenerantur: altera cōſiderari diuerſitas, quæ ſumenda eſt ex diuerſitate earū rerū, quas dæmonis adiutorio exercent, & quas a' dæmone impetrare cupiunt. De his oībus ſigillatim hoc ordine diſſerere ſtatuit, ut primo oſtē dam, qui, & quales illi ſint, deinde inueſtigem, an ſint inter hæreticos recenſendi, & uelut tales puniendi. Sūt igitur aliqui, qui magna aliqua mirabilia ſe facere poſſe uehementiſſime cupiunt, ut per horū mirabilium operationem, ab alijs ſuſpiciantur, & ſint illis in miraculum, & ſtuporē et ob hanc cauſam dæmoni ſe ſubdunt, ut illius auxilio, & potētia mirabilia multa facere poſſint. Hi (ut Auguſti. docet) uocanť magi, quales fuerunt illi, qui coram pharaone (ut Exodi hiſtoria narrat) Moyſi reſtiterunt oīa illa mirabilia dæmonum auxilio facere conātes, quæ Moyſes dei uirtute faciebat. Talis ēt fuit Simō ille, q (ut Lucas in actibus Apoſtolicis refert) exiſtimat Dei donum pecunia poſſe poſſideri. Hic. n. tot, tantaq́ mirabilia dæmonis auxilio operatus eſt, ut à Samaritanis, unde originem traxerat, pro Deo habitus ſit, & Romani (ut Iuſtinus martyr in ſuo apologetico refert) publicam illi tanq̄ Deo ſtatuam erexerint. Vt aūt de iſtis certius, & apertius definire ualeamus, an hæretici ſint dicendi, an non: hoc in primis animaduertere oportet, quod nullus magus aliquid horū mirabiliū operatur, ſine aliquo pacto, inter illum & dęmonem facto. Non. n. gratis hęc omnia Sathanas docet, nec gratis ſuā magis impartitur eam, quam habet potentiā, ſed aliqd ab ipſo mago recipit, ut illum ad illa mirabilia perpetranda iuuare uelit. Conſideranda igitur eſt ante oīa ipſius pacti qualitas, & conditio: qm̄ inde magna huius rei notitia pendet. Pacta aūt iſta dupliciter fieri contingit, qm̄ quædam aperte, & expreſſe fiunt, alia uero non, niſi tacite. & latenter. Pactum apertū, & expreſſum eſt, quod cū ipſomet dæ-

Exo. 7

Act. 8

mone emittitur, & illi in propria persona datur, Et hoc iterum duplex. Est.n.aliquod publice, & solenniter factũ, est etiam aliud priuatim, & sine ulla prorsus solennitate factum. Pactũ publicum & solenne est, qđ fit cum dæmone sedente in solio regali, & multitudine suorum subditorum stipato, in gñali quadam congregatione ueluti in quibusdam cõmitijs gñalibus, quo oẽs, qui sub dæmone militãt, & illi nomina dederũt, conueniũt. Ibi.n.corã omnibus illis promittunt aliqui (ut longius infra dicemus) dæmoni obedientiam, & illius mandata se per omnia seruaturos uouent, Deo et omnibus operibus eius renunciant, aliaque innumera scelera se patraturos iurant. Qua per illos emissa promissione, dęmon illis statim promittit se illis daturum ea, quæ scit illos concupiscere. Non.n.omnibus omnia promittit, sed quo quisque plus se dæmoni tradit, & plura in illius honorem se facturum spondet, eo pluta ẽt dæmon illi promittit, & plura condonat. Pactum priuatum & expressum est, qđ cũ ipso fit dęmone promissionibus ultro citróque datis, nulla tñ habita solẽnitate, nullísque ẽt adhibitis testib⁹. Quę aũt dæmon promittit se illis daturum, pro uiribus præstare laborat, ne si mendax in promissis inueniatur, hi qui illi se dederant, ab eo iterum recedant, & sic amittat, quos iam uelut seruos hẽbat. Sunt tñ aliqua non pauca, quæ dæmon minime efficere ualet: quia aut suas naturales uires excedunt, aut licet eas nõ excedunt, Deus tñ sine cuius nutu nihil agere põt dæmon, illa agere non permittit. Siquid igitur horum dæmon illis promisit illusionibus quibusdam, & præstigijs sic illos sæpe fallit, ut illi putẽt id, quod à dæmone sperabant, se assequutos fuisse. Pactum tacitum cum dæmone est, quod quis facit non cũ dæmone, sed cum eo, qui est dęmonis discipulus, & seruus promittens illi obedientiam integram & absolutã, & renunciat Deo, & fidei Catholicæ, & reliqua omnia spondet, quæ ipsi dæmoni alij promittunt. Is aũt cui hęc promittuntur, uice uersa promittit illis, qđ pp hæc mul-

ta magna, & mirabilia assequētur. Hoc aūt pactū q̄quis non cum ipso dæmone factum, dæmon ipse ratum hēt, & omnia in illo contenta, perinde adimplere nititur, ac si fuissent ab eo promissa. Quo fit, ut non solum illi, qui expressum, sed et qui tacitum cum dæmone pactum fecerunt, multa insolita, & stupenda, dæmone illos adiuuante faciant, aut facere uideantur. De his omnibus nō incongrue dici pōt id, quod de aliis pctōribus Dn̄s per Esaiam prophetam dixit: Percussimus fœdus cū morte, & cū inferno fecimus pactum. His igitur annotatis, ut sciamus de mago aliquo, an hæreticus ille sit, an non: duo sunt consideranda. Primum est ipsius pacti, qd̄ cū dæmone fecit q̄litas, & conditio, siue tacitum illud sit, siue expssum nihil refert. Si p pactum illud pmisit se adoraturū dæmonem, & alios diuinos honores illi daturū, & hoc, uel aliquod aliud simile promisit: quia ita faciēdum esse credidit, merito proculdubio ille cēsendus erit hæreticus: quia dæmonē Deum esse credit, quum illum tanq̄ Deum adorat, aut adorare promisit, & uenerari. Nam uerus Deus creator omnium, qui loquutus est p os sctōrū, qui a seculo sunt prophetarū eius, per Esaiam prophetam loquens ait: Ego Dn̄s, & non est alius: extra me non est Deus. Et in eodem loco iterū. Ego Dn̄s & non est alter. Et rursum: Nunquid non ego Dn̄s, & non est ultra Deus absq̄ me? Si nullum fecit pactum de re, fidei catholicæ repugnāte, quod rarissime contingere potest, qm̄ (ut diximus) nunq̄ solet dæmon gratis, et sine aliq̄ certa lucri spe eam quam hēt potentiam hoīb⁹ impartiri, & per illam hominibus ad eorū nutum inseruire, tunc magus ille erit examinandus, quid de dæmonis ptāte credat. Si certo cognosci pōt illum credere de dæmone, quod possit aliquid, quod Deo soli conuenire fides catholica docet, erit sine ulla dubitatiōe hæreticus censendus. Vt gr̄a exēpli, si credit dęmonē posse aliquid creare, prout Manichęi, & Priscillianistæ dixerūt, aut credit dæmonem posse mortuos suscitare, quod re

Esa. 28

Esa. 45

uera solius diuinæ potentiæ est proprium. Nam sicut fide credimus animam humanam à solo Deo creari posse, ita ēt fide tenendum est solum Deum posse eandem hominis animam corpori humano unire. Hoc.n.rōne naturali certo, & euidenter scimus, quod nulla forma substantialis potest alicui materię uelut illius forma uniri: nisi à solo illo agente, qui posset illam ꝑducere. Agēs quod non potest formam substātialem producere, nec pōt ēt illam materiæ unire, qm̄ sic uniendo uideret ip̄m compositum ex materia & forma ꝑducere. At ineptia est maxima dicere, quòd aliquod agens producat aliquod compositum, cuius nec materiam, nec formam ꝑducere pōt. Deus igitur, qui solus animam hominis ꝑducere, & creare pōt, ēt solus pōt illam postquam à corpore suo separata fuerit, iterū eidem corpori unire. Nā alias ille, qui animam corpori uniret, hominem illum fecisse diceretur, quod nefas est dicere dęmonem hoc facere posse: quia dicente Deo, Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nr̄am, apte nos docuit, ipsius hominis productionem tantam esse, ut propagatione seclusa, soli Deo cōuenire possit. Forte quis hic mihi obijciet Samuelem, qui (ut Regum narrat historia) ꝑ phytonissam suscitatus est, & interrogat⁹ rn̄sa dedit Regi Sauli. Huic obiectioni dupl'r rn̄dere possumus, prout Augustinus in ep̄la ad Simplicianum docet. Primo quidē dici potest iuxta illum, non fuisse Samuelis animam, q̄ apparuit, & cum Saule loq̄batur, sed quoddam phantasma, & illusio imaginaria diaboli machinationibus facta, quam scriptura sacra in lib. 1. Reg. & in Ecclīastico Samuelem uocat, eo loquutionis tropo, quo imagines suarū rerū nominibus solēt appellari. Nam imagines illæ Cherubin, super arcam testamenti existentes, Cherubin appellanť in sacra scriptura, cum tn̄ re uera nō essent Cherubin: sed illorū imagines. Et pincerna ille Pharaonis in carcere cum Ioseph exn̄s, uitem se in somnis uidisse dixit, in qua erant tres propagines, cum tn̄ nec uitem,

Gen. 1.

1. re. 28

Ec. 46

Ge. 40

nec propagines uidit: sed solas illarum rerum imagines. Iuxta hunc modum et angeli, qui olim à Deo ad homines mittebantur: dicebantur in ueteri testamento Dñi, ob hoc solum quia Deum, à quo mittebantur, repræsentabant. Nam de angelo illo cum quo luctatus fuerat, Iacob loquens dixit: Vidi Dñm facie ad faciẽ, & salua facta est anima mea. Non.n. Deum uidebat Iacob (ut omnes sacri doctores concorditer docent) sed angelum à Deo missum, qui ppea quòd speciali quodam modo Deum, à quo missus erat, repræsentabat, Deus, aut Dñs à Iacob dictus est. Sic ẽt potuit illa Samuelis imago, quam dæmon ob oculos Saulis posuit, dici Samuel. Si uero scrupulus aliquem urget, ut nõ imaginem Samuelis: sed ipm Samuelem suscitatum esse credat, ppea qđ is, qui apparuit, uera Sauli prædixit, quæ à maligno spiritu dici non poterant, ppea quod nihil de futuris certum ille præcognoscere potest, præsertim de illis, quę non à solis necessarijs causis eueniunt. Hunc scrupulum tollit Augustinus, in illa præfata epła, sic inquiens: Põt & illud uideri mirum, quod dæmones agnouerunt Xp̃m, quẽ Iudæi non agnoscebant. Cum.n. uult Deus etiã infirmos spũs aliq̃ uera cognoscere tpalia duntaxat ad istam mortalitatẽ pertinentia, facile est nec incongruum, ut oṗs, & iustus (ad eorum pœnam, quibus ista prædicuntur, ut malum, quod imminet, anteq̃ ueniat, patiantur) occulto apparatu, uidelicet mysteriorum suorum talibus spiritibus aliqd diuinationis impartiat, ut quod audiunt ab angelis prænuncient hominibus. Tm̃ autem audiuit, quantum oĩm moderator Dñs iubet, uel finit. Hæc Augustin. Scđo dici potest, iuxta Augustini sniam, quod is, qui Sauli apparuit, fuit uerus Samuelis spũs à dæmone adductus, Deo id permittente pp aliq̃ rõnem nobis occultam. Nam cum Xp̃s permiserit se à diabolo assumi, & super pinnaculum templi portari, & super mõtem excelsum collocari, non est mirum, quod animam Samuelis ab inferis portare fuerit permissus, præsertim cum ipsa Samuelis

Gen. 32

Augu.

anima prope infinitum minoris sit excellentiæ, q̃ ipse Xp̃s. Aut certe dato qđ fuerit uerus Samuelis spũs is, q Sauli apparuit, dici melius poterit, illum non aliqua arte magica, aut dæmonis ptãte ad hoc permissa: sed diuina potentia, & dispositione, quæ phythonissam, & dæmonem latebat, fuisse illuc adductum, ut Sauli sñiam diuinam ꝑp sua demerita super eum proxime uenturam, prænunciaret, quemadmodum ipsemet dum uiueret eidem Sauli nunciauit illum esse ex Dei decreto à regno deiectum. Si aũt aliquis eam sñiam magis ꝓbare uoluerit, quæ ait animam Samuelis fuisse à dæmone ex Dei ꝑmissione ab inferis suscitatam, hoc sũme cauere debet, ne credat, aut suspicet̃ animam illam fuisse suo proprio corpori restitutam, aut alicui alteri corpori sic infusam, ut ex illa cõiunctione corporis, cum illa anima, uerus & integer fuerit homo conflatus, qualis ante mortẽ suam fuerat. Talem.n. coniunctionem corporis cum anima, neq; ẽt Deo permittente dæmon ex suis uiribus facere põt. Et certe Augustinus, qui admittit animã hominis potuisse à dæmone ex Dei permissione ab inferis ad superos adduci, non admittit dæmonem potuisse illã corpori infundere. Ad solum.n. motum localem dicit aĩam Samuelis potuisse dæmonis ptãti subesse, ut posset illã de loco ad locum, illa inuita mutare. Nam ad hoc solũ ualet exemplum, quod attulit de Xp̃o, quem diabolus de deserto ad ciuitatem Hierl̃m transtulit, & posuit supra pinaculum templi. Hoc tñ inter illa duo interest, qđ Xp̃s non inuitus: sed se permittente, ductus est à dæmone. Anima uero ẽt inuita põt à dæmone, quo illi placuerit, duci, nisi dæmon sit à Deo ad hoc faciendum impeditus. Quisquis igitur hãc probare uoluerit sñiam, ut dicatur eam animam Samuelis à dæmone ex Dei permissione fuisse coràm Saule adductam, hoꝝ alteꝝ illũ dicere oportebit, aut animam illam non fuisse uero corpori, sed phantastico, & apparenti tunc coniunctam, cui non, ut uera illius forma uniebatur, sed solum illi adsiste

bat ut motrix illius: aut si in uero corpore, cui uere, ut for ma illius uniebatur, illam apparuisse dicat, talem animę cum corpore unionem à solo Deo factam esse ille dicere cogetur, ne hominem (quod impium est) à dæmone fieri posse dicat. Siquis uero contendit dæmonem posse animã hominis corpori unire, is certe testimonio beati Leonis, huius nominis primi, dãnatur, qui in ep̃la ad Toribium Astorigensem Ep̃m differens de errore Priscilliani dicentis, animas, quæ humanis corporibus inseruntur, fuisse in corpore, & in cœlesti habitatione peccasse, atq; ob hoc à sublimibus ad inferiora dilapsas in diuersæ qualitatis principes incidisse, & per aereas, ac si dereas ptãtes alias duriores, alias mitiores, corporibus esse inclusas, sic ait. Quã impietatis fabulam ex multorꝝ sibi erroribus texuerunt: sed omnes eos catholica fides à corpore suæ unitatis abscidit, constanter prædicans. atq; ueraciter quod animæ hominum priusq̃ suis inspirentur corporibus, non fuere, nec ab ullo incorporentur nisi ab opifice Deo, qui & ipsarꝝ est creator, et corporꝝ. Hæc Leo Papa, qui fide catholica tenendum esse docet, animas à solo Deo corporibus humanis infundi. Cũ igitur magus aliquis mortuum aliquem suscitare se dixerit, nequaq̃ est illi credendum: quia nec dæmon ipse, à quo iuuatur, hoc facere põt. Poterit quidem Deo permittente, & dæmone fauente animã solam alicuius defuncti ab inferis ad superos adducere, & corpori alicui phantastico, ad imaginem, & similitudinem corporis defuncti cõflato illam infundere, non quidem, ut formã illi coniunctam: sed tanq̃ illius motricem. Et quia hoc dæmon facere potest, hinc est, quod ipse dęmon hmõi illusionibus, & præstigijs magos ipsos, & alios insipientes decipit, ut putent illũ posse mortuos suscitare. Quisquis tñ hoc putat, impius est, & hæreticus: quia creaturę, hoc est, dęmoni tribuit id, quod soli Deo conuenit. Nam unum ex præcipuis testimonijs, quo (ut cõcors omnium sacrorꝝ doctorꝝ sñia tenet) Xp̃s suam nobis ma

Leo pp̃

nifeste declarauit diuinitatem fuit mortuorum suscitatio. At si hæc mortuorum suscitatio dæmonum ptãte fieri posset, non satis bene suam diuinitatem illo argumento nobis probasset Xps. Est adhuc aliud considerandum circa dæmonis ptãtem, mutare uidelicet homines in pecora, aut uolucres, aut quęcunque alia bruta animalia, de quo magũ examinandum esse censeo, & diligentissime interrogandum, an credat illud dęmonem facere posse. Nam & magi sæpissime hoc se facere dñt, & de his multa olim facta esse fabulosa narrauit gentilitas. Quę oĩa apud multos fidem obtinuerunt propter uanam & leuem Gręcorum credulitatem, quę eousque processit, ut nullum fuerit tam impudens mendacium, quod reste, ac pinde fide apud illos caruerit. Lucianus scribit, se quũ in Thessalia noscendę magię causa uersaretur, mutatum in asinum, dum auem fieri optaret. Non quidem quod hoc illi contigisset: sed (ut opinor) ad artis magicæ irrisionem, & subsannationẽ, hoc confixit argumẽtum hõ, qui neminem, nec Deos ipsos non subsannauit. Idem argumentum postea Apuleius suscipiens scripsit librũ de asino aureo, ut suam ostentaret eloquentiam, quanquã multorum opinione id, quod optauit, non est assequutus. Circen famosissimam magã socios Vlyssis mutasse in bestias finxit potius, quã narrauit Homerus. Diomedis socios post troianum excidiũ in uolucres fuisse conuersos refert Ouid. lib. 14. Metam. Et beatus Augustin. lib. 18. de ciuitate Dei, cap. 18. refert se, cum in Italia esset, similia qdam audiuisse de quadã regione illarum partium, ubi stabularias mulieres imbutas his malis artibus, in caseo dare solere dicebãt qbus uellent, seu possent uiatoribus, unde in iumenta illico uerterentur, & necessaria quæque portarent: perfunctaque opera, iterum ad se redirent: nec tñ in eis mentem fieri bestialem, sed rõnalem, humanamque seruari. Quæ uana, & leuis credulitas à Gentilitate, præsertim ab antiqua illa Græcia ortum habens, ad nostra usque tempora processit, in quibus nõ desunt homines,

Lucia.

Apule.

Augu.

qui

qui credāt,homines in lupos,aut canes,aut cattos,magorum incantationibus,& dæmonũ potentia conuerti posse. Si magus hæc,aut his similia a dæmone fieri posse credat,erit proculdubio hæreticus censendus,quia ea dæmoni tribuit,quæ oēm superant naturalem creaturę potentiam,& q̄ soli Deo cōuenire possunt. Nam (ut ex proxime p̄cedentibus constat) sicut solus Deus potest animam humanam producere,ita ēt ille solus pōt illam corpori unire: & inde sequitur,ut etiam ille solus possit illam de corpore in corpus transferre. Præterea anima humana talis est,& tantæ nobilitatis,ut nō nisi corpus humanum,& organicum informare & animare possit. Nam sicut quęlibet forma substantialis exigit certas aliquas dispositiones in materia,ut illam fouere, & informare possit,ueluti forma ignis requirit calorem in materia,forma arboris,aut herbæ requirit humiditatem, aut uiriditatem: ita anima humana requirit in corpore figuram humanā,ut corpus illud animare,& uegetare possit. Non tn̄ puto sic talem corporis figuram requiri, ut Deus non possit animam hominis si uellet,corpori bruto unire,Deus tn̄ hoc nunquam facere decreuit, qui ab initio hominem creans, animam illius non nisi corpori organico infudit,talemq́ illum in corporis figura tūc fecit,qualis perpetuo postea faciendus erat. Et ob hanc causam dicimus animam hominis,si ad ordinem, & potentiam naturæ referatur,non posse: nisi corpus humanum uegetare. Non est igitur credendum ulla dęmonũ potentia posse homines in iumenta, aut aues, aut alia bruta animalia mutari. Siquis uero obijciat ea, q̄ Circē illam magam olim fecisse poetę referunt, & q̄ hodie a multis magis fieri dicuntur,his omnibus elegāter, & ingeniose respondet August. lib. 18. de ciuitate Dei, cap. 18. sic inquiens: Nec sane dæmones naturas creant, si aliquid tale faciunt,de qualibus factis ista uertitur qō: sed specie tenus,q̄ a Deo sunt creata cōmutant, ut uideantur esse,quod non sunt. Non itaque solum animum: sed

Augu.

nec corpus quidem ulla ratione crediderim dæmonum arte,uel potestate in membra,uel lineamenta bestialia, ueraciter posse conuerti: sed phãtasticum hominis,qd' etiam cogitando,siue somniando per rerum innumerabilia genera,uariatur,& cum corpus non sit,corporum tamen similes mira celeritate formas capit, sopitis, aut oppressis corporeis hominis sensibus,ad alioꝝ sensum, nescio quo ineffabili modo figura corporea posse pduci: ita ut corpora ipsa hominum alicui iaceant,uiuentia quidem,sed multo grauius,atque uehementius, quàm somno suis sensibus obseratis. Phantasticum aũt illud ueluti corporatum in alicuius animalis effigie appareat sensibus alienis,talisq; etiam sibi homo esse uideatur,sicut talis sibi uideri possit in somnis,& portare onera, q̃ onera si uera sunt corpora,portantur à dæmonibus, ut illudatur hominib9,partim uera oneꝝ corpora, partim iumentoꝝ falsa cernentibus. Hactenus August. Et ad pbationem huius suæ sñiæ,qua dicit illa non uera esse,sed dæmonum illusiones,adducit experientiam ipsam,quæ multa uera docere solet. Ad ipsam aũt experientiã comprobandam,duo narrat facta,in quibus id, quod dixit ueꝝ esse,certissime cognitũ est. Quibus narratis, postea iterum sñiam suam explicat,sic inquiẽs. Proinde qd' homines dicuntur,mãdatumq; est literis à Dijs, uel potius dæmonibus Arcades in lupos solere cõuerti,& qd' carminibus Circe socios mutauit Vlyssis, secũdũ istum modum mihi uidetur fieri potuisse,quem dixi: si tamen factum est. Diomedeas aũt uolucres,quandoquidẽ genus eaꝝ per successionem propaginis durare perhibet, non mutatis hominibus factas,sed subtractis credo fuisse suppositas,sicut cerua pro Iphigenia Regis Agamẽnonis filia. Neque.n. dęmonibus iudicio Dei permissis, huiusmodi præstigiæ difficiles esse potuerunt. Sed quia illa uirgo postea uiua repta est, suppositam pro illa ceruam esse facile cognitũ est. Socij uero Diomedis,quia nusquam subito comparuerunt, & postea nullo loco

apparuerunt,perdētibus ultoribus angelis malis,in eas aues,quæ pro illis occulte ex aliјs locis, ubi est hoc genus auium,ad ea loca perductæ sunt,ac repente suppositæ,creduntur esse conuersi. Hucusque Augustinus,qui rem totam luculenter,& ingeniose (ut solet) explicuit. Iuxta hunc modum,quem Augustinus docet,sunt intelligenda multa alia,q̄ magos facere posse, uana, & leuis gentilitas credidit. Nam (ut cętera ridicula pertrāseam) fuit gentilitati persuasum, magicis incantamentis detrahi cœlo lunam,aut solē obscurari. Ideo Ouidius de Medea loquens,dixit: Illa reluctantem cursu deducere lunam Nititur,et tenebras addere solis equis. Et Vergili9 in Pharmacentria. Carmina uel cœlo possunt deducere lunā. Adiuuari putabant lunā sic laborantē sonitibus p̄magnis,ne uoces incantantium eo possent peruenire,ut ab ea exaudirentur,idcirco tympana, & cymbala pulsabātur. Nam hæc omnia plurimum prodesse putabāt. Vnde Propertius ait: Cantus & è curru lunam deducere tentant. Et facerent,si non æra repulsa sonent. Et Iuuenalis de fœmina loquacissima loquens, Satyra sexta dixit. Vna laboranti poterit succurrere lunę. Hæc omnia uirtute dæmonum fieri nequeunt,qui naturæ ordinem à Deo institutum permutare nō possunt. Sed (ut Augustinus de aliјs rebus dixit) diabolica illusione similitudines,& phantasmata illarū rerum dæmon ob oculos hominum sic subtiliter,& artificiose ponebat, ut homines crederent se non similitudines,& phantasmata: sed ueras res uidisse. Ad cuius sn̄iæ confirmationem præter exempla: q̄ ille adduxit alia multa possunt afferri,e' q̄bus unum solum referam, quod narratur in uitis patrū. Iuuenis quidam iuuenculam ardenter amabat,eámque ad actus uenereos, ut sibi consentiret quotidie solicitabat. Quam, quia nunquam consentire uoluit, quidā Iudæus magus ad iuuenis petitionem, in equam cōuertit, ut sibi, & aliјs aspicientibus sic uideatur. Ob hanc causam illa ad beatum Macharium ducta est,qui illam aspiciēs

Ouid.

Verg.

Propti.

Iuuen.

dixit, sibi mulierem, & non equam uideri. Non enim potuit dæmon sancti uiri sensus illudere, quemadmodum aliorum sensus illuserat. Hic igitur Deum pro illa orãs, suis precibus a tali illusione eam liberauit. Denique hæc sententia confirmatur authoritate concilij Anquirẽsis, quod de hac re apertissimam dedit definitionem, sic inquiẽs. Quisquis credit posse fieri aliquã creaturam aut in melius aut in deterius immutari, aut transformari in aliam speciem, uel in aliam similitudinem, nisi ab ipso creatore, qui omnia fecit, & per quẽ omnia facta sunt, proculdubio infidelis est, & pagano deterior. Hæc concilium Anquirense, ut citantur a Gratiano in cap. epĩ, 29. q. 5. Nam huius concilii decreta non reperiuntur inter illa, quæ duobus uoluminibus magnis conclusa, anno ab hinc octauo impressa sunt Coloniæ. Sunt enim illic decreta concilii Ancyrani, & suspicatus Gratiani literam mendosam (prout aliàs sæpe in illo Gratiani uolumine contingit) ita ut pro Ancyrano positum esset Anquirẽse, omnia concilii Ancyrani decreta perlegi, sperãs præfatum decretum illic inuenire: sed nihil tale in concilio Ancyrano reperi. Collector tamen illorum conciliorum, post Ancyrani concilii decreta hoc addidit, dicens se in quodam codice manu scripto illud inuenisse.

De maleficis, an sint hæretici dicendi, & uelut tales puniendi. Cap. XV.

Inter multos, quos sub suo imperio dæmon continet homines, qui illum inuocant, et pactum cum illo feriũt, ut illius adiutorio ea, quæ optant efficere ualeant, quidam recensentur, qui ab operibus suis malefici appellantur, propterea quod tam malignantis, & pestiferi sunt ingenii, ut nulli bene: sed dæmonem ipsum imitantes, male multis facere optẽt, & ob hoc solum dæmonis imperio se subdunt, ut ab illo doceantur, quo pacto aliis obesse possint. Nam licet magi, & incantatores, de quibus in præcedenti cap. disseruimus, possint etiam hæc malefi cia dæmonis auxilio operari, non tamen ob hanc male

ficiorum peritiam,magi: sed malefici uocantur proprio uocabulo, prout ex ipsa uocis etymologia facile constare potest. Nam in.l.nemo.C.de maleficis,& mathematicis, dicitur huiusmodi homines ob facinorꝝ magnitudinem maleficos a' uulgo appellari. Huiusmodi autẽ maleficorꝝ multa sunt genera,quæ non secundum uarietatem medioꝝ,& instrumentoꝝ,quibus malefici in sua arte utuntur: sed iuxta diuersitatem maloꝝ,quæ in aliis efficiunt, distinguuntur. Est enim aliquod maleficium,quod dicitur amatorium,est etiam aliud,quod dicitur ueneficum, & hoc etiam multiplex iuxta multiplicitatem nocumentoꝝ,quæ per illa hominibus inferuntur. Maleficium amatorium est, quod fit ad flectendos animos uirorum, aut mulieꝝ ad libidinosum, & turpẽ amorem. Et qui hoc exercent, quocunque modo id faciant, grauiter peccant: qm̃(ut aperte constat) ad rem malam, & expresse a' Deo prohibitam,solicitant. Rem autem malam, quæ sine peccato exerceri non potest, nullus sine peccato consulere alicui potest, neque ad illam solicitare. Nam (ut ait Paulus) non solum,qui talia agunt sed qui agentibus consentiunt, digni sunt morte. Rom. 1 Maleficium ueneficum est, quod fit ad nocumentum aliquod alicui inferendum. Solent enim multifariam huiusmodi hoĩes nocere. Aliqñ.n.illis in propriis illorum personis nocent: aliquando in possessionibus eorum, aut in rebus illis coniunctis. Nam hi malefici sæpe dæmonis operatione secreta homines cito interimunt, sine aliqua propinatione ueneni. Aliquando uero non tam celeriter eos e' uita tollunt: sed mortẽ in longum temporis spatium producũt,ut post lõgas luctuosasq́ querelas, & miserabiles fletus, corpus personæ, quæ est malefici o infecta,paulatim conteratur, & debilitetur quousq; tandem pereat. Propter hæc & alia nocumenta,quæ corporibus inferre solent humanis, in.l. fina.C.de malefi.et mathe.uocantur hostes cõmunis salutis. Hi oues, & boues, & reliqua bruta animalia, quæ

forte pinguissima erant, breuissimo tpis spatio, macilenta aliqñ efficiunt. aliqñ prorsus interficiunt. Hi homines matrimonio coniunctos sic sæpe ligant, ut ad opus gñationis minime cõmisceri possint. Hi sunt, qui (ut dicitur ĩ l. Multi. C. de malef, & mathe.) elementa turbãt, aerem immutant, uentos, & tempestates suscitant, grandines, & lapides terrificos, qui frumenta, & fruges oẽs deuastent, ex alto descendere faciunt. Vt aũt hæc omnia facere possint, uarijs utuntur hi homines instrumentis, & medijs. Aliqñ manifesta uenena, ĩ cibo, aut poculo, aut ueste, aut alia re, quæ personam illam contingat, propinant. Aliqñ nihil tale illi præbent: sed imagines quasdam, certis tpibus obseruatis, & determinatis carminibus, & ritibus quibusdam, & signis conficiunt, quas in nomine Beelzebub Principe dæmoniorꝝ baptizãt, adhibitis, & expressis quibusdam alijs uerbis, quæ uel referre non licet, nec si liceret, sine magno horrore, & tremore animi id facere possem. His sic peractis prædictas imagines ad ignem applicant, et ibi petunt infirmitates, aut alia mala, quæ in persona illa, cuius imaginem confecerunt, euenire optant. Quandoq; etiam acubus, aut alijs acutis ferris perforant illius imaginis caput, aut pectus, aut uentrem, aut femora, aut aliam corporis partem, in qua cupiũt malum aliquod oriri in persona, cui nocere cupiunt. Quibus omnibus perfectis, sæpe contingit, ut pſona illa cui nocere maleficus procurauit, grauiter torqueatur, & doleat in capite, aut stomacho, aut uẽtre, aut repentinam quandam toleret infirmitatem, quã nullus medicorꝝ cognoscere ualet. Aliqñ solis uerbis ex ore suo prolatis nocent, de quibus Lucanus dixit. Mẽs hausti nulla sanie polluta ueneni, Incantata perit. Quæ omnia dæmonum operatione fieri, duplici põt rõne probari. Prima sumitur ex eo, qd' in his omnibus necesse est scribi quasdam figuras, quæ naturaliter intelligi nõ pñt, & quædam dæmonum nomina prorsus ignota, & penitus horrenda, quamuis alijs sanctis nominibus mista, il-

Lucan.

lic ſcribuntur, quæ non niſi ad pactum cum dæmone initum implendum, poſita eſſe credendum eſt. Scd̃a ratio per hoc euidentiſſime conuincit, quòd illę imaginũ compoſitiones, & tact⁹, aut illi characteres, aut uerba ꝓlata, non pñt ex ſua natura mortem, aut morbos aliquos, aut nocumentũ aliqđ in corporibus humanis efficere. Quoniam ſi hęc operandi uis eſſet hmõi rebus conceſſa, omni tpe, & omni loco, & omni ſubiecto eiuſdem qualitatis, & diſpoſitionis illa operaretur, quiſqs ſimiles imagines, aut characteres efficeret, aut ſimilia uerba ꝓferret. Conſtat aũt quod ſi alius nullum cũ dęmone pactũ habẽs tales characteres faciat, aut talia uerba proferat, nihil efficiet. Ex quo euidẽtiſſime colligitur, tales morbos, aut alia quæuis nocumenta, nullo pacto uirtute imaginum, aut uerboꝝ fieri. Et inde conuincitur, ut hęc ab ipſis dęmonibus, cum quibus malefici pactum ſiue publicum, ſiue priuatum inierunt, fiant. Nam ipſi dęmones, q acutiſſimi ſunt, lapidum, atq; herbaꝝ, cęterarumq; reꝝ naturas, & proprietates optime norunt, melius quã oẽs medici, & phyſici, qui in orbe fuerũt. Dęmon enim peccans (ut beatus Dionyſius libro de diuinis nominibus c. 4. docet, ſubſtantiam, & proprietatem ſuę naturę angelicę non amiſit: ſed oĩa naturalia integra, & ſplendidiſſima retinuit. Hic igitur cum perſpicaciſſimum habeat intellectum, facillime noſcit ea, quę mortem, aut morbos, aut cruciatus, aut alia quæuis nocumenta homini inferre pñt. Scit miſcere ſimplicia ex qbus uenena cõfici pñt, quę tale ualeant homini nocumentũ inferre, quale optatur. Cum igitur dęmon magnam hmõi reꝝ peritiam, habeat, qñ tales imagines (ut diximus) acubus pungũtur, aut characteres fiũt, aut uerba proferuntur, Deo ꝑmittẽte, ille uenena, quę homini, cuius imago perforatur, nocere poſſint, ſecreto, & inuiſibiliter adhibet, & ſic naturali poteſtate, & uirtute uenenoꝝ dęmon facit ea, q̃ maleficus efficere optat. Quę uenena, quia maleficus ſæpe ignorat, nec illa adhibere uidęt, putat ea oĩa, quæ fiunt,

uirtute taliũ imaginum, aut characterꝝ, aut uerborꝝ fieri, quæ tñ neque ab imaginibus, neque a' figuris, aut uerbis ullis, neque a' dæmone ipso: sed ab alijs agentibus, ad hoc uirtutem naturalem habẽtibus fiunt, quę per dęmones ipsos, qui illorũ agentium uirtutem agnoscunt, latẽter applicant, & admouentur, ut in ipsis corporibus humanis, ea, quę maleficus cupit, efficiant. Et contingit sæpe, ut qui hęc maleficia operantur, remedia his malis, quę intulerunt adhibere nesciant: quia non amplius dæmon eorũ magister eos docuit, uel (ut rectius loquar) nõ amplius dæmon illis promisit. Sunt tñ alij, qui optime utrunque nouerunt, uidelicet nocere, & nocumento a' se, uel ab alijs illato remedium adhibere. De qua re lectorẽ admonere decreui, ut intelligat, hmõi maleficos homines, non solũ grauiter peccare, cũ nocent: sed etiã quando nocumento a' se, aut alio illato, remedium per hmõi diabolicam artem pręstãt, ut maleficium operatũ obesse non ualeat. Nam licet sic operantes proximo Iæso prosint, tñ (ut ait Paulus) non sunt facienda mala, ut inde ueniant bona. Mala est aũt dęmonum inuocatio, malum est ẽt & pessimum, cum dæmone pactum aliquod siue expressum, siue tacitum facere: malum igitur, et pessimũ est maleficium iam adhibitum soluere si non aliter quã per dęmonis inuocationem, & illius auxilium soluendũ est. Id. n. quod ex se malum est, nulla adhibita bona intẽtione, nec quacunque alia bona circunstantia adiunctã poterit bonum esse. Quo fit, ut licet bonum sit proximorum incõmodis obuiare, non tñ bonum sit maleficia facere, ad proximorum nocumenta tollenda. Iuste, quod iustum est (inquit Dñs) exequeris. Si tñ maleficium adhibitum tale esse dignoscitur, ut naturali aliqua uirtute, sine ulla dęmonis inuocatione, & sine ullo pacto cũ illo inito, impediri possit illius operatio, tunc bonum, & meritorium erit illud maleficium dissoluere, tantum abest, ut peccatum dici queat. Põt etiam per orationes sctõꝝ uiroꝝ tolli maleficium ne suum consequatur effectum.

Rom. 3

deu. 16

Similiter etiam pōt licite maleficium impediri, si imago illa, cui est acus īfixa, aut aliud simile instrumentum per qd' faciendum est maleficium, inueniretur, & confringeretur. Tunc. n. dęmō non amplius illum fatigaret, qa ex pacto quod cum malefico fecit, non assistit: nisi quādiu signum aliquod ab eo datum permanet. Sed qō nō par ui momenti est, an liceat ab eo qui maleficia exercet, & paratus est quotidie illa exercere, petere, ut maleficium alicui adhibitum dissoluat, aut impediat, ne operationē suam exercere ualeat, præsertim si credit illum non nisi dæmonis auxilio, & operatione maleficioꝝ illud posse dissoluere. Angelus de Clauasio in sua summa, in titulo: Supstitio paragr. 13. citat Petri Aureoli de hac re sñiam, & probat illam, qui quarto sñiaꝝ. dist. 34. q. 2. dicit licite hoc posse peti a quocunque malefico, quem scitur esse paratū ad hmōi maleficia exercenda. Hanc aūt suam sñiam per hoc persuadere nititur, quod cuicunque licet malo alterius uti ad cōmodum suum. Pro qua re affert testimoniū Augustini dicentis, licitum mihi esse uti ad cōmodum meum iuramento hominis infidelis, quāuis sciam illum iuraturum per Deos suos falsos, quos colit. Posset etiam pro ea dem re afferri simile de illo, qui mutuum petit ab eo, quem scit non nisi ad usuram datuꝝ. Hæc aūt petitio omnium doctoꝝ consensu licita est. Ex quo sequi uidetur ut etiā liceat cuicunque petere ab eo, qui paratus est maleficium facere, ut maleficium incœptum impediat. Sed his oībus nō obstantibus, ego oppositam teneo sñiam, & dico Petrum Aureolum, & Angelum de Clauasio qillū sequutus est, fuisse in hac parte deceptos, eo quod non bene rē considerarunt, ac proinde non uiderunt, quam lata sit dfia inter propositum negocium, & alia exempla, quæ loco similitudinis adducta sunt. Nam quod ille, qui petit a malefico, ut maleficium malefício dissoluat, peccet, uel ex hoc euidentissime conuincitur, quòd ipsemet maleficus (ut paulo ante diximus) grauiter peccat cum diabolica arte inceptū

maleficium tollit, ne ad operationē perueniat. Fieri igitur non potest, ut ille, qui a malefico petit, ut arte diabolica maleficium inceptum dissoluat, nō peccet. Quisquis enim petit ab alio, ut faciat, id, quod sine peccato facere non potest, peccat: quia sic Petens consentit iniquitati alterius inducendo illum ad peccatum. Certum est autem, quod sicut par pœna, ita etiam par reatus constrinxit agentem, & consentientem. Nec petens excusari potest a peccato hac ratione, quod maleficus ille, a quo petit paratus erat ad cuiuscunque petitionem maleficium operari. Nam & si ille paratus esset, non tñ hoc particulari maleficium fuisset operatus, nisi ille petijsset. Ex quo euidenter conuincitur, illius petitionem causam fuisse proximam, quod maleficus ille particulare illud maleficium fuerit operatus. Causam.n. dicimus illā, qua posita ponitur effectus, & qua remota remouetur. Si petens non fuisset, maleficus non fuisset illud particulare maleficium operatus, & illo petente fecit: ergo ille petens fuit causa, quod alius maleficium perpetraret, & inde conuincitur illum peccare: quia alium ad peccatum induxit, & proximam peccati causam dedit. Et hoc cōfirmari potest per id, quod habetur in cap. Nec mirum. 26. quæstione 5. ubi postquam de Necromanticis, & Hydromanticis dictum est, hæc adduntur uerba. Ad hæc omnia supradicta pertinent ligaturæ execrabilium remediorum, quę ars non cōmendat medicorū, seu in pcantationibus, seu in characterib9 suspendendis, atq; ligandis, in quibus omnibus ars dæmonum est, ex quadam pestifera societate hominum, & angelorū malorū exorta. Vnde hæc cuncta uitanda sunt Xpiano, & omni penitus execratione repudianda, atq; damnanda. Hæc ibi in illo cap. quod inscribitur nomine Augustini, & re uera non est Augustini. Exempla autem de infideli parato iurare per Deos suos, et usurario parato dare ad u uram quæ loco similitudinis ad oppositæ sententiæ probationem adducta sunt, nihil penitus efficiunt. Quo

niam illa omnia ad hoc negocium de quo nunc disputamus, relata magnam hñt dissimilitudinem. Nam in illis exemplis adductis, res, quæ petuntur, non sunt ex se malæ: quia possunt bñ fieri, ab his, qui illa factura sunt, si uelint. Quod autem male fiant, non est ex malitia ipsius rei: sed ex malitia ipsius operantis, qui rē, quam poterat bene, noluit nisi male facere. Ille.n. qui petit iuramētum ab infideli non petit, ut per falsos Deos iuret, alioqui sic petens peccaret: quia peteret id, quod est apertum peccatum: sed solūmodo petit, ut iuret: etsi daretur optio petenti, eligeret illum iurate per uerū Deum trinum & unum. Si autē infidelis per falsos Deos iurat, culpa est ipsius iurantis, non autem iuramētum exigentis: quia is, qui exigit, id petit ab illo, quod ille si uellet, bñ facere potuisset. Similiter is, qui petit ab usurario, nō petit, ut det ad usuram: quia sic petēs peccaret, cū peteret ab illo id, qd' sine peccato fieri nō posset: sed petit duntaxat, ut mutuum sibi detur, qd' non solum sine peccato: sed etiam cum merito fieri potest. Si usurarius non uult dare mutuū sine usura, culpa est ipsius usurarij, non autem petentis: quia petit id ab illo, quod ille, si uellet sine peccato, & cum merito facere posset. In his igit oībus exemplis, et alijs similibus ille qui petit, non inducit aliū ad pc̄tm̄: quia petit id, quod sine pc̄tō fieri potest: sed utitur ad cōmodum suum iniquitate alterius, qui non uult nisi male, & iniuste facere id quod si uellet, poterat facere bene. Longe aliter se habet is, qui petit à malefico, ut maleficium diabolica arte dissoluat, ne nocere ualeat. Is.n. id à malefico petit, quod ille sine pc̄tō facere nequit. Nā (ut paulo ante diximus) nō solum peccat, qui maleficiū operatur, ut noceat: sed ēt qui arte diabolica maleficiū tollit, ne noceat. Quia artem diabolicam exercere quacunq; bona intentione id fiat grauissimum est pc̄tm̄. Is igitur, qui à malefico petit, ut maleficium diabolica arte dissoluat, non solum utitur ad cōmodum suum iniquitate malefici: sed ēt inducit illum ad pc̄tm̄, & per conse-

quens peccat: quia petit ab illo, quod ille ēt si uellet, nō posset facere sine pctō. Si autem maleficium tale esset, ut sine pctō posset à malefico dissolui, ut puta, quia scit ubi sit laqueus, aut imago, aut ligaturæ aliq̄, aut characteres cum quibus est iam inceptum maleficium, tunc sicut ipse potest sine peccato dissoluere maleficium confringendo illa omnia, ita quilibet alius potest sine peccato petere ab ipso malefico, ut illo modo dissoluat maleficium. His omnibus prænotatis, superest ut inquiramus an hmōi malefici sint hæretici censendi, & uelut tales puniendi. De qua re, ut certa possit dari snia, tria sunt prius ab his hominibus inquirenda. Primum est an aliquod pactum, siue expressum, siue tacitum, cum dæmone fecerint per quod promiserint se aliquid, quod fidei Catholicæ deroget facturos. Nunquam.n. aut rarissime (ut præcedenti cap. diximus) dæmon suum adiutorium hominibus sine aliqua spe lucri impendit. Si in pacto inter illos, & dæmonem inito interuenit aliqua promissio de rebus fidei repuguantibus, ut puta de adoratione, & reuerentia ipsi dæmoni prestanda, aut de eadem reuerētia Xpō saluatori nostro deneganda, aut de confractione, & cōculcatione imaginis Xp̄i, aut crucis, in qua moriens ille salutem nrām operatus est, quæ dæmon summe expetere solet ab his, quibus se exorabilem exhibet: non est dubium, quin tunc tales malefici sint hæretici cēsendi, & uelut tales puniendi. Qm̄ nihil hoꝝ, quæ diximus, pōt libere, & ex animo sine manifesta heresi exerceri. Nam licet sint multa, quæ uoluntas contra iudiciū rationis operatur: quia ad illam uoluntas est ex se pna, & illa ex se hn̄t uoluptatem quandam, per quam pn̄t uoluntatem ipsam ad sui amorem allicere: sunt tn̄ alia, quæ (ut primo huius operis capite diximus) nunquam uoluntas appetit: nisi quia intellectus iudicat esse bona: quia nihil hn̄t illa in se, per quæ possint allicere uoluntatem. Et inde sequitur, ut si uoluntas aliquod illoꝝ appetat, non nisi ab intellectu iudicante illud esse bonū, mo-

ueatur ad illud appetendum. In his ergo omnibus operatio exterior aperte indicat errorem intellectus. Ex quibus omnibus euidenter concluditur maleficos omnes, qui aliquid eorum, quæ nunc proxime diximus, ex pacto efficiunt, esse hæreticos censendos & uelut tales puniendos. Secundum, de quo examinare oportet maleficos, est maleficium ipsum, quod exercent, de qua re uaria est facienda inquisitio, sicut uaria diximus esse maleficia. Nam illorum alterum diximus appellari amatorium, alterum ueneficum. Ab illis, qui amatoria ueneficia exercent, diligēter inquirendum est, an credant maleficia, aut dæmonem posse cogere alicuius uiri, aut fœminę uoluntatē ad amorem aliquem libidinosum, aut quemlibet inhonestum habendum. Et quod illi hoc fieri posse credant, uiolēta est suspitio: quoniam nisi maleficorum arte, aut dæmonis potēte id fieri posse existimarent, nunquam talia maleficia pro re illa efficienda, exercerent. Si illos ita credere cōpertum fuerit, & de hoc errore admoniti ab illo discedere noluerit: sed in illo pertinaces fuerint, merito censebuntur hæretici, & uelut tales punientur, quoniam apertam hæresim pertinaciter tuentur. Nam credere hominis uoluntatem posse à dæmone cogi ad aliquid amandum: hæresis est aptissima: quoniam illa coactio repugnat libertati, quam Deus nostræ indidit uoluntati. Deus. n. (ut ait Sapiens) ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui. Adiecit mandata, & præcepta sua: si uolueris mādata conseruare, conseruabunt te, & imperpetuum fidē placitam seruare. Apposuit tibi aquam, & ignem, ad quod uolueris porrige manum tuam. Ex quibus Ecclesia stici uerbis apertissime constat liberam factā esse à Deo hominis uoluntatem, & inde sequitur illam à dæmone cogi non posse: quoniam alioqui libera non esset. Si à dæmone cogi posset homo ad aliquid amandū, tunc iam non esset homo in manu sui consilij (ut dixit Ecclesiasticus) cōstitutus: sed in manu consilij dæmonis. Qui ergo pertinaciter asseruerit hominis uoluntatem posse quibuscunque

Eccl. 15.

maleficijs, aut quacũq; dæmonis ptãte ad aliquid amãdum cogi, eſt hæreticus cenſendus, & uelut talis puniẽdus. Pñt quidem dæmones uoluntatem perſuaſionibus allicere ad amandum, repręſentando aliq̃, quamuis falſam, apparentem tñ boni rõnem in amore illo. Pñt etiã carnis appetitum, qui liber non eſt, excitare, ut appetat illud, & ardenter illud perquirat, ẽt ſi aliàs ad illud frigeret. Nam (ut eſt apud Iob) halitus eius prunas ardere facit. Appetitus autem carnis, poſtq̃ fuerit uehementer accenſus, uoluntatem ipſam etiam uehementer ſolicitabit, & illam ualidiſſime impellet, ut in ſuã trahat ſñiam. Et ex hac tam uehemẽti tentatione euertit, ut homines idiotæ dicant ſe cogi ad amorem, inuitos teneri, uelle ſe diſcedere, & non poſſe. Sed re uera falluntur: quia ſi uellent reſiſtere, poſſent facile id efficere cum Dei adiutorio, qui omnem ad ſe confugientem paratus eſt adiuuare. Fidelis eſt Deus, inquit Paulus, qui non patietur uos tentari ſupra id, quod poteſtis. Deinde examinãdi ſunt, qui hæc malefícia exercẽt, an in illoꝝ exercitio aliquid miſceant, quod merito poſſit uehementem hæreſis pręſtare ſuſpitionem. Q̃m ſi hæc nõ adſint: inquiſitores hæreticoꝝ: niſi illis ſit ſpeciaľr hæc prouincia delegata, nõ poterunt iure quidq̃ circa illas diſponere: q̃m hoc eſt illis ſpeciaľr interdictum, in cap. Accuſatus. paragr. ſanè. de hæreticis. libr. 6. Si uero talia in ſuis maleficijs miſcẽt, ut de illis poſſit non leuis ſuſpicio hæreſis ſumi, merito de illis maleficijs inquiſitor maleficos ipſos diligenter, & curioſe examinare poteſt, & debet. Nã quum Papa in illo cap. Accuſatus. parag. ſanè. inhibet inquiſitorib⁹, ne de diuinationib⁹, aut ſortilegijs inquirant, ſtatim excipit ea ſortilegia, quæ hæreſim ſapiunt. Quo loco ſortilegij nomen capiendum eſt iuxta latam illius. ſigñationem, ut comprehendit omnia maleficioꝝ gña. Nam iuxta propriam illius uocis ſigñationem ſolum ad diuinationes pertinet, ut patet per Iſidoꝝ in cap. ſortilegi. 26. q. 1. Sed quia in dicto cap. Accuſatus. parag. ſane. poſtq̃

Iob. 41

1. co. 10

Papa expressit diuinationes, statim addidit sortilegia, constat illum nomine sortilegiorum non solum diuinationes: sed etiam maleficia intellexisse: quorum aliqua dicit esse, quæ hæresim sapiunt. Videndum est igitur, & diligenter inquirendum, quæ sunt illa maleficia, quæ hæresim sapiunt. Paulus Grilland. in tractatu de hæreticis lib. 2. q. 10. pro huius rei cognitione quasdam assignat rñas, quas ex Oldrado in cons. 210. se accepisse refert. Primum quidem dicit, quod si sortilegia, aut maleficia taliter fiunt, ut in illis ad sit inuocatio dæmonis per modum adorationis tunc aperte sapiunt hæresim. Deinde addit, quod licet non fiat per modum adorationis, si tñ per illa maleficia petatur, aut expectetur à dæmone, quod soli Deo facere conuenit, ut puta mortuos suscitare, secreta cordium reuelare, futura, quæ ex causis naturalibus non pendent, prædicere, tunc talis petitio sapit hæresim. Tertio dicit, quod si est inuocatio dęmonis non per modum orōnis, & petitur à dæmone id solum, quod uirtute naturali ille efficere ualet, quamuis alia q̃libet in maleficiorum exercitio adhibeant, dicit illa non sapere hæresim. Dicit itaque quod celebrare missam de defunctis pro aliquo uiuo, ut cito moriatur, uel hostiam consecratam mulieri cum characteribus scriptam turpibus, dare, ad amorem prouocandum libidinosum, non sapit hæresim. Idem dicit de reliquijs sctōrum, de sacralibus, ut sunt calix, altare portabile, oleum sctm̃, aqua benedicta, aqua fontis baptismalis, quæ omnia licet misceantur in maleficijs, dicit non sapere hæresim. Et hanc suam sñiam nititur probare per hoc, quod alia istis imponitur à iure pœna, quam hęreticis. Et pro hoc adducit. cap. Quicunque. 26. q. 5. & ca. De homine. de celebr. Miss. Addit insuper aliud, in quo non possum non mirari, tantam fuisse illius ignorantiã. Dicit. n. quod si aliquis crucem, aut imaginem Deiparę uirginis Mariæ, aut alterius sancti, irreuerenter proiecisset in terra, & pedibus cōculcaret, non saperet hęresim. Pro qua re adducit cap. Si canonici. paragraph. fi. de of-

fi.iud. ordi.lib.6.Ex his omnibus Pauli Grillandi dictis, non inuenio,quod probare,aut tolerare possim:nisi illa duo prima,quorum alterum est de adoratione dæmonis,& alterum de petitione, qua à dæmone petitur id, quod solus Deus præstare potest. Quę duo dicit sapere hęresim. Et hoc ipsum nos etiam docemus. Reliqua uero omnia quę in tertio dicto continentur,sunt manifeste falsa, & acerba reprehensione digna.Vt autem hoc apertius efficiamus,id primo annotandum est,quod sortilegium,aut maleficium aliquod sapere hæresim,idem est ac illud præbere uehementem hæresis suspitionem. Nam alias non uidetur quomodo sortilegium,aut maleficium , quod in exteriore operatione consistit,possit sapere hæresim:cum hæresis (ut in primo huius operis capite diximus)non in operatione exteriore:sed in errore intellectus consistat. Res autem sacras præsertim sacramentum,aut sacramentalia ad maleficia exercenda adhibere,apertam,& uiolentam præbet hæresis suspitionem. Quoniam nullus illa ad maleficia exercenda adhiberet: nisi crederet illa ad similia opera exercenda, aliquam habere potestatem. Talis autem credulitas aperta est hæresis. Quia Deus,qui sacris non naturalem, sed aduentitiam uirtutem dedit,non ad destructionem,& perditionem corporum & animarum:sed ad salutem animarum illam dedit. Dæmon tamen uidens se minus potentem ad maleficium amatorium exercendum,cum(ut diximus)non possit aliquem ad amandum inuitum cogere,ideo res quaslibet sacratiores miscere in huiusmodi maleficijs procurat,quas raro in alijs maleficijs ueneficis adhibet.Quia maleficia uenefica potest dæmon si à Deo permittatur in homine inuito exercere. Sub hac igitur specie dæmon multos fallit persuadendo illis quod istorum sacrorum abusus,mirabiles effectus quoad amorem producat,quos ipse optime scit ab illis sacris, aut sacramentalibus effici non posse. Hoc tamen ille mendacium pluribus hominibus persuadere nititur, in uilipendium Christianæ religionis,& ut homines grauius Deum offendant. Nec ista à solis prophanis hominibus : sed etiam ab his,qui altari seruiunt,

fieri

fieri procurat. Legi enim de quodam sacrilego sacerdote, quod cum mulierem quandam impotenti, & impudico affectu adamaret, ut illam in sui amorem traheret, medietatem sanctissimæ hostiæ, quam in Missa consecrauerat, sumpsit dicens turpia quædam uerba, & execranda, quæ hic proderenon expedit, reliquã uero partem hostiæ misit ad prædictam mulierẽ, non in forma hostiæ: sed contritam, & in puluerem redactã, ut pote aptam ad sumendum in potu. Quæ autem a mulieribꝰ hac in parte fiunt, tot sunt, ac tam turpia, & abominabilia, ut satius sit illa silentio præterire, quàm aliquid illorum proferre. Vt igitur rem hanc totam breui cõpendio concludamus, talem de illa statuo certissimam regulam. Omne maleficiũ, quod exercetur per cõmistionem alicuius sacramenti, aut rei sacramentalis, reddit ipsum operatorem de hæresi suspectum. Qm̃ nisi ille crederet talia sacramenta, aut sacramentalia habere uirtutem ad maleficioꝝ operationem, non adhibuisset illa. Inquisitor igitur cum talem aliquem maleficum agnouerit, capere potest illum non quidem ꝑꝑ maleficium: sed ꝑꝑ sacramentoꝝ cõmistionem, per quam se suspectum de hæresi reddidit. Captum illum diligẽter, & curiose examinabit de illius credulitate. Si ille dixerit se non credere, quòd sacramenta aliquam habeant ad maleficia uirtutem, & potestatẽ: sed ideo apposuisse, ut dęmonis uoluntati, qui hoc imperauit obediret, tunc inqsitor non poterit illum quamuis grauissime peccantem punire: quia illi prohibitum est in cap. Accusatus, paragrapho Sane'. de hęret. lib. 6. sed illius punitio ad solum defertur ordinarium. Si uero maleficus dixerit, se ideo sacramenta, aut sacramentalia in suo maleficio miscuisse: quia credit illa uirtutem aliquam, & potentiam ad huiusmodi maleficia habere, tunc merito inquisitor iuxta prædictum cap. Accusatus. poterit illum punire, nõ ꝑꝑ maleficium: sed propter errorem fidei, a quo si legitime admonitus discedere noluerit, erit per omnia tan-

quam hæreticus ab eo tractandus. Et idem prorsus dicendum esse censeo de illo, qui crucem Dñi, aut imaginem Deiparæ uirginis, aut alterius cuiusque sancti irreuerenter proijcit in terra, & pedibus conculcat. Nã hæc sine uehementi hæresis suspicione fieri non possunt, præsertim cũ sit hæresis in septima synodo damnata, dicens imagines nõ esse ueneratione dignas: sed prsus cõtemnendas. Quod aũt Paulus Grillãdus citat, ex cap. Si canonici, paragrapho fi. de off. iud. ord. lib. 6. nihil certe pbat: qm̃ res illa cum pñti negotio nullam prorsus habet similitudinem. Nam canonici illi, de quibus textus ille loquitur, nec pedibus imagines conculcabãt, neque ob aliquam irreuerentiam aut illarum contemptũ illas ad terram deijciebant: sed per ceremoniam quãdam illud efficiebant, ad horrorem quendam, & abominationẽ, & odiũ in populo excitandũ contra illum pp cuius crimen imponebatur cessatio à diuinis. Quæ res licet fuisset reprehensione digna, non debuit tñ hæreseos nomine notari. Si tñ illi ob irreuerentiã, & cõtemptũ imaginum eas ad terrã proiecissent, fuissent pculdubio hr̃tici censendi: qm̃ eos, qui ita faciẽdum esse olim docuerũt, septia synodus (ut pxime dixius) hr̃ticos eẽ declarauit.

De lamijs, & strigibus, an sint heretici cẽsendi. Cap. XVI.

Præter illos perditissimos homines dæmonẽ colẽtes, de quibus supra duob⁹ proximis cap. disseruimus, sunt adhuc alij etiam dæmoni inseruientes, tanto illis omnibus peiores, quanto horribiliora flagitia cõmittunt, per quæ Deo maiorẽ inferunt iniuriam, & fidẽ catholicam apertius deserunt. Sunt. n. adeo mali, & impij, ut qdqd malitiæ, aut sceleris, aut ĩfidelitatis apud alios homines, qui dæmoni quolibet inseruiunt, excogitari põt, id totũ isti exerceant, & perficiant. Hi apud Hispanos lingua eorum uulgari appellantur Bruxos. Itali aũt uocant illos strigoni, & strighe. Latine uero dicuntur lamiæ, & striges propter similitudinem (ut existimo) quam habent cum aĩalibus, quæ hmõi noĩbus uocantur. Sic illas

ſępe uocat Apuleius in ſuo illo opere, quod inſcripſit de aſino aureo, præſertim lib.1.ubi de huiuſmodi mulieribus loquens hæc ait. At illę colore ſpurciſſimi humoris percuſſum, quo me lamiæ illæ infecerant, aſpernantur. Et Philoſtratus in uita Apollonij Pythagorici dicit, lamias a' quibuſdam laruas appellari, & lemures, eſſeq́; ad amorem, & Venerē ꝓpenſas & carnes humanas pręſertim formoſoꝝ eſurienter appetere, q̃ libidinis cupiditate alliciant eos, quos poſtea cupiant deuorare. Hoꝝ ſectam aperte explicare oportet, ut inde melius rñdere ualeamus ad id, quod de illis inueſtigamus, an uidelicet tales ſint hæretici cēſendi, an non. De hac re, quia uaria apud diuerſos authores legũtur, qui forte rem nõ plene (ut oportebat) examinarunt, ideo illis oĩbus prætermiſſis dicam, ea quæ certiſſima experientia cognita ſunt, et quæ ipſemet huius peſtiferæ ſectæ profeſſores tam uiri, quàm fœminæ ſponte corā iudicibus, à quibus hoc didici, confeſſi ſunt. Quiſquis hanc diabolicā ſectam profiteri uult, adducitur primo ab eo, a' quo docetur ante tribunal dæmonis, in ſolio quodam ad regis inſtar ſedentis. Dęmon enim ſe illis in figura quadam uiſibili, & corporea oſtendit, ut falſam maieſtatem ſuam, & imperiũ ementito quodã ſigno illis perſuadeat. Corā illo itaque adductus, is qui hanc ſectam profiteri paratur: ſtatim debet abnegare baptiſmum, & omnia Chriſtianę fidei documenta relinquere. Deinde oportet, ut oĩa eccleſiaſtica ſacramenta reijciat. Crucem, & intemeratæ Virginis, & alioꝝ quorumcũque ſanctoꝝ imagines proſternere debet, pedibuſq́; proprijs conculcare. Hanc tñ cõculcationem imaginum nõ eſt opus corā ipſo dæmone ſtatim efficere: ſed ſatis eſt, ut poſtea ſe facturꝰ ꝓmittat cum primum ſeſe obtulerit occaſio. His peractis dęmoni, uelut principi, aut regi ſeſe perpetuo obligatum, ac deuinctum reddit, uouens in manibus eius, & promittens, prout religioſi in manibus prælati ſuæ profeſſionis uotum emittere ſolent, ſe perpetuo futurꝰ illi fidelem, & o-

mnibus illius mandatis pariturum. Post hæc tactis scripturis super quodam libro, obscuras quasdam, & ignotas paginas continente, iureiurando promittit se nunquam ad fidem Christi rediturum, nec diuina precepta seruaturũ: sed solùm ea, q̃ per ipsum principem, dæmonem uidelicet, mandabũtur. Promittit insuper se uenturum quoties uocatus fuerit ad congregationes nocturnas, & sacrificia se facturum, quæ horis illis nocturnis fieri uiderit, preces emissurum, adorationis cultum sibi illi exhibiturum, omnia denique alia, q̃ ab alijs ibidẽ fieri uiderit se facturum. Quo uoto, & iuramento per illum emisso statim dæmon, qui in solio sedens uelut Regem se illi ostenderat, hilarem frontem prætendens pmittit illi sic stanti se daturum, quã in se non habet perpetuam felicitatem, & gaudia immẽsa, & quascũque in hoc mũdo cupit habere uoluptates, & tandem post hanc uitã multo maiora se daturũ promittit. Deinde unum dęmonem constituit ad illius custodiam, & doctrinã qui illũ perpetuo comitetur, & illi per omnia seruiat, & omnia tribuat, quæ ille cupiet. Huic dæmoni ad custodiam destinato inter alia hoc peculiare offm̃ cõmissum est, ut quotiescũq; oportuerit ad ludos accedere nocturnos, ille hoc denunciet suo cliẽtulo, & illũ deferat ad locum cõgregationis. Hunc dęmonẽ, qui uelut patronus ad custodiã datus est, ipsi hoĩes huius diabolicę artis professores uocant (ut audio) Martinetũ, aut Martinellũ. Hic quotiescũq; nocte aliqua faciẽda est ad ludos, & uoluptates exercẽdas gñalis eorũ cõgregatio, añ duos dies eam cõgregationẽ faciẽ dã esse suo cliẽtulo annũciat, horamq́, & locum illi declarat, ut cum tp̃s aduenerit, sit ad ueniendum paratus. Hora uero eundi iam appropinquante statim dæmon ille, quem Martinetum, aut Martinellum ab illis uocari diximus, ipsum hominem uoce quadam, ad similitudinem humanæ uocis formata, uocat. Qua uoce audita mox ille, qui iturus est, sumit pyxidem unctionis, & quædam sui corporis mẽbra unctio-

ne ex pyxide sũpra linit. Quo facto domũ exit, & illico inuenit propè domus ostium Martinetum illum in forma hirci expectantẽ, super quo (ut ipsi homines referũt) equitat, qui ad ludos deferẽdus est, manibus suis crines hirci fortiter apprehẽdens, ne pp̃ uelocissimum hirci motum, ille forte ad terram deijciatur. Dæmon igitur sic illum in forma hirci suscipiens, celerrime illũ per aera trãsuehit, & ad locum usque congregationis defert, ubi frequens uirorꝝ, mulierumq́ multitudo coràm dęmone ad instar Regis sedente, concurrit. Quò postquam quisque illorꝝ peruenit, in primis dęmoni reuerentiam facit, alio tñ modo quàm nos facere solemus. Non.n. faciem: sed terga dæmoni uertunt, & caput non uersus pectus: sed uersus scapulas flectunt, ita ut mento ad cœlum eleuato caput ad terga deflectant. Crura uero (non ut nos facere solemus) flectũt à tergo illa curuantes, sed à parte anteriori illa sursum à terra eleuant. Qua p̃stita reuerẽtia ali qñ illi offerunt sacrificia, non tñ semper. His omnibus consummatis dæmon ille, qui in solio maiestatis sedet, præcipit omnibus ut tripudient, & psallãt cum gaudio et lætitia sumentes uoluptates suas. Et unusquisq; dęmõ manu apprehendit mulierem suam, ad cuius custodiam deputatus erat, & cum illa saltat, & choreas facit. Choreis & saltationibus finitis inde ad mensas ueniunt quæ lautissimis ferculis ornatæ & præparatæ inueniuntur, ut quisque ad libitum illis uescatur. Conuiuijs expletis luminaria extingũtur omnia, & quisque dæmon in forma incubi suam capit mulierem. Siqui uero adsunt uiri hi habet dæmonem unusquisque suum in forma succubi, hoc est in forma mulieris, & sic inuicẽ miscentur, & carnis libidines usque ad satietatẽ suscipiunt cum maxima (ut dicunt) uoluptate. Quibus omnibus cõpletis reuertuntur oẽs ad domos suas equitantes in hircis, à quibus diximus eos primo ad congregationẽ deportatos esse. Et in his oĩbus exercendis hoc summo opere ab illis oĩbus cauetur, ne aut euntes, aut in congregatione stãtes, aut ab

illa redeuntes, Deus inuocet, aut quolibet nominet, aut crucis signũ fiat: quõ si illorꝫ aliquod fiat, dæmones illud non ferẽtes statim fugiunt, & oẽs illæ illusiones dæmonis artæ factæ, euanescũt. Sunt præter hæc oĩa multa alia flagitia, & scelera q̃ istæ pessimæ lamiæ cõmittunt. Non. n. satis illis uidetur, quod pp libidines explẽdas se dæmoni tradant, & illi per oĩa seruiant: sed alios insuper quot quot pñt ad dęmonis obsequiũ adducere, et à Dei seruitio auertere conanẽ, ut dæmonis imperiũ suo ministerio augeatur. Nã præter hoc quod multos ad hmõi diabolicã artẽ profitendã solicitant, pueros multos ante baptismũ susceptũ interficere nituntur, ne baptismo suscepto ad gloriã possint peruenire sempiternam. Noctu domos alienas ingrediuntur, cameras quantũlibet obseratas dæmones illis uiã parante, intrant, puerorꝫ sanguinẽ sugunt, aliquñ illos suffocant, & multa alia circa illos mala cõmittunt. Et ob hanc causam (ut existimo) uocatæ sunt lamię, & striges. Nã Lamia aĩal quoddã est nimiũ crudele faciẽ prætendens muliebrẽ equinos pedes habens. De hmõi lamĳs loquitur Hieremias, in Trenis dicens Lamię nudauerunt mãmas, lactauerunt catulos suos. Strix aũt auis quędã est nocturna, & importuna sic dicta à stridore, quẽ facit. De hac sic dicit. Luc. lib. 6.

Lamia

Tre. 4

Strix.

Quod trepidus bubo, q̃ strix nocturna queruntur.

Hęc auis pueros aggreditur nutricibus egentes, & ex illorꝫ corpusculis uitalẽ sanguinẽ absorbet. Et ab huius auis nocumẽto, striges appellantur mulieres istę, de q̃bus hactenus locuti sumus, ppea quòd puerorũ sanguinem, sicut auis illa sugunt. Hęc sunt, quę de ista pestifera hominum secta hactenus certiora esse intellexi, quarum partem ex lectione aliquorꝫ authorꝫ qui de hac re scripserũt, partem ex relatione aliquorꝫ probatorꝫ uirorꝫ, q̃ iudices existentes hmõi homines captos diligenter examinàrunt, & ferè oĩa ista ex illorꝫ confessioue acceperunt. Et inter cætera, quę de istis pessimis hominibus, certa experientia docente sciuntur, est, multo plures esse

fœminas,quæ hanc diabolicam artem profitentur, quã uiros. Cuius rei duplex (mea quidem sñia) põt esse causa. Prima est, nimia mulierꝝ credulitas, ob quam sexus iste facilis est ad deceptionem. Quarꝝ defectum dæmon optime agnoscens, illas frequentius per fallacias, & mendacia aggreditur quàm uiros. Nam Euam primam omnium matrem dæmon seduxit, uir aũt illius Adam (ut Paulus testatur) non est seductus. Ob hanc causam ipse Paulus non permittit mulierem docere, ne ipsa decepta alios sua doctrina decipiat. Quem Pauli locum interpretãs Theophilactus ait. Quia semel mulier uirꝝ edocuit, & cuncta peruertit, idcirco nequaquam hæc habeat, uelim docendi de cætero ptãtem. Est nanque mulier natura leuior, & facile fallitur. Aduerte aũt quẽadmodum non Euam dixerit deceptam esse: sed mulierem: tanquã de ipso muliebri sexu differuisset. Nam quẽadmodum natura omnis humana perdita est, sic & per Euã in omne fœmineum genus delapsa est leuitas: qua & p̃uaricatio ipsa primũ Euam inuasit. Hæc Theophilactus. Scda causa est, earũdem mulierꝝ fragilitas, & ad libidinem pronitas. Sunt.n. mulieres natura proniores ad libidinẽ, quàm uiri. Et ob hanc præcipue causam (ut existimo) sexus muliebris uocatur a' beato Petro fragilius uasculũ. Primus aũt, & præcipuus finis, ad quem homines huius diabolicę artis professores tendunt, est carnis uoluptas, pp quam ad libitum, & satietatem assequendam, se totos dæmoni dedunt, & alia omnia, quę diximus, faciũt. Ob hanc igitur causam plures fœminæ, q̃ uiri hanc diabolicam artem profitentur: quia fœminæ uehementius carnis uoluptates appetunt, & facilius hoĩ appetitui succumbunt. Sed inter tam multa, quæ de istarꝝ lamiarum secta diximus, aliqua sunt, quæ quibusdam falsa esse uidentur, & prorsus incredibilia. Sunt.n. aliqui firmissime tenẽtes, & docentes, falsum esse, quod hmõi lamiæ deferanť ad ludos illos, & uoluptates illas capiẽdas, & quòd dæmones cum illis ad carnis uoluptatẽ coeãt: sed

1.Ti.2. Theop. 1.Pet.3

omnia illa esse mera somnia, ex quibus illæ decipiuntur etiã in uigilia, putantes se uere uidisse ea, quæ in sola imaginatione contigerunt. Et pro hoc adducunt concilium Anquirense, uel Ancyranum, cuius uerba habentur in c. Epi.26.q.5. Quo loco inter alia hæc dicuntur. Siquidem ipse Sathanas, qui transfigurat se in angelum lucis, cum mentem cuiuscunque mulieris cœperit, & hanc per infidelitatem sibi subiugauerit illico transformat se i diuersarū species personarū, atque similitudines, & mentem, quam captiuã tenet insomnijs deludens, modo lęta, modo tristia, modo incognitas, modo cognitas personas ostẽdens, per quæqȝ deuia deducit, et cum solus spũs hoc patiatur, infidelis hoc non in aĩo: sed in corpore euenire opinatur. Quis.n. somnijs, & nocturnis uisionibus non extra se ipsum educitur, & multa uidet dormiendo, quæ nunquam uigilando uiderat? Hæc ibi in cap. Epi. Afferunt etiam pro eiusdem sniæ confirmatione aliqua exẽpla, quibus experientia certa se comprobasse dñt, mulieres aliquas, quę se transferri ad alia loca putabant, ipsis uidẽtibus toto illo tpe in terra iacuisse soporatas, quo illæ se translatas esse ad alia loca dicebant. Sed re uera, qui lamias de loco ad locum a dęmone transferri posse non credunt, non intelligunt dæmonis naturalem potẽtiam, quam sacræ literæ, & sacri illarū interpretes tã apte expresserunt. Nam corpora hæc inferiora cuiuscũque conditionis existant, subduntur imperio angelorũ, siue bonorum siue malorum, quoad motum localem, ita ut angeli, siue boni, siue mali possint illa de loco ad locum pro libito mouere. Nam si angeli (ut cõmunior theologorū, & philosophorū tenet snia) mouẽt illos orbes cœlestes, qui tam immensæ sunt magnitudinis: multo facilius poterunt humana corpora, quę multo minoris sunt magnitudinis de loco ad locum mouere. Præterea Angelus tulit Abacucũ prophetam capillo capitis illius de Iudæa in Babylonẽ, ut panes, quos messoribus suis portabat, prębere Danieli prophetæ in lacu leonum inclu-

Dan. 13

fo. Qui postquã panes Danieli prebuit, statim ab eodẽ angelo reductus est a Babylone in Iudæam. Si angelus bonus illud facere potuit, consequens est, ut dæmõ etiã idẽ facere possit, quia (ut Dionysius Areopagita docet) naturalia in dæmonibus manserunt integra. Rursum, dæmon ille, a quo Christus saluator noster tentatus est in deserto, assumpsit ipsum Christum (ut Matthæus refert) & ex deserto transtulit in sanctam ciuitatem, et statuit illum super pinnaculũ templi. Et iterũ assumpsit eũ inde, & transtulit in montem excelsum ualde, ubi oñdit illi oĩa regna. Si sanctum Xpi corpus dæmon, Deo permittente, tam facile per tã longa spatia mouere potuit, consequens est, ut quodlibet aliud corpus humanũ possit ad quamlibet magnam distantiam mouere. Et inde aperte sequitur, ut lamias non solum spiritu: sed ẽt corpore possit, Deo permittente, quo uoluerit transferre. Accedit ad hæc omnia experientia manifesta, qua certissime cognitum est ipsas lamias a dæmone transferri. Pro cuius rei comprobatione, multa possem referre exempla, quæ ab his, qui uiderunt, audiui. His tamen omissis duo solum referam, quæ recitat Paulus Grillandus ĩ suo tractatu de hæreticis lib. 2. quæst. 7. Hic enim refert, qđ anno Domini. 1524. ipsemet rogatus ab Abbate monasterij sancti Pauli de urbe accessit ad castrum Nazanũ, quod subest dictioni eiusdem monasterij. Quo cum peruenit oblatæ sunt ei duæ mulieres, ut eas examinaret, quæ accusatæ, quod lamiæ essent, in carcere tenebãtur inclusæ. Et ab una illarum, quæ mitioris, & facilioris erat ingenij, dicit se didicisse ferè totam illam ceremoniarum multitudinem, quam supra retulimus obseruare homines huius sectę professores. De altera, quam dicit uocatam esse Lucretiam, refert, quod dum illa ex congregatione ludorũ deportaretur a dæmone ad domũ suã, prope auroram sonuit campana, quæ in Italia pulsari solet illo tpe, ut moneatur populus per illam ad orationẽ. Quo sono audito dæmon recessit, & dimisit illam ĩ quo

Mat. 4

dam agro spinetis pleno propè ripam fluminis. Quidã autem iuuenis, quem illa optime agnoscebat, casu illac transiit per uiam illi proximam, quem illa uidens uocauit ad se. At iuuenis uidens illam nudam totam, præter uerenda, quæ erant femoralibus recta, & capillos sparsos habentem, obstupuit, & formidabat ad illam accedere: sed tandem blandicijs mulieris uictus accessit, & quæsiuit ab illa, quid sibi accidisset, et ob quam causam illic nuda persisteret. Illa uero rei ueritatem uoluit confictis mendacijs tegere, & simulare: quæ omnia cum minime crederet iuuenis dixit se nihil pro illa facturũ: nisi ueritatem aperte reuelaret. Illa igitur uidens se mẽdacijs nihil proficere, promisit se uera dicturam iuueni, si ille ꝑmitteret se ea omnia perpetuo secreto seruaturũ. Quod cum iuuenis iureiurando ꝑmitteret, statim illa plena fide ueritatẽ aperuit, dicẽs se à dæmone ad ludos nocturnos fuisse portatam, a' quibus cum ab eodem dæmone ad domum reduceretur, audito cãpanæ sono dæmonẽ recessisse, & illic illam reliquisse. Hæc iuuenis audiẽs credidit illi, & illam secreto ad domũ suam duxit, ob quam causam multis ab illa fuit muneribus donatus. Sed tandem iuuenis promissi oblitus, retulit hæc omnia uni, & alteri, & sic paulatim res diuulgata est, ob quam cãm illa capta, & carceri mancipata est. Iuuenis aũt in testẽ uocatus coràm præfato Paulo Grillando, cui huius mulieris examinatio cõmissa erat, hæc omnia, q̃ nunc retulimus narrauit, & tandem ipsamet mulier hæc omnia uera esse confessa est. Ex qua historia, quæ aperta experiẽtia comprobata est, manifeste conuincitur uerꝫ esse huiusmodi lamias aliqñ à dæmonibus de loco ad locum ualde distantem transferri. Aliud refert idem Paulus Grillandus exemplum, quod hic etiam addere placuit, ne uno solo testimonio contenti esse uideamur. Mulier quædam Sabinensis diœcesis hanc profitebatur diabolicam artem, de qua cum maritus suspicionem hr̃et, interrogauit illam pluries, an pestiferam illam artem sci-

ret,& exerceret: quæ semper se scire negauit, Maritus uero in suspicione sua persistens anxie ueritatem perquirebat, qui adeo astute se gessit, quod uidit illam quadam nocte se unguento quodam ungentem, qua unctione peracta uidit mulierem celerrime quasi auem recedentem, & ex superiori domus solario ad inferiora descendentẽ, illam maritus sequens, ut uideret, quò tenderet, amplius eam non uidit & accedens ad portam domus inuenit eam clausam. Quæ res magnã præbuit illi admirationẽ. Die uero sequenti iterum maritus uxorẽ interrogat, quod anxie scire cupiebat, & illa constanter (ut añ) se nescire dixit. Maritus uero ut mulier iam negare non possit, aperte dicit illi quidquid nocte pterita illam fecisse uiderat, deinde fustibus illã percutit grauiter, & duriora minatur uerbera nisi ueritatẽ dixerit quam si aperte exposuerit, ueniam se illi daturum promisit. Mulier igitur se iam celare non posse intelligens, ueritatem aperuit, & ueniam à marito petijt quam illi maritus hac conditione indulsit, ut illum ad tales congregationes adduceret: illa uero, ut ueniam impetraret, facile petita promisit, & promissum ex licentia Sathanæ impleuit. Adductus igitur ille ad locum ubi ludi fiebant, ludos, & choreas, & cætera omnia contemplatus est, & tandem ad mensam cum reliquis, ut uesceretur sedens, cũ cibos insipidos iudicaret, petijt sibi dari sal, quod immensa deerat & quamuis iterum, atque iterum petijsset, nunquam illi dabatur. Tandem cũ post importunam petitionem prolixamque expectationem sal illi daretur, dixit. Nunc laudetur Deus, quoniam iam uenit sal. Quibus uerbis prolatis dæmones, qui laudes Dei audire refugiunt, statim recesserunt, & reliqui omnes disparuerunt: luminaribusque extinctis mansit ille solus nudus, quousque mane facto uidit quosdam pastores, quos interrogauit, quænam esset illa patria in qua erat, illi uero rñderunt esse agrum Beneuentanum in regno Neapolitano. Qui locus distabat à pña illius uiri per centum miliaria, ob quam causam licet diues erat, coactus

fuit per uiam mendicare,ut ad domum suam redire pos set. Ad quam postquam peruenit statim uxorem suam ob lamiæ crimen accusauit, & totam rem gestam (ut narrata est) coram iudicibus exposuit. Qui rem totam plene (ut oportebat) examinantes, uera esse omnia, quę diximus inuenerunt, quæ etiam eiusdem mulieris cõfes sione confirmata sunt. Multa alia possem referre testimonia ex his, quæ per fidelissimos testes in Hispania cõ tigisse cognoui: sed ea, quæ ꝓxime narrauimus satis mihi esse vĩr, ad probandum lamias illas aliqñ à dæmoni bus de loco ad locum non solum spũ: sed ẽt corpore deferri. Quod autem alij obijciunt se expertos esse lamias istas non corpore: sed spũ à Dæmonibus deferri: qa dũ illæ sic se delatas esse putabant, alijs uidentibus, qui de hac re testimonium præbuerunt, ueluti dormientes iacebant in terra: nihil hoc contra ea, quæ dximus, agit. Non.n. dicimus semper illas corpore deferri: sed hoc fieri posse, & aliqñ factum esse contendimus, concedentes insuper aliquando etiam fieri oppositum, ita ut non corpore: sed solo spiritu per illius fantasticam imaginationem à dæmonibns de loco ad locũ deferantur. Verã igitur esse illoꝝ experientiam concedimus: sed oportet, ut ẽt illi nr̃am ueram esse credant: quia altera alteri non repugnat: sed utraq; alternis uicibus cõtingere potuit. Sed restat, ut rñdeamus ad cap. Epi. 26. quæst. 5. quod in specie contra nos pugnare vr̃: si tñ omnia in illo contenta bene circunspiciantur, aperte constat nihil contra nos agere. Nã secta illa de qua in illo cap. agitur lõge dl stat ab hac lamiaꝝ secta, de qua nos impræsentiaꝝ disputamus. Primo quidem illius sectę professores credũt mulierem quandam nomine Dianam, aut Herodiadẽ esse conuersam in deam, h'ecq; aliquid ueri numinis. Lamiæ autem hoc non credunt: sed bene agnoscunt spũ illis apparentem esse diabolum, & Dei inimicum, & quamuis hoc agnoscant, tñ pp uoluptates, quas in illo recipiunt, libenter se illi subijciunt. Scđo illius sectæ ꝓ-

fessores credunt (prout ex textu illius cap. constat) creaturam aliquam posse ab alio, quam à Deo in aliã spẽm mutari, ut puta homo in asinum, aut equum. An autem lamiæ omnes hoc credant, mihi hucusque non cõstat: quoniam (ut ex his, quę de illis legi & audiui conijcere possum impertinens est, hoc ad sectã illarum: quanquam forte illarum aliquæ hoc credunt, ppea quod non solũ lamiarum: sed etiam maleficarum sectam profitentur. Tertio differunt: quia secta illa non dr̃ abnegare fidem Xp̃i absolute, & illius sacra contemnere, crucem confringere, q̃ omnia diximus à lamijs fieri. De hoc tñ inter utranque sectam conuenit, quod utriusque illarum professores noctu cum diabolo in delitijs uersantur: ut etiam credunt aliqñ fieri in corpore, quod in sola cõtingit illorum imaginatione. Deinde dico, quod licet ista secta lamiarum esset illa eadẽ, de qua loquitur illud cap. Ep̃i, nihil tñ cõtra nos ageret textus ille. Non. n. negat textus ille mulieres posse à dæmine corporalr̃ de loco ad locũ trãsferri, neque dicit illũ motũ semp in sp̃ũ, & in imaginatione fieri, et nunquam i corpore: sed solũ dicit mulieres illas decipi putãtes in corporibus earum fieri ea, quæ in sola contingunt imaginatione. Et certe sępe ita euenit, quanquam aliqñ (ut diximus) eas nõ decipi contingat. Etsi uñr textus ille loqueretur, ut nunquam illas corpore deferri contingat, argumenta, quibus hoc probare nititur, nihil prorsus efficiunt. Nam ad suæ sñię confirmationem producit in testem Ezechielem pphetam, qui uisiones Dei non in corpore: sed in sp̃ũ se uidisse testatur, & Paulum, qui nesciebat an in corpore, an extra corpus esset, quum uidit arcana Dei. Fateor quidẽ hæc exempla satis esse ad probãdum, uisiones illas aliqñ non in corpore: sed in sp̃ũ fieri, quod nos ẽt fatemur. Si tñ ex illis colligere uelit nunquã talia in corpore: sed semper in sp̃ũ fieri, quis nõ uidet, quod inualidum sit argm̃? Ex una quidẽ, aut altera singulari, etsi liceat inferre particularem propositionem, nunquam tñ licet inferre uẽm. Dico insuper aliqua esse in illo cap. Ep̃i, relata circa illa-

rum mulierꝫ deportationem,quæ nunq̃ in corpore:sed in spũ semper contingere constat. Dr̃.n.ibi de mulieribus illis,quòd credant se super quasdam bestias noctur nis horis equitare, & multarꝫ terrarꝫ spatia intempestæ noctis silentio pertransire.Et de lamĳs nos etiam supra retulimus illas hoc idem credere. Quod.n.non solũ spũ, & imaginatione: sed etiam corpore aliqñ deferantur, nos concedimus,& rõne sir,& experientia hoc fieri pos se probauimus.Quod aũt super bestias equitẽt,& mul ta terrarꝫ spatia breuissimo tpe super illas equitantes pertranseant, hoc non corporaliter,,& uere: sed in solo spiritu fidei concedam.Nam bestiæ illæ,à quibus se deportari dñt,non sunt ueræ bestiæ: sed corpora quædam fantastica ex aere,uel ex alia quauis materia à dæmonibus ad similitudinem bestiarꝫ confecta.Aut forte nulla sunt corpora:sed dæmon tam uehementem illis imprimit bestiarꝫ imaginationem, ut mulieribus illis etiã uigilantibus p̃sertim noctu qñ corporei oculi nihil,aut parum uidere pñt,contingat id, quod dormientibus contingere solet,qui ea,quæ in somnĳs acciderunt sæpe postea uigilantes se uere uidisse contendunt.Et certe idem huiusmodi mulieribus contingere potest, dum credunt se à bestĳs per longa terrarꝫ spatia breuissimo tpe deferri.Non.n.tanta est alicuius bestiæ,imò nec alicuius auis agilitas,ut unius horæ spatio possit trecẽta,aut quadringenta miliaria percurrere. Nec tanta est ẽt alicuius bestiæ leuitas,ut possit per tm̃ spatium in aere se suspendere,ut sua grauitas illam ad terram non deprimat, atque deĳciat.Et de his,atq; alĳs eiusmodi quæ de motu illarꝫ mulierum dñr, credo illud cap.Epi esse intelligendum, quum dicit illa non corpore:sed in solo spiritu, & in fantasia fieri. Cæterꝫ quod de incubis dæmonibus dr̃, nisi sanè intelligatur,merito incredibile iudicabitur. Nã supposito q̃ dæmones (ut cõmunior tenet snĩa)sunt spũales substantiæ corporibus carentes, necessarium est,ut sint indiuisibiles,& impartibiles.Quo fit,ut nihil de sua

substantia uelut semen emittere possint, & inde consequens est, ut cum fœminis coire non ualeant, quemadmodum uiri cum illis coire solent. Et iuxta hunc sensum credo intelligendos esse aliquos doctores sacros, qui negant dæmones cum fœminis coire posse. Chrysostom⁹ homilia 22. super Genesim hoc aperte negat. Philaster Brixiensis Epũs, quem beatus Augustinus se Mediolani uidisse refert, in quodam opusculo, in quo de omnibus hæresibus disseruit, inter alias hæreses cõnumerat eam sñiam, quæ dicit dæmones posse coire cũ fœminis. Beatus Augustin⁹ lib. 15. de ciuitate Dei, cap. 23. dubius est in hac re, quæ dubitatio inde (ut suspicor) est illi orta, q̃d ipse putauit dæmones hr̃e corpora, quamuis non eiusdem sorte conditionis cum nr̃is. Hæc autem Augustini sñia, ab omni theologorũ schola reiecta est, neq; est, p̃ter unum, theologus aliquis, qui Augustini sñiam in hac parte tueatur. Sed quia (ut idem Augustinus loco nunc proxime citato ait) certissima experientia sæpe cognitũ est, fœminas etiam inuitas à dæmonibus fuisse compressas: ideo modum inquirere oportet, quo id fieri posse fideliter, & Catholice dicamus. De qua re dicam quod sentio, paratus meliora docentem audire. Dæmon, qui naturæ cuiuslibet inferioris cõditiones & proprietates melius, quam omnes mundi sapientes nouit, potest aerem cõdensare, & ex illo, aut ex aliqua alia materia corpus aliquod conficere, & illud iuxta figuram hominis, aut asini, aut equi disponere. Quo corpore confecto, licet animam ullam illi dare non possit, põt tñ circa motum localem omnia illa operari, quę operaretur anima, si esset in illo. Nam põt mouere manus, pedes, linguam ad loquutionem, erigere membra genitalia, ut apta esse uideantur ad coitum, & totum deniq; corpus mouere, sicut uiri cum mulieribus coeuntes mouere solent. Quæ omnia cum fecerint, semen tñ, quod Græci sperma uocant, ex corpore illo emittere non pñt. Quia semen illud (ut physici, & medici docẽt) est pars substantiæ, quę ex

cibo optime digesto remanet, illa.s. quę proxima est, ut conuertatur in sanguinem. Quod uel ex eo conijciũt me dici, quod hi, qui nimiũ indulgent ueneri postq̃ totum, quod habebant hauserunt semen, tandem emittunt sanguinem. Corpus autem phantasticum cum sit prorsus inanimatum, non potest cibos concoquere, nec ullam illorũ facere digestionem. Quo fit, ut nec semen ullũ habeat: quod, cum fœmina coiens, emittere possit. Necessarium est igitur ut dęmon, cum in corpore phantastico cum fœmina coit, ex alio corpore humano semen illud extorqueat, ut illud in uas muliebre emittere possit. Fœmina autem præstigijs dęmonis illusa putat semen illud à dæmone incubo ex proprio corpore emitti. Nec dubito quin fœmina ex tali semine concipere possit. Qđ si contingeret, proles inde nata non esset filius dęmonis dicenda: sed filius illius à quo dæmõ extorsit semen, quod in uuluam mulieris fuerat decisum, & ex quo sequutus est talis conceptus. His igitur oĩbus prelibatis, superest, ut ad id, quod primo quęsitum est, rñdeamus an.s. hmõi lamiæ, & striges, de quibus hactenus disseruimus, sint censendæ hæreticæ, & uelut tales puniendæ? Cui qõni facile ex his, quæ de illis supra relata sunt, rñderi potest. Multa.n. ab illius sectæ professoribus fiunt, pp quæ omnes illi non solum hæretici: sed etiam apostatæ merito censendi sunt. Nam honores diuinos dæmoni tanquam Deo impendunt, illum adorantes, & illi sacrificia offerentes. Quæ sine uiolenta hæreseos suspicione nequaq̃ effici pñt. Nunq̃.n. talia dæmoni præstarent: nisi illum aliquid numinis hr̃e putarent. Hoc autem credẽtes blasphemi sunt, & in apertam incidunt hæresim, contra id, quod Regius propheta ait. Quis Deus præter Dñm, aut quis Deus præter Deum nostrum? Et in alio psalmo. Qm̃ magnus es tu & faciens mirabilia, tu es Deus solus. Et ipsemet Deus per Esaiam prophetam ait. Ego Dñs, & non est alius: extra me non est Deus. Et eandem sententiam in illo eodem cap. sæpissime repetit.

Psa.17 Psa.85. Esa.45

Deinde

Deinde homines huius pestiferæ sectæ professores sacramenta contẽnunt, per quem contẽptum in aliã apertam, & damnatam incidunt hęresim, putantes sacramẽta nullius esse ualoris, q̃ ex ecclesiæ Catholicæ sentẽtia, gratiam digne illa recipientibus conferunt. Præter hæc omnia, crucem, & aliorꝫ quorumcũque sanctorꝫ imagines confringunt. Quæ res non paruam prębet hæreseos suspicionem. Nam dicere imagines nõ esse tolerandas: sed potius esse confringendas, hr̃is est in septima synodo dãnata. Nec solum hæretici sunt huius diabolicæ artis professores: sed, ut nihil illorꝫ malitiæ desit, ẽt sunt apostissimi apostatæ. Qm̃ fidem Christi expsse abnegãt, &, quod oĩum pessimum est, iureiurãdo promittunt se nũquam ad fidem catholicã redituros. Merito igitur hi pestiferi homines, siue uiri, siue fœminæ, qui hanc diabolicam profitentur artẽ, hæretici sunt censendi, & uelut tales puniendi. Sed p̃ter hæc, q̃ ad fidem spectant, quædã alia flagitia cõmittunt, pp quę absque iudicis ecclesiastici sñia, qui illos de hæresi damnaret, sola secularis ptãs potest illos capere, et ultimo supplicio punire. Nam (ut supra retulimus) pueros noctu occidunt, aut ægros, & ualetudinarios efficiunt, & alia similia cõmittunt propter quæ digni sunt morte, etiam, si de illorum infidelitate, aut apostasia non constaret.

De credentibus, receptatoribus, fautoribus, & defensoribus hæreticorum, an sint hæretici censendi, & uelut tales punĩedi. C. XVII.

Multa, & uaria sunt hominum genera, quibus iura, q̃ de hæreticis loquuntur, multas & uarias, & graues infligunt pœnas: ob quam cãm merito dubitari potest, an omnes illi sint inter hæreticos recensendi, & pro talibus existimandi. Horꝫ hoĩum aliqui dñr credentes hæreticorum, alij receptores, alij fautores, alij denique defensores. De singulis suo ordine dicere oportet, & primo qui sint illi, quibus hæc omnia cõpetunt, declarabimus, deinde, an sint ĩter hr̃ticos merito numerãdi, discutiemus. Petrus de Palude in quarto sñiarꝫ, dist. 13. q. 3. dicit illos

esse credentes hæreticorum, qui licet nullam in speciali hæresim credant, de hæreticis tamen, qui illas docent, bonā hñt existimationem, credentes illos esse bonos uiros, & recte de fide sentire: & ob hanc cām generali quadā credulitate credunt omnia, quæ illi hæretici asserunt. Huiusmodi tales sunt multi idiotæ inter hæreticos uersati, & bene erga illos affecti. De his non est cur dubitari debeat illos esse hæreticos, præsertim si illi in sua mala credulitate pertinaciam habuerint, ita ut quamuis admoniti sint illos esse hæreticos, nihilominus persistunt in sua credulitate, & existimatione credentes illos hæreticos esse bonos uiros, & uere fideles. Nam sicut nō est necessarium fidem catholicam expresse, & in particulari credere, ut quis uerus fidelis cēseatur: sed satis est, ut in uniuersali credat, & fateatur, quidquid catholica credit ecclesia: ita ex opposito, ut quis dicatur infidelis, & hæreticus, non est opus, ut aliquā in particulari hæresim credat: sed satis est illum in uniuersali credere uera esse, quæ manifestus hæreticus, & ab ecclesia damnatus credit, & docet. Verum licet hi, qui pertinaciter credunt publicos hæreticos esse bonos uiros, & fideles, sint hæretici censendi: quia tñ nulli illorum errori in particulari credūt ecclesia non uult, ut illi, oībus hæreticorum pœnis puniantur, quibus puniuntur hrtici, sed aliis multo mitioribus, ut postea in hoc capite ostendemus. Nam qui alicui hæreticorum errori in particulari crederet, apertus censeret hæreticus, ut expresse definitum est in. c. penult. paragr. ult. de hæreticis. Si tñ hæreticus ille non esset ab ecclesia damnatus, neque aliunde manifestus, & simplex homo crederet in uniuersali quidquid ille hæreticus credit, ob hoc solum, quod putat illū credere, quod ecclesia credit, eo euentus is simplex non censebit hrticus, nec credens hæreticorum prout facile cōstare potest ex dictis Augustini in epist. ad Glorium, & Eleusium, q hñr in capl°. Dixit Apl's 24. q. 3. Alio modo aliqui censentur credentes hæreticorum, non pp uerbalem confessionem, qua di-

cant se credere, quod alij credunt: sed pp opera, quę circa illos gesserunt, aliquid impartiendo, aut ab illis recipiendo. Non enim refert an dictis, an factis, quis uoluntatem suam insinuet. ff. de le. & sent. con. l. destituant. Ex operibus enim exterioribus suspicari licet de affectibus, qui intus latent, prout colligitur ex cap. Qui uiderit 32. q. 5. &. C. de dolo. l. dolum. Si qui hæreticos reuerentur, illorum libenter audiunt sermones, nimiam cũ illis habent conuersationem, eorum libros tenent, & eos frequenter legunt, credentes hęreticorum esse dicendos, censet Archidiaconus in cap. Quicunque. de hęret. libro 6. Oportet tñ (ut idem ait) hoc illos frequẽter fecisse, alioqui si semel tñ horum aliquo dillos fecisse constiterit, dicit illos non esse existimandos credentes hæreticorum. Nam si qui hęreticorum sermones semel audierunt, & nũquam postea ad eos redierunt, aut libros hęreticorum semel legerunt, & postea combusserunt, dicit tales non esse dicendos credẽtes hæreticorum: quia non uñr probasse, qđ postea uitarunt. Similiter dicit non esse dicendos credẽtes hæreticorum, omnes, qui hęreticos uisitant, aut illis alimoniam exhibẽt, aut ducatum pstant, aut aliquid aliud simile fecerũt, in quo nihil expressum, quod ad illorum hęresim pertineat, ostẽditur: qm̃ hęc sępenumero ob solam pecuniæ mercedem pstantur. Hoc tñ hac conditione ego uerum esse puto, si illi, qui hæc hęreticis pstiterunt, olim non fuerunt in hęresim lapsi: qm̃ si prius in hæresim lapsi fuissent, & postea hęc hęreticis exhibuerũt, nõ solum censebuntur credentes hęreticorum: sed hęretici, & relapsi, prout definitum est in capite. Accusatus, paragrapho ille quoque, de hęret. libro sexto.

Receptores hęreticorum quidam sunt sine culpa, & sunt illi, qui recipiunt eos, quos ignorãt esse hęreticos: et de his non sunt intelligenda iura: q̃ receptatoribus hęreticorum pœnas aliquas infligunt. Iniustũ enim esset eis, qui omni culpa carẽt, pœnas aliquas inferre. Hoc tñ aduertere oportet, quod hi, qui pp ignorantiam hęreticos

se recepisse causantur, debent ignorantiam suam probare, ut se a' culpa immunes ostendant, presertim si ante fuerant manifeste in heresim lapsi, aut uehemente derant heresis suspicionem. Receptores hæreticorum culpati dicuntur illi, qui hereticos ex industria, & certa scientia recipiunt, siue occulte, siue manifeste id faciant. Nec refert, an talis receptator pluries, aut semel tantum, unum, aut plures hereticos receperit, quoniam si unũ tm̃ hæreticum semel receperit, receptator dicetur hæreticorꝝ, & eisdem subdetur pœnis, quę a' iure sunt cõtra receptores hæreticorꝝ statutæ. Nam ut quis receptator hereticorꝝ dicatur, non tam est inspicienda multitudo receptionum, quàm finis, pp quem hæreticũ recipit. Qm̃ si recipit, ut occultaret hæreticum ne a' iudice puniri possit, tunc uere dicetur hæreticorꝝ receptator, prout ex multis aliјs casibus i iure expressis facile colligi põt. Leges.n. illum censent esse receptatorem, qui receptat, & celat malefactorẽ, ut sic ille occultatus e manibus iudicis eripi possit. ff. de recepta, lege 1. ff. de off. presi. con gruit. C. de his qui lat. occult. l. ult. Et qui sic hæreticũ occultasset, puniendus esset, ut hæreticus. Occultãs.n. alienum delictũ facit suũ. Et hoc expresse annotauit Bald. in. l. 1. C. de his qui lat. occult. Et hoc uerꝝ esse censeo, et si hæreticus esset consanguineus receptatoris: quia cum filiј puniantur pro delicto patris, pp criminis atrocitatẽ, ut libro. 2. dicemus, multo iustius est, ut pro delicto proprio puniantur, qñ parentes suos receptassent. Siquis uero hæreticum domi suæ ex industria recepisset, non ut illum occultaret, aut defenderet, neque ut illius hæresi faueret: sed solum, ut illum ab hæresi reuocaret, & ad Catholicam fidem conuerteret, etiam si pluries illum recepisset, non dicetur receptator hæreticorꝝ, neq; pœna receptatoris punietur. Nam qui hac intentione hereticum recipit, præsertim si de illius emendatione aliquã habet spem, opus uerę charitatis efficit, quo uix nullum maius proximo p̃stari põt, quo fit, ut nullus pp illud iudex pos

sit iustas ab eo exigere pœnas. Verum & si hic talis ob bonum, quem sibi in tali receptione pfixit finem, iustus, & mercede dignus corā Deo habeatur, ecclīa tñ, quę interiora non agnoscit: sed de his solum, quæ foris patēt, iudicat, illum pp talem receptionem merito puniet, nisi ille bona intentione, bonoq́ue fine id se fecisse aperto probauerit testimonio. Huius aūt bonæ intentionis nullum aliud (mea sñia) põt dari certum, & apertū testimoniū, nisi opus ab eo factum, quod manifestum cõstet esse medium, ad talem finem consequendum, ordinatum: ut puta, si idoneis testibus probauerit, se reprehendisse illum ob hæresim, quam tuebatur, admonuisse illum, ut hæresi deserta ad fidem Catholicam rediret. Si his, aut alijs huiusmodi testimonijs probauerit se bona intentione hęreticum domi suę recepisse, ecclesia illum de bono opere tunc laudabit, tantum abest, ut illum tanquam hæreticorum receptatorem punire uelit.

Alij dicuntur fautores hęreticorꝶ, alij etiam defensores hæreticorꝶ. Quorꝶ diuersitas ex eo solo mihi pendere uidetur, ꝙ defensor est in opere, fautor uero in uerbo, aut omissione eius quod cõtra hęreticum, quis facere tenetur. Defensor est, qui uiribus, & potentia hęretico suffragatur. Fautor uero dicetur hac in parte ille, qui uerbo solum patrocinatur hęretico, aut qui omittit facere aliquid contra hęreticum, quod iure facere tenebatur. Sigillati de his duobus, & primo de fautoribus dicamus. Fautor hæreticorꝶ (ut diximus) dupliciter qs effici põt, uidelicet uerbo solo, & omissione. Verbo aliquem faucre hęretico põt cõtingere dupliciter, qm̄ põt aliquis fauere doctrinę, & põt fauere personę ex ignorantia doctrinę illius: quia nescit qualis sit illius doctrina. Qui doctrinę hęreticorꝶ uerbo fauent, dicentes illam esse bonam, & pro hac re contendunt, & rõnes afferunt, hi non solū fautores hęreticorꝶ: sed hęretici censentur, imo peiores ipsis hęreticis, qbus fauere nituntur. Nā Vrbanus Pāpa ait: Qui aliorꝶ defendit errorem, multo amplius dāna- *Vrba. papa.*

bilior est illis, qui errant: quia non solum errat: sed etiã alijs offendicula erroris pręparat, & confirmat. Hęc Vrbanus Papa. Et habentur hæc uerba in cap. Qui aliorum. 24.q.3. Et idem dicit Isidorus in cap. Qui consentit. 11.q. 3. Pōt ēt aliquis fauere solo uerbo personæ hæretici, & hoc multiplr. Primo quidem excusando personam à crimine hæresis, non ex inconsideratione: aut ex ioco: sed serio, ut puta, si quis diceret hęreticos, non esse tales, quales dicuntur sed esse bonos, et fideles catholicos. Et qui hæc faciũt, si hęretici nō sunt manifesti, non dicuntur fautores hæreticorum: sed excusantur quãdiu non constat illos esse hæreticos: sed sola de illis habetur suspicio. Si tñ ex lubricitate linguæ, aut iocose aliquis uerba aliqua in fauorem hæretici dixisset, non ideo censendus esset hereticorum fautor, ut pp hoc pœnis iuris illũ subiacere oporteret. Quod à simili probari pōt per. l. famosi. ff. ad. l. Iuli. Ma. Nec refert, an qui sic uerbis fauent, in iudicio, an extra iudicium fauorem præstiterint. Nam quãdiu illos hęreticos esse non constat pñt aduocari personis hęreticorum patrocinari, illos, illorumq́; bona in iudicio defendendo. Necq; huic friæ obstat. cap. si aduersus de hæret. qm̃ textus ille intelligendus est de illis aduocatis, qui fauent manifestis hęreticis, & idem est dicendũ de notarijs, qui instrumenta ꝓ manifestis hæreticis conficiunt, qui ipso iure sunt excõmunicati, & infames, & ab omni officio suo suspensi. Si tñ his, quos non constat esse hæreticos, fauerint aduocati, aut pro illis instrumenta cõfecerint notarij, nulli pro hac re pœnę subiacebunt, ēt si post talem præstitũ fauorem constaret illos esse hæreticos. Iustum. n. est, ut cuicunq; accusato de crimine aliquo, sui ipsius permittatur defensio, quousque fuerit de crimine conuictus. Potest aliter cõtingere, ut quis solo uerbo faueat hęretico non quidem illum coram alijs excusando: sed illũ monēdo de captura, quã illi iudex inferre conat, ut sic monitus fugæ præsidio sibi ipsi consulat, & sei tuto collocet loco, à quo iudex illum capere non possit. Et

qui sic hæreticū admonuit,credo illum tanq̄ hæreticoꝝ fautorem puniendum. Satis.n.fauet,qui taliter illū adiuuauit,ut ille monitoris cōsilio manus iudicis euaderet. Et potest pro hac re sumi argumentū à minori ad maius ex eo quod præcipitur in l.4.ff.ad.l. Iuli.mai.Diuinā aūt lædere maiestatem,quod per peccatum hæresis fit,constat multo grauius esse,quàm maiestatem lædere terrenam, ut dicitur in cap. Vergentis.de hæret. Hoc autem tunc potissimum ueꝝ esse censeo, q̄n hæreticus admonitus ab alio de fuga,illius obtemperauit consilio, & sic à iudicis ptāte ereptus est. Q̄n uero hæreticus non est sequutus admonentis consiliū,an is,qui illum admonuit, sit tanquam hęreticoꝝ fautor puniēdus,ego definire nō audeo:sed alijs disputandū relinquo. Et certe,qui monitorem istum dicere uellet fautorem hęreticoꝝ,non abs re faceret:ppea q̄d i uno quoq; crimine magis aius delinquentis inspiciendus est,quàm opus ab illo effectum. Et eadem seueritate uoluntatem sceleris,qua effectū puniri iura uolunt,ut dicunt Imperatores Honorius, & Archadius in.l.Quisquis.C.Ad legem Iul.maies.Hic autē, qui hæreticum de fuga admonuit,uoluit,ut hęreticus fugisset,alioqui non admonuisset.Quod aūt hęreticus nō fugerit,ipsi hęretico est tribuendū,non monitori,qui omnia,quę pro illius fuga facere potuit,effecit. Ex quo sequi uidet̄,ut monitor ille eadē sit pœna puniendus, qua puniretur si illius admonitio suū sortita fuisset effectum. Alio modo quis pōt solo uerbo fauere hęretico manifesto,ut puta si pro illo apud Principem, aut aliā ptātem seculare intercedat,ne pœna mortis puniatur, aut iudices ecclesiasticos,quibus de illius hęresi iudicare incumbit,oraret,ne contra illum sn̄iam dicerent. Qui hmōi fauorem,aut patrocinium hęretico exhiberet,fautor hęreticoꝝ merito diceretur,& pœnę fautoꝝ subiacebit. Nā licet in alijs criminibus liceat cuilibet pro alio intercedere,ut habetur in.l.Si fuerit.ff.de rebus dubijs.&.l.In metallum,&.l.Diuus.ff.de pœnis.pręsertim si de illius emē

datione,bona habetur ſpes, alioqui citra hanc ſpẽ hoc foro conſcientię non liceret, quamuis in foro exteriori ſit illis permiſſum: hoc tñ in crimine hęreſis pp grauiſſimam illius malitiã nullo modo agere licet. Quod ex eo conuinci põt, quòd hmõi incerceſſiones ſunt omnibus à iure interdictæ,ne fiant ꝓ his,qui crimẽ lęſę maieſtatis cõmiſerunt,ut habetur ĩ cap. Siquis cum militibus,6.q.2.Ex quo euidentiſſime colligitur nemini etiam licere ꝓ manifeſto hęretico intercedere,quia multo grauius eſt ęternam,quàm tpalem lędere maieſtatem. Deniq; alio modo põt quis dici fautor hęreticorum,non quia uerbo fauet: ſed quia omittit,id quod iure tenebatur cõtra hęreticos facere,ſiue publica ſit,ſiue priuata perſona. Aliqua.n.ſunt contra hęreticos faciẽda, quę a ſola publica ptãte fieri pñt: aliqua etiam ſunt,quę oẽs facere tenenť. Publica ptãs tenetur hęreticos ab eccľia dãnatos iuxta criminis qualitatem punire.Nam hoc illi pcipitur ĩ cap. ad abolendam,paragr. ſtatuimus. & cap. Excõmunicamus,paragrapho, Moneantur. de hęreticis.Ptãs igitur ſecularis quocunque nomine illa cenſeatur, ſi hęc, quę in illis cap. illi pcepta ſunt facere neglexerit, fautrix hęreticoꝝ merito dicetur, & pœnis à iure decretis eo ipſo ſubdetur.Nã(ut Damaſus Papa ait)qui põt obuiare,& perturbare peruerſos,& non facit,nihil eſt aliud, quã fauere impietati eoꝝ. Nec caret ſcrupulo ſocietatis ocultę q manifeſto facinori deſinit obuiare.Hęc Damaſus,et habentur ĩ cap. Qui põt.23.q.3.Nec ſolas iuris humani pœnas ſuſtinebit Princeps,qui hæreticis reſiſtere negligit: ſed reus apud Deum habebitur oium maloꝝ,quę hęretici fecerint. Qđ uel ex eo aperte conuincitur,quod olim cum fornicatus eſſet populos Iſrael,cũ filiabus Moab, Dñs iratus dixit ad Moyſen: Tolle cunctos Principes populi,& ſuſpende eos contra ſolem in patibulis, ut auferatur furor meus ab Iſrael: Quę uerba interpretãs Origenes homilia uigeſima ſuper librũ Numerorum, ait: Populus peccat,& Principes oñtantur contra ſolem. Ei

Nu.25.

Orig.

dem ad examinandū producuntur, ut arguantur a' luce. Vides, quę sit conditio Principum populi: non solum pro suis proprijs arguuntur delictis: sed & pro populi peccatis coguntur reddere rationem: ne ipsorum sit cul pa, quod populus deliquit, ne forte nō docuerint, ne for te non monuerint, neque soliciti fuerint arguere eos, q initium culpę dederint, uti ne contagio dispergeretur in plures. Hęc. n. oĩa facere Principibus imminent, & doctoribus. Si. n. illis hęc non agentibus, nec solicitudinem gerentibus circa plebem, peccauerit populus, ipsi oñtãtur, & ipsi ad iudicium producuntur. Arguit. n. eos Moses, id est, lex Dei, uelut negligentes, & desides, & in ipsos conuertetur iracundia Dei, et cessabit a' populo. Hęc Origenes. Oporteret certe, ut omnes Reges, & Principes, cęterę\q; omnes alię seculares potestates rem hanc exacte consyderarent, & hanc historiam semper p̄ ocu lis haberent, ut uel inde omnem desidiam, & somnolentiam excuterent, & diligentius, atque fortius hęreticis resisterēt, & durius illos punirent, ne impunitate sua au daciores effecti grauius illi nocere posset. Sed de hac re qm̄ infra lib. 2. longiorem faciemus disputationem, ideo nihil ultra imprę sentiarum dicere cēsui. Persona autem priuata nihil aliud (quod sciam) contra hęreticos face re tenetur: nisi ut testimonium, quod sciuerit, contra illos reddat, ut illius testimonio adiutus iudex possit iustam aduersus illum dicere sniam. Is igitur, qui sciens aliquem esse hęreticum, prę sertim si de hac re fuit a' iudi ce requisitus, noluit uerum dicere testimonium: sed ex in dustria id, quod sciebat negauit, ne hęreticus dãnaretur, fautor hęreticorum merito dicetur, ut colligi pōt, ex ca. Quisquis, undecima. q. 3. Quocūque istorum modorū, quis hęretico faueat, peccat, & quidem grauiter, pp qđ dignus est, qui grauibus puniaī pœnis. Nam qui sic hęre tico fauet, illius crimini consentit, quo fit, ut illius criminis particeps fiat. Iosaphat Rex Iuda alioqui bonus, ob hoc tamen a' Deo fuit reprehensus, quod impio Achab

2. Pa. 19.

prębuisset auxilium, quamuis non idololatris, quibus ille deditus erat: sed soli fauisset personę. Defensores hęreticorũ dicuntur illi, qui uiribus, aut armis, & potentia, resistendo impediunt, ne illi capiant̃, incarcerentur, aut quolibet puniantur, aut denique ne à iudice examinẽtur. De huiusmodi defensione habetur. 24. q. 3. p multa capitula, & 27. qõne. 1. cap. Si custos. Tales defensores Lutheranorũ fuerunt, & sunt hoc nostro seculo multi Germanię Principes, Dux Saxonię Fridericus, qui primus Lutherum tutatus est, & huic proximus Lanstgrauius Hessiæ Philippus, qui tam impense Lutheranis fauent, et illos tam ex animo defendunt, ut pro illis non solum sint purgare parati: sed suffragijs multarum Germaniæ ciuitatum adiuti, hoc anno quadragesimo sexto supra millesimum quingentesimum, ingentem ualidissimumq; congregauerint exercitum contra Carolũ Cæsarem Hispaniarum Regem Fidelissimum, atque acerrimum ecclesiæ propugnatorem. Ob istorũ defensionẽ, hæc pestilentissima Lutheranorum hæresis adeo grassata est, ut totam fere infecerit Germaniam. Et certe hoc experientia docente cognoscimus, nullã diu perstitisse hæresim: nisi quæ principes potentes habuit, qui illius hæresiarcham pro uiribus defenderunt. Solicitat enim dæmon non solum hæreticis: sed alijs quibuslibet scelestis hominibus fautores, & defensores præstare, ne ob defectum tutelæ crimina desint. Hinc est, quod de diabolo, & membris eius, quæ sunt omnes iniqui. Deus ad sanctum Iob loquens ait: Corpus illius, quasi scuta fusilia, & compactum squamis se prementibus. Vna uni coniungitur, & nec spiraculum incedit per eas. Quæ uerba interpretans beatus Gregorius libro trigesimo tertio Moralium capite trigesimo primo ait: Fertur: quia draconis corpus squamis tegitur, ne citius iaculatione ullius penetretur. Ita corpus omne diaboli, id est, multitudo reproborum cum de iniquitate sua corripitur, quibuscunque tergiuersationibus se excusare cona

Iob. 41

Grego.

tur, & quasi quasdam defensionis squamas obijcit, ne transfigi sagitta ueritatis possit. Et trigesimotertio capitulo subdit: Istæ squamæ peccantium, ne ab ore prædicantium aliquo uitæ spiraculo penetrentur, & obduratæ sunt: & coniunctæ. Quos enim similis reatus sociat, concordi pertinacia etiam defensio peruersa constipat, ut de facinoribus suis alterna se inuicem defensione tueantur. Sibi.n. quisq; metuit dum admoneri, uel corrigi alterũ cernit: & idcirco contra corripientium uerba unanimiter assurgit: quia se in altero protegit. Bene ergo dr̃: una uni coniungitur, & ne spiraculum incedit per eas: quia iniquitatibus suis dum uicissim superba se defensione protegunt, sanctæ exhortationis spiracula ad se nullatenus intrare permittunt. Quorũ pestiferam concordiam adhuc apertius subdidit, dicens: Vna alteri adhærebit, & tenentes se nequaq̃ separabuntur. Qui.n. diuisi corrigi poterant, in iniquitatum suarũ pertinacia uniti perdurant, & tanto magis quotidie à cognitione iustitiæ separabiliores fiunt, quanto à se inuicem nulla incrẽpatione separantur. Nam sicut esse noxium solet, si unitas desit bonis, ita perniciosum est, si non desit malis. Peruersos quippe unitas corroborat dum concordat, & tanto magis incorrigibiles, quanto unanimes facit. Hactenus Gregorius. Si aliqui Germaniæ Principes, & aliæ illius nationis ptãtes, non tam fortiter Lutherũ, & alios hæreticos defendissent, aut omnes illi resipuissent, aut si pertinaces in suis hæresibus permansissent, illis è uita sublatis, tota Germania ad ueram, & catholicam, quam ante optime nouerat fidem, iam rediisset. Contra hæc omnia personarũ gñã, uidelicet, Credentes, Receptores, Fautores, Defensores hæreticorũ, multæ, & uariæ sunt pœnæ à iure decretæ. Quæcunq;.n. istorũ nomine quis censeatur, est eo ipso excõicatus, etsi post hanc excõicationem annus labatur integer absq; ulla per eũ data iusta satisfactione, ab illo tpis articulo efficitur infamis, & ab omnibus repellitur publicis officijs, nec ad

electionem aliorum admittitur, nec in testem. Multæ adhuc aliæ illis irrogantur pœnæ, quæ quoniam satis clare, & aperte exprimuntur in capit. Excōicamus. paragra. Credentes. de hæreticis. & in cap. Quicunque. paragraph. hæretici. de hæreticis, lib. 6. Ideo causa prolixitatis uitandæ, eas omisi, satis me fecisse arbitratus, quòd loca indicauerim lectori. ubi illæ omnes ad unam usque describuntur: præsertim quia de illis omnibus sigillatim libro secundo sumus disputaturi.

Quòd captus hæreticus non statim puniendus est: sed emendatio procuranda, & qualiter. Cap. XVIII.

Hactenus de ijs, quæ ad perfectam hæreticorum cognitionem mihi necessaria esse uidebantur, pertractaui, nunc iam opus est, ut discutiamus, quid hæreticorum inquisitorem, aut iudicem, cui de hoc crimine iudicare incumbit, capto hæretico circa illum facere oporteat. Et quidem ut res perfecte iuxta canonicas sanctiones peragatur, hæc in primis habenda est consideratio, an homo ille, qui in hæresim lapsum esse deprehensus est, fuerit aliàs de hac, aut alia hæresi conuictus, aut propter uehementem suspicionem accusatus, an tunc primum scitur illum in hæresim fuisse lapsum. De illis, qui iam olim fuerunt de crimine hæresis aut conuicti, aut uehementer suspecti, nihil nunc dicimus: quoniam infra libro sequenti pertractabimus. Nunc de illo agamus, de quo nunquam scitum est ante in iudicio, fuisse in hæresim lapsum. Hic talis etsi in posterum iuxta sui criminis qualitatem puniendus sit, non tamen statim cum deprehensus est, digna pœna illi infligetur, sed prius oportet ad illius emendationem laborare, ut si possibile fuerit, ab errore ad fidem catholicam prius reuocetur, & sic spiritus eius in Dei iudicio saluus fiat. Blanda admonitione est opus, non seuera: quia nimia seueritas sæpe frangere, & raro corrigere solet. Vnde Paulus Timotheum discipulum docens quo pacto deberet errantes corrigere ait: Cum modestia corripientem eos, qui resistunt ueritati, ne quando det illis Deus pœnitentiam ad co-

2. Ti. 2.

gnoscendam ueritatem. Quæ uerba interpretans Anselmus in cõmentarijs sup er Epistolas ait: Ob hoc.n. stu dere debemus, ut eos ad pniam conuertamus, ut merce dem nobis inde conquiramus, neqñ sine nobis per internam aspirationem det illis Deus pniam, & nos mercedem inde non habeamus. Hæc Anselmus. Præterea propria ipsoꝝ inquisitoꝝ infirmitas per quam pñt in similem, aut aliam peiorem hęresim, nisi Deus sustineat, labi, cogit eos, ut cum lenitate, & mansuetudine errantes corrigant: quia nisi id fecerint, Deus forte permittet, ut in similem, aut peiorem labantur hæresim, ut inde suã agnoscant infirmitatem. Vnde Paulus ait. Si præoccupatus fuerit hõ in aliquo delicto, uos, qui spũales estis instituite huiuscemodi in spũ lenitatis, cõsiderãs te ipm, ne & tu tenteris. Hoc ideo dixit Apl's, ne forte si proximi pc̃m̃ consideret prælatus, & non suum attẽdat, moueatur non ad miserationem: sed ad indignationem: nõ ad adiuuandum: sed ad iudicandum: non ad instruendũ in spiritu lenitatis: sed ad destruendum in spiritu furoris. Mãsueto igitur.i. eo spiritu homini lapso in hæresim subuenire oportet, quo sibi quisq; cuperet subueniri cum erraret. Et ut sciat unusquisq; iudex qualiter erga errantẽ mansuescere debeat, subdit Paulus in eadem Epl'a inquiens: Considerans te ipsum: ne & tu tenteris. Quia, qui in spũ furoris, & non lenitatis subditum corripit à Deo permittitur tentari, aut decipi: & ut uel inde suam infirmitatem agnoscens, alijs misereri discat. Et beatus Hieronymus in cõmentarijs super Lamentationes Hieremiæ exponens locum illum: Recedite, polluti clamauerunt eis, sic ait: Talis est uox superboꝝ magistroꝝ, qui pecus, quod crassum est de grege assumunt & quod debile ptoijciunt, quod infirmum non consolidant, & quod ægrotum non sanant. Recedite, inquiunt, polluti: recedite, abite, nolite nos tãgere, nolite in aliquo nobis cõicare: insanabilia sunt uulnera ũra, & incurabiles plagæ, non estis digni cõione Xpiana, ut ultra in uobis in-

Ansel.

Gal. 6.

Tre. 4. Hier.

habitet Spūs sanctus, facies Dñi diuidit eos, ac respuit, nec addet ultra, ut recipiat, quia facies sacerdotū uxorꝝ non erubuistis, nec seniorꝝ uxorꝝ admonitionem mansuete suscepistis. Talis loquela.n.non illuminat cęcū, non sanat ægrotum, non curat infirmum: sed magis occidit, atque in desperationem prædicantem mittit. Boni etenim rectores ex sua infirmitate aliorꝝ infirmitates pensantes, magis per humilitatis, & mansuetudinis lenimentum, student peccantes ab erroris laqueo eripere, quàm per austeritatem in foueam perditionis nutantes ꝓpellere. Hactenus Hieronymus. Deinde pp cõem utilitatem oportet, ut hæreticus homo non statim puniatur: quia possibile esset ipm conuerti, & quantum sibi soli nunc per hæresim nocet, tm̄ postea, & multo amplius post conuersionem suam uiri prosit eccł'iæ per suā publicam fidei confessionem. Tales igitur nimium celeriter auferre in magnum cederet Xp̄ianæ Reipublicæ detrimentum. Hanc rationem confirmat beatus Gregorius, qui Epis Galliarꝝ scribens ait: Licet plerunque accidant sacerdotibus, quę sunt reprehendenda, plus tm̄ erga corrigendos agat beneuolentia, quā seueritas: plus cohortatio, quàm cõminatio: plus charitas, quam ptās: cum nemo nr̄m sine reprehensione aut sine pctō uiuat. Nam si Dñs statim post trinam negationem, Btūm Petrum Apl'm præceptorem nr̄m iudicasset, non tm̄ ex eo fructum, sicut fecit, recepisset. Hæc Gregorius. Quæ uerba citantur a' Gratiano, in cap. licet. dist. 45. Sed ut uerꝝ fatear: ego in toto registro epl'arum beati Gregorij non potui hæc uerba inuenire, quę Gratianus illo loco sub nomine Gregorij citat, quamuis illa, magna cum diligētia quęsiui. Sed illud inueni in Gregorio, quod eadem distinctione idem Gratianus citat in cap. Quid autem, quę uerba: quia huic proposito nr̄o ualde conueniunt, hic inserere decreui. Quid aūt de Epis (inquit Greg.) qui uerbenbus timeri uolunt, canones dicant, bene fraternitas uĩa nouit. Pastores.n. facti sumus, non percussores.

Greg.

Egregius prędicator dicit: Argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. Noua uero, atq; inaudita est ista prędicatio, quę uerberibus exigit fidem. Hęc Greg. lib. 2. Regist. Epist. 52. Quę uerba interpretans decretorum glossator, dicit esse intelligenda, de illo, qui fidem catholicam nondum susceperat: quia hic (ut ait) non est cogēdus ad fidem, ille uero, qui semel fidem susceperat cogendus est retinere, & sic dicit non repugnare huic textui ea, quæ dñr in cap. Quis uero. 23. q. 4. Qm̄, quæ illic dñr, intelligenda putat de illo, qui iam fidē semel susceperat, ut ille sit cogendus ad illam conseruandam. Sed re uera nimium fallitur, & tota errat uia: quia nec hūc, neq; illum textum intellexit. Nam quod capitulū, Quis uero, non loquatur de illo, qui fidem catholicam susceperat, ex eo est apertissimum, quod loquitur de Paulo Apl̄o, quem in Damascum euntem Dn̄s cæcitate percussit, & in terra prostrauit, & sic illum à persecutione Xp̄ianorum reuocauit, & ad fidem catholicam suscipiendam conuertit. Quis aūt nescit tunc Paulum nondum fidem suscepisse, imò ut illam susciperet fuisse à Deo per illas pœnas quodāmodo coactum? Et ipsa uerba eiusdem capituli semel & iterum dn̄t Paulum fuisse coactum à Deo ad Euangelium suscipiendum. Non ergo loquitur illud capit. Quis uero. de illo, qui fidem semel susceperat. Qualiter autem sint intelligenda nos Deo duce infra lib. 2. declarabimus. Sed nec capitul. Quid autem: bene intellexit, cum dixit illud esse intelligēdum de illo, qui fidem non susceperat, ut ille non sit uerberibus cogēdus ad fidem. Si enim glossator decretorum legisset Epistolam integram beati Gregorij: unde hoc capit. Quid autem decerptum est, facile intellexisset non ita esse (ut docuit) interpretandum. Illic. n. beatus Gregorius scribit Ioanni Constantinopolitano Ep̄o reprehendens illū ppea, quòd quidam Isaurię monachus fuerat in ecclesia fustibus cæsus. Et hanc talem punitionem reprehendēs dixit; Noua atque inaudita est ista prædicatio, quæ uer-

2. Ti. 4

beribus exigit fidem. De Xpiano ergo uiro, & monacho loquebatur, & non de illo, qui nondum fidem susceperat. Deinde ex uerbis eiusdem textus potuisset glossator conijcere uerba illa de fideli uiro esse intelligenda, et non de illo, qui nondum fidem professus est. Nam reprehendens Epos, qui uerberibus timeri uolunt, dixit. Pastores facti sumus non percussores. At Epi non sunt pastores Iudæorum, aut Sarracenorum, aut aliorum, qui nunquam fidem sunt amplexati: sed sunt pastores eorum, qui Xpm per baptismum sunt inducti, quos uelut oues pascendos esse docet Gregorius, non percutiendos. Cum autem dixit Gregorius: nouam, & inauditam prædicationem esse, quæ uerberibus exigit fidem, ibi fidem accepit non solum pro eo animi assensu, quo assentimur credendis: sed pro quadam obedientia, per quam obtẽperamus cuique bene monenti, siue ille de credendis, siue de agendis moneat. Sic.n. dicere solet, qui alium de re aliqua monet. Crede mihi, & da eleemosynam, aut ieiuna. Vel, Si mihi credis, non accedes ad talem, aut talem locum, ne graue incõmodum pati te oporteat. Dicit ergo beatus Gregorius non esse bonam prędicationem, quæ uerberibus exigit fidem, hoc est obediẽtiam. Ibi siquidem de omni uirtute loquebatur non de sola fide credendorum: ad quam plus putauit beatus Gregorius ualere rationes: & uerba, quàm uerbera. Nolo tamen negare, imo firmissime fateor, & postea clarius fatebor, eos, qui semel in baptismo fidem susceperunt esse cogendos, ut illã cõseruent, sed dico, testimonio sanctorum fretus, prius esse admouenda blanda, quàm aspera. Prius uerbis, quàm uerberibus, prius amore, quã timore agendum esse quia multi amore, et solis uerbis alliciũtur, qui timore, & uerberibus à fide repellerẽtur. Si uerbis nihil profecerit inquisitor, & de hæretici salute merito desperauerit, tunc procedendũ est ad uerbera, & uelut incorrigibilem illum tractabit. Quid aũt circa hunc talem agere oporteat infra lib. secundo differemus, quẽ

totum

totum huic negotio impendemus. Circa illum uero, de cuius salute nondum merito desperatur, etsi ille puniendus sit, prius tñ adhibenda sunt uerba, quàm uerbera, ut uerbis, & rationibus, quæ plusquam tormenta intellectum mouere possunt, ille ad fidem suscipiendam allicia tur, & sic tandẽ saluus fiat. Nam hoc multo melius esse, aperte satis docet beatus August. acerrimus hæreticoꝝ oppugnator, qui in lib. contra ep͞lam fundamenti, cap. 1. hæc ait. Quanquam. n. Dñs per seruos suos regna subuertat erroris, ipsos tñ homines, inquantum hoies sunt, emendandos esse, potius quàm perdendos putat. Et infra in eodem cap. Nostrũ igitur fuit, & eligere, & optare meliora, ut ad uestram correctionem (Manichæis, cõtra quos scribit, loquitur) aditum haberemus: non in cõtentione, & æmulatione, & persecutionibus: sed mansuete consolando, beneuole tractando, leniter disputando. Hæc August. Et beatus Bernardus sermone 64. sup Cantica apertius, & effusius hanc s͞niam docet, qui interpretans illum locum ex canticis, capite nobis uulpes paruulas, sic ait: Capiãtur, dico, hæretici, non armis: sed argumentis, quibus refellantur errores eoꝝ. Ipsi uero si fieri potest ecclesiæ reconcilientur catholicæ, reuocentur ad ueram fidem. Hæc est enim uoluntas eius, q uult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire. Hoc denique uelle se perhibet, qui non simpliciter, capite uulpes: sed capite, inquit, nobis uulpes par uulas. Sibi ergo & sponsæ suæ, id est, catholicæ ecclesiæ iubet acquiri has uulpes, cum ait: Capite eas nobis. Itaque homo de ecclesia exercitatus, & doctus, si cũ hære tico homine disputare aggreditur, illò intentionẽ suam dirigere debet, quatenus ita errantem conuincat ut & conuertat, cogitans illud Apostoli Iacobi, qui conuerti fecerit peccatorem ab errore uiæ suæ, saluabit animam eius à morte, & operit multitudinem peccatoꝝ. Qđ si reuerti noluerit, nec conuictus, post primam iam, & secũdam admonitionem (utpote qui omnino subuersus

Augu.

Can. 2. Bern.

Iaco. 5.

est) erit secundùm Apostolũ deuitandus. Hactenus Bernardus. Post uerba, si ille obedire noluerit, & disputatione se uictum fateri recuset, tunc bonum, imò necessarium esse iudico, ut uerberibus circa illũ agatur: quĩ uexatio solet dare intellectum. Nam qui à natura ad uirtutem non inclinãtur, neque ingenuos hñt animos, ut uerborum doctrina duci queant, sub iugo disciplinæ illos ponere oportet, ut legũ authoritate coerciti melius deinceps sapiant. Vnde Salomõ in prouerbijs ait: Stultitia colligata est in corde uiri: sed uirga disciplinæ effugabit eam. Hæc tñ omnia ideo facienda esse dicimus, ne hæreticus in anima perpetuo damnetur, non autem, ut in corpore hic non sit puniendus. Nam etsi ille conuertatur, & fidem catholicam uere suscipiat, erit tamen iuxta sui erroris, & præteritæ pertinaciæ qualitatem cum benignitate puniendus.

Pro. 22

Quod non sit publice disputandum cum hæretico præsertim pertinace. Cap. XIX.

Diximus hęreticum hominem, non statim puniendũ esse: sed prius esse de hęresi monendum, ita ut rõnibus, & argumentis conuictus hæresim, quã tenebatur (si fieri possit) deserat, & uetam, & catholicam fidem suscipiat. Hanc tñ admonitionem, siue disputationẽ secretò faciẽdam esse censeo, & non publice coràm populo: qm̃ talis publica disputatio, & ipsi hæretico cũ quo fit, & plebi audienti, & ipsi disputanti plus poterit obesse, quàm prodesse. Nam ferme omnes hæretici ꝑsertim hi, q non ex ignorantia: sed ex industria ab unitate fidei catholicæ recedunt, popularem, & inanem gl'iam captant, cupiuntq; ab omnibus laudari, & pro doctissimis haberi. Vnde August. in lib. de utilitate credendi ait: Hæreticus est, qui pro alicuius tẽporalis cõmodi, & maxime gloriæ principatusq; sui gratia, falsas, ac nouas opiniones gignit, uel sequitur. Hæc ille. In quibus uerbis August. non definitionem: sed id, quod est proprius oĩum hæreticorum genius, & quod est fere omnium hæresum pa

rens & origo,expressit. Nã qui est gloriæ cupidus,nihil pro illa assequenda in tẽtatum relinquit, & si nulla alia patet uia,ut ad hanc metam perueniat, nouam non dubitabit confingere doctrinam,ut rei nouitate oẽs in admirationem sui prouocet. Cum iam dæmone solicitante,& Deo permittente in hæresim lapsus fuerit,doctissimos quosque catholicos uiros ad publicum certamẽ prouocare non erubescit. Publicas petit disputationes, non ut de ueritate doceatur; sed ut à populo, cui nimiũ placere cupit,laudetur. Vnde beatus Greg. lib. 8. Moralium,cap. 2. ait: Nec.n. hæretici inquisitionibus suis,ueritatem conantur assequi: sed uictores uideri. Cumq; se foris ostendi sapientes appetunt intus per stultitiam elationis suæ uinculis alligantur. Vnde fit,ut contẽtionum certamina exquirant,& de Deo (qui pax nostra est) loqui pacifice nesciant,atque ex pacis negotio rixæ inuentores fiant. Quibus bene per Paulum dicitur. Siquis aũt uidetur esse contentiosus, nos talem consuetudinẽ nõ habemus,neque ecclesia Dei. Hęc Gregor. Ex hac gl'iæ immodica cupiditate oritur tam proterua in disputatione contẽtio,ut ẽt si per manifestissima argumenta hæreticus sit conuictus,nũquam tñ ueritatem fateri uelit: sed rimulas quasdã, per quas elabi possit, semper quærat, ne se uictum coràm populo fateatur. Licet apertissime se errasse in semetipso agnoscat,illud tamen fateri dedignabitur: quia mauult errorẽ suum ẽt contra conscientiam publice tueri, quam fateri se in disputatione fuisse uictum,ne hac occasione illa, quam ardenter amabat, gloria depereat. Huius rei tam multa sunt exẽpla, & tã manifesta,ut non esset opus enarrare si solis uiris eruditis scriberemus. Arrius in concilio trecentoꝝ & decem & octo patrum apud Nicæam celebrato conuictus, & dãnatus est,nec tñ ob hoc sapientior factus est,imò insanior factus pertinaciam auxit, & durior effectus nunq̃ emendatus est. Berengarius in multis concilijs damnatus est. In concilio Vercellensi damnauit illum compa-

Greg.

1.co.11.

rere nollentem Leo Nonus. In concilio Turonensi corã Victore Secundo Pontifice Maximo idem Berengarius Palinodiam cantauit: sed postea huius Palinodiæ illũ pœnituit, & ad pristinam hæresim rediјt. Deinde à Nicolao secundo Pontifice Maximo Romam uocatus in concilio generali tunc celebrato, hæresim suam abiurauit, & anathematizauit. Cuius abiurationis uerba hñr in cap. Ego Berengarins. de consecr. dist. 2. Sed post istã abiurationem (ut Lanfrancus de illo refert) ad uomitũ iterum uelut canis rediјt. Idem contigit Ioãni Hus in cõcilio Constantiensi, qui licet multis, & euidentibus rõnibus conuictus, nunquam tñ errores suos recantare uoluit. Hæreticus enim, ut gloriam, quam anxie cupit, tueri ualeat, nõ erubescit permanere in errore, & erubescit corrigere errorem. Difficillimum igitur est, ut quis pertinacem hæreticum publica disputatione sic conuincat ut se errasse fateatur. Hãc enim difficultatem agnoscẽs Salomon ait: Expedit magis ursæ currere raptis fœtib9, quàm fatuo confidenti sibi in stultitia sua. Quæ uerba interpretans Hieronymus in cõmentarijs super Prouerbia ait: Facilius erat doctoribus sanctis furori Gentilitatis occurrere, raptis à se populis aliqbus, atque à bestiali eius sæuitia ad fidei pietatem ꝑdicando cõuersis, quàm hæretico cuilibet confidenti in sua perfidia dogmatis: quia nimirum illud contra exteros, hoc contra sua uiscera certamen agebant. Hæc Hieron. Si aũt hæc disputatio secretò, & corã solis doctis fieret, facilius ille ueritatẽ disceret: quia absente ppl̃i applausu, facile cessabit uetus superbiæ, qui oculis intellectus nimium obesse solet. Deinde ueritate cognita facilius illã fateri cogetur, cum non sit ppl̃s, quem uereatur, & corã quo se uictum fateri reformidet. Ex his igitur aperte constat secretam disputationem multum hęretico homini prodesse posse ad fidem catholicam recipiendam, & publicam disputationẽ multum obesse. Ipsi etiam disputanti Catholico non parũ nocere põt hmõi disputatio, si ille

Pro. 17

Hiero.

non sit uir doctus, & in sacris literis satis eruditus, & in alijs disputationibus ualde exercitatus. Nam aliàs fieri posset, ut ueritas, quæ semper est uictrix, in ore illius uicta uideatur. Sunt.n. sæpe hæretici in disputãdo disertissimi, & sciunt optime disputationum retia tẽdere, & uagam rhetorice libertatem in syllogismorum spineta cõcludere, & contradictorem sæpe suis argumentationibus sic illaqueare, ut nisi ille disertissimus sit, explicare se nequeat. Hoc aũt si cum uiro Catholico disputans hæreticus fecerit, forte uir Catholicus nesciens illius argumẽtationes dissoluere, putabit hæreticum optime conclusisse, & sic tandem deceptus hæretici sñiam sequetur. Nisi disertus fuisset in disputando Athanasius, facile illum corãm probo iudice decepisset Arrius. Quàm necessaria sit ars, & exercitium disputatori aperte oñdunt pluri mæ disputationes, quas cum hæreticis habuit Augustinus, in quibus, nisi fuisset disertus, sæpe succubuisset. Et pp hoc Bernardus, qui (ut in fine præcedentis capituli patuit) dixit hæreticum hominem esse argumentatione, & disputatione capiendum, censet talẽ disputationem nõ nisi à uiro docto, & exercitato esse faciendam pp periculũ, quod inde euenire põt. De hmõi periculo locutus est Salomon cum ait: Qui scindit ligna periclitabitur in eis, si retusum fuerit ferrum. Quæ uerba interpretans Hieronymus in cõmentarijs super Ecclesiastem ait: Hæretici ligna infructuosa sunt, & saltus absque utilitate pomorum. Vnde & in templo Dei prohibet plantari nemus, & uana foliorum.i.uerborum tñi sonantium spernuntur umbracula. Quamuis igitur sit prudens, & doctus uir, q gladio sermonis sui hæc ligna cõicindat, periclitabitur ĩ eis, nisi diligenter attenderit: maxime si ei, quod sequitur acciderit. Si retusum fuerit ferrum, & faciem eius turbauerit.i. si disputatio eius infirmior fuerit inuẽta, nec acumen habuerit ingenij, quo contrara quæque desecet: sed principale cordis eius hebetetur, in partem transibit aduersam, & confirmabit eum fortitudo peruersa. Hactenus

Ecc.10.

Hiero.

Hieronymus. Nocet ēt hæc publica disputatio ipsis audientibus, præsertim si illi indocti sunt, aut in fide nutātes, & infirmi. Nam uulgus indoctum, & nunquā in re literaria uersatum, nescit inter uerū & falsum discernere: & ideo facile in iudicando fallitur, uerū pro falso: & falsum pro uero iudicans. Sophistica hæreticorū argumenta, tā quam recte concludentia laudabit. Cum peruerse hæreticus collegerit, optime collegisse, & irrefragabile argumentum fecisse, dicet. Apparentia illius argumēta, quæ si intus discutiantur nullius sunt roboris, urgentissima iudicabit, & sic in hæretici sniam paulatim trahetur. Fiet itaq;, ut populus, qui fortis in fide ad disputationem audiendam uenerat, infirmus, & uacillans discedat: & siq forte dubius accesserat, disputatione audita hæresim ipsam firmissime, & sine ulla dubitatione amplexetur. Huius rei exēplum ante paucos annos nobis præbuit publica disputatio cum Luthero Lypsiæ in Germania habita: ubi uir doctissimus Echius publice cum Luthero disputans quamuis sæpe illum apertissimis diuicit argumentis. Populus tñ non ita, ut res erat, iudicans impium Lutherū magis, q̄ catholicum Echium laudabit, quapp hoc neglecto insanum Lutheri dogma cum suarū aiarū disp endio suscepit. Ob hanc causam Plato censuit de p̄cipuis legibus ciuitatis non esse differendū coram iuuenibus, siqua difficultas de illis emerserit, ne præcipuarū legū authoritas apud iuuenes minuatur, apud quos maximam illā esse oportet. Si tanta reuerentia legibus humanis, Platone iudice, debetur, iustum est multo maiorem legibus diuinis exhiberi, ut coram populo rudi de illis non disputetur, ne apud illos legum diuinarū authoritas, & fidei certitudo minuatur cum uideat ea ī dubiū, & qōnem uocari, quæ oportebat existimari uerissima, et firmissima. Ideo Paul⁹ optime hęc pericula agnoscēs, & uolens ea præcauere, Timotheum discipulum admonet, ut ab hmōi disputationibus abstineat, sic inquiens: Noli uerbis contendere, ad nihil.n.utile est, nisi ad sub-

uersionem audientium. Quæ uerba interpretãs Ambrosius in cõmentarijs super Epl'as Pauli, ait: Contentiones uitandas monet, præcepta aũt danda sub Dei timore, & terrore: qa contentio põt adhuc minus stabilitis gr̃a re scrupulum. Solent.n.in cõtentione talia opponi elima to maleuolentiæ ferro, ut moueant aĩos incipientium fratrũ. Hęc Ambrosius. Et btũs Leo Primus huius nomi nis Pontifex Martiano Augusto scribẽs Ep̃la 20. sic ait. Cõpressa.n. uel remota inquietudine, ac prauitate paucorꝝ facile firmabitur probanda concordia, si in eã fidẽ, quam Euangelicis, & Ap̃licis prædicationibus declara tam per antiquos patres nr̃os accepimus, & tenemus, oĩum corda concurrãt, nulla penitus disputatione cuiusquam retractationis admissa, ne per uanam fallacemq́ uersutiam, aut infirma uideantur, aut dubia, quæ in ipso lapide angulari fundata sunt, & sine fine mansura. Hæc Leo Papa. Et certe pp hanc eandem rõnem non est æquum, aut rõni consonũ, ut in publicis disputationibus, quas in scholis, aut alibi Catholici, & docti uiri inter se hr̃e solent, hæreticæ, et scandalosæ propositiones etiam exercitij causa, corãm populo defendantur. Multi enim ob hanc causam in hæreses illas lapsi sunt, quas disputationis gr̃a in scholis defendi uiderãt. Nam ob hoc solũ, quod in scholis defendebantur, putarunt uera esse illa, aut saltem tolerabilia, quę illic dicebantur. Scio eqdem uirꝝ quendam non prorsus rudem, aut idiotam: sed aliquantulum eruditum ab inquisitoribus uocatum in iudicium, & carceri mancipatum, ppea, quod non fuisset ueritus publice dicere, fornicationem simplicem nõ esse peccatum. Qui cum postea interrogaretur, qua temeritate fuisset ausus tam pestiferam hæresim fateri, rñdit se in scholis didicisse, in quibus sæpe uiderat talem sn̄iam publice defendi. Ideo consultius factum fuisse censeo, si illi, qui talibus disputationibus præerant, hmõi propositionem hæreticam, a' suis disputationibus abegissent, et illam in scholis defendi constantissime prohibuissent.

2.Ti.2. Ambr.

Leo pp̃

Et certe ni fallor, illi qui hmōi disputationibus præsidentes poterant tales propositiones hæreticas, & scandalosas à schola propellere, erant multo grauius puniendi, q̃ illi, qui ex talium propositionum publica defensione allecti sunt, ut illas ueras esse, dicere auderent. Nec solum propositiones hæreticas, et scandalosas à publica disputatione abigendas esse censeo: sed etiam illas quæ, et si uerissimæ sint, uires tñ populi audientis superant, & in qbus rudis populus facillime errare poterit. Tales sunt materiæ de grā, & libero arbitrio, de prædestinatione, de præscientia Dei, de multis Eucharistiæ mysterijs, & miraculis. De hmōi rebus coram populo rudi, & idiota disputare, periculosum esse censeo: qm̄ in illis sæpe contingit argumenta contra ueritatem facere, quæ populo illiterato maiorem apparentiam hr̄e uidebuntur, quàm r̄nsiones, quæ pro ueritatis tutela dantur. Argumenta, quæ fiunt, sæpe intelligit populus, & raro intelligit ipsorum argumentorum dissolutiones. In materia de prædestinatione, & præscientia Dei, quilibet sutor, & sartor argumentari nouit, & neruos adhibere argumentis, illi tamen uix poterit r̄ndere doctissimus uir, qui cuique alteri uiro erudito facile responderet. Et ita uix potest esse quin idiota hoc uidens non scandalizetur, & in fide uacillet. Huius scandali author est ille, qui de huiusmodi rebus publice disputauit, & ita uelut talis à Deo punietur.

Exo. 21 Sic in figura olim prædictum fuit in lege Moysi: Si rixati fuerint uiri, & percusserit quis mulierem prægnantem, & abortiuum quidem fecerit, sed ipsa uixerit: subiacebit dāno quantum maritus mulieris expetierit, & arbitri iudicauerint. Sin aūt mors eius fuerit subsequuta, reddet aīam ꝓ aīa. Quam legem iuxta allegoriam interpre-

Orige. tans Origenes homilia decima super Exodum, ait: Sint duo uiri isti, qui litigant, duo disputantes, & de dogmatibus, uel qōnibus legis secum inuicem conquirentes, & (ut Apostoli sermone dicamus) rixantes circa uerbotum pugnas. Et paucis interpositis subdit. Quia ergo

isti, qui in quęstionibus litigant, ad subuersionem audiẽtium litigant, idcirco percutiũt mulierem pręgnantem, & eijciunt infantem eius, uel formatum iam, uel nõdum formatum. Mulier pręgnans dicitur anima, quę nuper Dei concepit uerbum. Et post pauca subdit: Hęc ergo anima, quę nunc pro infirmitate sui mulier appellaẽ, duobus inter se litigantibus uiris, & in certamine scandala proferentibus, quod habere semper uerborũ contentio solet, percutitur, & scandalizatur, ita ut uerbum fidei, quod tenuiter conceperat, abijciat, & perdat. Et hæc est lis, & contentio ad euersionem audientium. Si ergo nõdum formatum, aĩa, quæ scandalizata est, abiecerit uerbum, qui scandalizauit, damnum dicitur pati. Et multis interiectis iterum ait: Formatus infans potest uideri sermo Dei in corde eius animæ, quę gratiam baptismi consequuta est, uel quę euidentius, & clarius uerbum fidei concepit. Hęc ergo si nimia contentione doctorũ percussa abiecerit uerbum, & inuenta fuerit esse de illis, de quibus dicebat Apostolus. Iam enim quędam conuersę sunt retro post Sathanam, animam pro aĩa dabit. Vel in die iudicij accipiendum est apud Deum iudicem, qui potest animam, & corpus perdere in gehẽnam. Vel certe potest fortassis illud aptari, ut qui sibi conscius tanti scandali fuerit, ponat animam suam pro anima illius, quem scandalizauerit, et usque ad mortem det operam qũo redeat, qũo reparetur, quomodo restituaẽ ad fidẽ. Hactenus Origenes. Si soli uiri, & firmi in fide adessent non solum de his ueris, & catholicis propositionibus disputare liceret: sed etiam de propositionibus, quamlibet hęreticis disputare licet, si id solum gratia exercitij fiat, ut inde ueritas fidei clarius elucescat, & ipsi disputatores instructiores & disertiores ad hæreticos conuincẽdos per tale exercitium fiant. Nam sicut hastiludia, et alia certamina inter amicos in palęstra fieri solent, ut inde instruantur quo pacto contra hostes in bello certare ualeant: Sic etiam inter uiros doctos, & catholicos, lite

1. Ti. 5.

raræ exercitia,& disputationes de fide haberi oportet, ut inde discant quomodo contra hæreticos ecclesiæ,& fidei catholicæ acerbissimos hostes,pugnare debeant. Neque huic sententiæ obstat quod Alexander quartus ait in capit. Quicunque. de hæreticis, libro. 6. ubi sub ex communicationis pœna prohibet omnibus laicis perso nis ne publice, aut priuatim de fide catholica disputare audeant. Nam illic Papa ueram disputationem prohibet,non autem fictam. Ficta quidem est disputatio,quę solis uerbis,et non animis fit,qualis est inter illos,q cum sint in eadem sententia concordes, argumentantur & respondent,ut rei ueritatem clarius inueniant. Sicut et est bellum fictum inter eos, qui hastiludia exercent. Disputatio uera est inter illos,qui non solum uerbis: sed etiam animis sibi inuicem contradicunt, & sententias prorsus contrarias tutantur. Disputationem fictam faciunt uiri catholici cum de rebus fidei disputant: quia idem concordi animo sentiunt;& solis uerbis contradicunt. Disputationem ueram & non fictam habent uiri catholici contra hæreticos cum de fide catholica disputant: quia sicut exterius uerbis pugnant, ita interius animis dissentiunt. Hanc ueram disputationem quæ cum hęreticis de fide habetur,prohibet Papa personis laicis, ne uidelicet publice,aut priuatim de fide catholica cum hæreticis disputare audeant. Et merito id prohibuit: qa licet essent aliq laici docti,q bñ,& sine periculo possent, cũ hæreticis disputare,leges tñ non decernũt de ijs,quæ raro cõtingunt: sed de ijs,quę ut in pluribus eueniunt. Raro aũt contingit laicos esse doctos in fide, & ad disputandũ de ea disertos: & ideo ne ipsi in disputatione succumbentes,sibi ruinæ occasionem assumerent, aut alijs audientibus præberent, merito illis fuit talis disputatio interdicta. Aliam uero disputationem de fide quæ ficte inter Catholicos exercetur,non est laicis per illud cap. Quicunq. interdicta: qm̃ disputatio ficta non est proprie disputatio: sicut nec bellum fictum est proprie bel-

lum,nec homo pictus est proprie homo. Etsi hoc bene aduertisset glossa,in illo cap. Quicunque.paragraph.Inhibemus,non tantis premeretur angustijs, quibus illic p̃mitur,& facile dissoluisset laqueos, quibus se teneri putauit.Laicis igitur solis est interdictum, ne cum hæreticis publice,uel priuatim de fide catholica disputent:ecclesiasticis autem uiris non sic est absolute prohibitum cum hæreticis disputare: sed licitum est illis de fide contra hæreticos disputare,modo id coràm uiris doctis,& in fide constantibus fiat. Et aliq̃n non solum erit licitũ: imò necessarium contra hæreticos publice disputare, et coràm pp̃lo simplici, ut puta q̃n pp̃ls ab hæreticis, aut alijs infidelibus oppugnatur,& solicitatur,ut fidem catholicam deserat. Tunc.n.prælatis ecclesiarum incumbit, subditos fideles ab hm̃oi hæreticorum infestatione defendere,& tenentur illi per se,aut saltem per alios uiros doctos & in disputando disertos contra hæreticos disputare,ut gloria Dei manifestetur,& ueritas catholica defendatur,& hæretici confundantur. Nã ob hoc(ut Paulus ait)oportet Ep̃m doctum esse,ut sit potens exhortari in sacra doctrina,& eos,qui contradicunt arguere. Et beatus Petrus præcepit Ep̃is,ut sint semper parati ad satisfactionem reddendam,de illa,quæ est in nobis spe et fide. Alioqui si hæreticis clamantibus, & ad publicam disputationem prouocantibus, catholici uiri tacerent, daretur populo suspicionis occasio, ut credat catholicos uiros de fidei certitudine diffidere,eo q̃ non audeãt ad certamen cum hæreticis descendere,aut credet illos cum hæreticis sentire,eo q̃ illis clamãtibus tacent. Nũquam siquidem uerius dici potest,ut,qui tacet,consentire uideatur,quam cum res est adeo seria,ut tacere sit pernitiosum,loqui uero utile,& necessarium. Ideo tunc necessarium erit contra hæreticum disputare: quia error, cui non contradicitur approbatur, & ueritas cum minime defensatur opprimitur. Negligere quippe cum possis perturbare peruersos, nihil aliud est quàm fouere.

Titi. 1.

1.Pe.3.

Nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare. Decreta autem & leges, quæ absolute omnem vñr prohibere de fide disputationem ad solos hæreticos diriguntur, quibus omnis interdicitur disputatio, per quam fidem catholicam oppugnare psumunt, aut de illa dubitare. Nã de hac disputatione intelligendum est dictum Marciani Imperatoris, qđ hr .l. Nemo. C. de summa trinitate & fide catholica. Iniuriam (inquit ille) facit iudicio reuerendissimæ synodi: si quis semel iudicata, ac recte disposita, reuoluere, & publice disputare cõtenderit. Hæc ille. At Catholicus, qui pro his, quæ in synodo definita sunt, disputat cõtra hæreticum, non facit iniuriam synodo, imò exhibet honorem. Hæreticus autem, qui contra synodum pugnat, is facit iniuriam synodo: quia illam errasse contendit. Hæreticis ergo: quia contra fidem sentiunt, de fide disputare inhibet, catholicis autem, qui pro fide pugnant, de fide disputare non prohibet. Vt ergo omnia decreta, & leges, quæ disputationes de fide fieri prohibent, clarius intelligamus, est aduertendum, ꝙ in uera disputatione de fide, quæ est inter Xpianum, & hæreticum, duæ sunt ꝓhibitiones diuersæ iuxta duas personas, quæ ad hmõi disputationem coeunt, uidelicet Xpianus, & hæreticus. Prohibitio Xpiani restricta est ad personas laicas, solis enim laicis, in illo. parag. inhibemus. est interdicta hmõi disputatio. Hæreticis ẽt est interdicta disputatio de fide: & hæc prohibitio est generalis, quo ad personas hæreticoꝝ: quia nulli hæretico permittitur de fide disputare uolens fidem infringere, aut de illa dubitare, præsertim in rebus illis, quæ per expressam ecclesiæ definitionem sunt iam olim determinata. Nam ad solos hæreticos est referendum, quod hr in cap. Maiores. 24. q. 1. Illud. n. capitulum sumptum est ex quadam epl'a Gelasij Papæ, quam ad Epos Dardaniæ misit, qui de Gelasio querebantur, ꝓpea ꝙ Acatium Eutychianæ hæresis fautorem, sine concilio gñali damnasset. Volebant siquidem Epi

Marci. Imper.

illi, ut Acatius prius fuisset ad concilium uocatus, & ibidem auditus, etsi suæ sñiæ rõnem non dedisset, imò, ut illam hæreticam fateretur fuisset conuictus, tunc merito damnaretur, & nõ ante. His Epis Gelasius Papa scribit, probans illos iniustam rem petere, & iuste Acatium sine concilij congregatione fuisse damnatum: quia cum hæresis Eutyciana fuisset iam olim in concilio Calcedonensi damnata, non erat opus ad eiusdem hæresis fautorem damnandum, nouum congregare concilium. Et inter multa, quæ pro hac re in illa epl'a eleganter disserit Gelasius, par: post principium refert ea, quæ recitatur in illo cap. Maiores. Quibus uerbis (ut ex discursu literę facile constat) docet hæreticos, qui in apertam, & præsertim olim damnatam hæresim lapsi sunt, non esse ad disputationem admittendos, sed oportet illos sine ulla disputatione errorem suum reuocare. Quĩ (ut in eadem epl'a Gelasius ait) si ea, quę salubriter decreta sunt, cuiq; liceret iterare, nullum contra singulos quosq; prorsus errores stabile persisteret ecclesiæ cõstitutum, ac semper ijsdem furoribus recidiuis omnis integra definitio turbaretur. Nam si limitibus etiam præfixis posita r: semel synodalium rl'a r: non essent elisę pestes, resumptis certaminibus, contra fundamentum sese ueritatis attollerent, & simplicia quęq; corda percuterent. Quid si subinde fas esset perfidis inire concilium? Cum quęlibet illis manifesta sit ueritas, nunq; deest, quod perniciosa depromat falsitas, tametsi rõne, uel authoritate deficiens sola tñ intentione non cedens. Hęc Gelasius. Quę uerba satis se ipsa indicant, q aduersus hęreticos diriguntur, qui diuersis furoribus incitati firmam fidem disputationibus suis oppugnare conantur, non aduersus catholicos, qui eandem fidem defendere satagũt. Beatus Leo primus huius nominis summus Pontifex solos ẽt hęreticos à disputatione arcet. Nam Epist. 21. Martiano Augusto scribens de Eutyciana hęresi tunc recẽti, sic ait: Aucta igitur per imperialem amicitiam spe cœlestis auxi-

Gelasi.

Leo pp Prius.

lũ,confidentius pietatem ur̃am pro sacro salutis humanę incitate pręsumo,ne cuiuscꝗ procaci impudentięꝗ uet sutia,quasi de incetto quid sequendum sit, si natis inquirı.Hęc ille. Et Epist.22. eidem Martiano Augusto de his, quę in Calcedonensi concilio tractanda erant,scribens ait: Vñ per ip̃m dñm nr̃m Iesum Xp̃m, qui regni ur̃i est author,& rector,obtestor,& obsecro clementiã ur̃am, ut in p̃nti synodo fidem, quam beati p̃res nr̃i ab Ap̃lis sibi traditam pręadicarunt,non patiamini q̃si dubiam retractari,& quę olim maioꝝ sunt authoritate damnata, rediuiuis non permittatis conatibus excitari.Hactenus Leo Papa.In quibus uerbis apertissime constat, eam solam disputationem prohibitam esse uoluisse, per quam firma fides uertitur in dubium,& quod certum est, in illa inquiritur tanꝗ incertum. At cum hęretici sint, qui fidei certitudinem incertam facere suis disputationibus contendunt, & catholici sint, qui firmitatem fidei sua disputatione defendere conentur, consequẽs est, ut soli hęretici sint qui de fide disputare prohibentur,& nõ catholici. Hi.n.soli sunt, qui iniuriam,fidei authoritati,& dignitati faciunt, dum ab ea certitudinem suam amputare conantur, & illam, aut falsam, aut dubiam dicere non uerentur. Vnde beatus Maximus in sermone quodam de pluribus martyribus ait:Magni periculi res est, si post p̃phetaꝝ oracula,post Ap̃loꝝ testimonia, post martyrum uulnera, ueterem fidem quasi nouellam discũtere pręsumas, & post tam manifestos duces in errorẽ permaneas,& post morientium sudores ociosa disputatione contendas. Hęc ille. Hęretici ergo sunt,quibus contra fidem disputare est interdictum, quam si illi, omni prohibitione contempta, suis disputationibus oppugnare non erubuerint; Catholicis non est interdicta eiudem fidei defensio: Imò aliq̃n (ut dixi) est necessaria, & pręcepto iniuncta pręlatis eccłiasticis, qui uelut pastores curam h̃nt arcendi lupos, ne oues morsibus noceant.Cum.n.timetur pp̃t̃ in hęresim labr,ppea ꝙ null

sus est, qui disputatione sua conuincat hæreticos, tūc necessarium esset contra hæreticos disputare. Propterea hoc btūs Athanasius disputauit cnm Arrio, ut illum cōuinceret, aut saltem pp̄ls in fide cōfirmaretur. Propter eandem cām beatus Augustinus toties cum uarijs hæreticis publice disputauit cum Felice Manichęo, cum Feliciano Arriano, cum Pascētio comite Arriano, cū Emerito Donatista. Eadem ratione ductus Lantfrancus Archiepiscopos Cantuariensis optauit publice disputare cum Berengario, ut pūblice conuictus, & confusus non posset pp̄l̄m secretó(ut faciebat) decipere. Sed hanc disputationē cum Lantfranco hr̄e Berēgarius noluit, reformidans uictorię uerecundiam. Hoc cōstat ex p̄fatione cuiusdam opusculi, qđ idem Lantfrancus aduersus Berengariū scripsit. Ob eādem cām btūs Bernardus de claustro, & qete monasterij sui i Burgūdia siti, ad Senonas usq; in Franciam uenire non dubitauit, ut contra Petrum Abailardum pestilentissimum hæreticum pro fide catholica disputaret. Nam etsi prius ab Archiep̄o Senonensi ad rem uocatus uenire renuit, tum quia non sua putabat referre sed Ep̄orꝵ, quorꝵ est ministerium de dogmatibus iudicare: tn̄ cum audiret hæreticum ob hoc superbiorem factū, & audacius exprobrare agminibus catholicorꝵ uirorꝵ, acquieuit amicorꝵ consilio, & ad disputationem uenit: sed hanc hæreticus ipse fugit: & ita Deo uolente factum est, ut hęreticus, qui prius ad singulare certamen btūm prouocauerat Bernardū, ille prius à certamine fugerit. Et ut res sit apertior, placuit hic inferere uerba, quæ de hac re Bernardus scripsit, ep̄l'a 189. Sic.n.ait. Cedens tn̄ licet uix ita ut flerem consilio amicorꝵ, qui uidentes qm̄o se quasi ad spectaculum omnes pararent, timebant ne de nr̄a abs̄ntia, & scandalum pxīmo, & cornua crescerent aduersario, & quia error magis confirmaretur, cum non esset qui rn̄deret, aut cōtradiceret, occurri ad locum, & diem, imparatus quidem, & immunitus, nisi quod illud mēte uoluebam. Nolite

Athan.

Augu.

Lantf.

Bern.

Mat.10 Psa.117. pmeditari qualiter rñdeatis: dabitur.n. uobis in illa hora quid loquamini. Et illud: Dñs mihi adiutor, non timebo, quid faciat mihi hõ. Conuenerant autem preter Epõs, & Abbates, plurimi uiri religiosi, & de ciuitatib⁹ magistri scholarꝝ, et clerici literati mlti, et Rex pñs erat. Itaqꝫ in pñtia omnium aduersario stante ex aduerso, pducta sunt quaedam cap. de libris eius excerpta. Quę cũ cœpissent legi nolens audire exiuit, appellans ab electis iudicibus. Hactenus Bernardus. Ex cuius uerbis apertissime constat qñ, & ubi liceat cum heretico disputare. Cum.n. ex defectu disputatoris, qui contradicat, hæreticus magis inualescit, & populo scandalũ imminet, tunc necessaria est disputatio, ut hæreticus confundatur, & populus in uera fide confirmetur. Sed tunc coràm uiris doctis disputandum est, & non coràm rudi pplo: quia non expedit tam sublimẽ disputationem coràm idiotis iudicibus fieri. Vbi autem ex defectu disputationis nullum imminet populo periculum, consultius fieri existimo, si omnis amputetur disputatio, & iuxta consilium sapientis fiat, qui ait: Ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam, ne efficiaris ei similis.

Pro.26.

Quamuis non sit absolute bonum cum hæretico disputare, est tamen bonum, & sanctum contra hæreticos scribere. Cap. XX.

Forte ex his, quæ praecedenti capi. diximus quisqꝫ colliget non esse ẽt bonum, neqꝫ licitum aduersus hæreticos scribere, putans eandem esse rationẽ uocalis disputationis, & scripturæ, & eadẽ mensura utranqꝫ fore metiendam. Nam de hac re fuit mihi olim cum quodã uiro Græce, & Latine docto non modica contentio. Cũ.n. Brugis in Flandria, ubi ille morabatur, ego tunc essem, & librum, quem aduersus omnes hæreses edidi, tũc pararem, clanculo detrahebat labori meo, dicens me rem prorsus inutilem sumpsisse, & consultius me fuisse facturum, si ab incepto desisterem. Verꝫ (ut sæpe euenire solet) quæ ille clanculo, & me nunqꝫ scituro dicere putauit, amicis audientibus, & tandem mihi referentibus, cognoui.

gnoui. Adij hoīem, rogauiq́; ab illo, nū ipse tale aliquid dixisset. Non potuit negare, qui sibi cōscius erat, coràm multis id dixisse, quoꝝ testimonio poterat cōuinci. Petij deinde ab eo, qua motus rōne ita sentiret, ut tam sancto operi detrahere uellet. Quia multi (rn̄dit ille) opus hoc tuū legentes forte plus laudab ūt hæreses ipsas, contra quas disputas, quā catholicam ueritatē, & audiētes iam olim fuisse illas ab alijs prædicatas, hoc ipso audaciores, easdē hæreses tutandas suscipiēt, quas tu oppugnare conaris. Et sic, cū hæreticos extinguere cupis, hæreticos suscitabis: quia illis scandalum appones, & hæresis occasionē præbebis. At, qui scandalizauerit unum ex pusillis, qui in Christo credunt (ut Saluator ait) expedit ei, ut suspendat mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Ecce uides urgētissimam rōnem, qua ille motus est, ut nō solum inutile: sed ēt noxiū putauerit, scribere contra hæreticos. Et tn̄ uir erat q nimis ambiebat theologus uideri, cū re uera non esset. Deinde absoluto iam libro, quod aduersus oēs hæreses paraueram, & typis excuso, cum ad Hispanias, nataleq́; solum redijssem, non defuere, qui idē mihi exprobrarēt, quod ille in Flandria fecerat. Sed isti neq; uiri theologi erant, nec se theologos existimari (ut ille) ambiebāt. Viri quidem docti isti erant: sed tm̄ leges didicerāt humanas, quas aut Pontificias, aut ciuiles uocant: & ob hoc istis leuius parcendum esse iudico: quia non est mirꝝ, si in ea re, q̄ ad ius suum nō spectat, errauerint. Nam si uiri theologi, & docti fuissent, non improbassent laborem meum, quo aduersus oēs hæreses disputationem ꝓ fide catholica suscepi, imò potius uehemēter laudassent, sicut nunc, Deo authore, cui ego gratias reddo imensas, quotquot ubique terraꝝ sunt docti theologi laudant, & miris efferunt laudibus. Si. n. bene nossent, quod, qualeq́; scandalum sit uitādum, et quale cōtemnendum, nō incidissent in talem errorē, quo putarunt non esse scribēdum contra hæreticos, aut hæreses, nequis hæc legens

mat. 18

scandalizetur, & in eas ipsas hæreses labatur. Nā quod sit aliquod scandalum merito contēnendum, Saluator noster docuit, qn̄ Apostolis dicētibus illi, Phariseos fuisse scandalizatos ppea q ipse dixerat, hominē non coinquinari a' cibo, quod intrat in os, rñdit: Sinite illos, cæci

mat. 15 sunt, & duces cæcorꝝ. Quibus uerbis apertissime Saluator noster illud Pharisæorꝝ scandalum contempsit. Vt igitur huius rei ueritatem clarius demonstremus, opus est, ut scandalorꝝ uarietatē, & quale sit inter illa discrimen obiter tractemus. Scandalum Græce, est offendiculum Latine, & ad mores translatum significat quandam mali occasionem. Vnde Hieronymus exponens illud Matthæi locum: Scis quia Pharisæi audito uerbo

Hier. hoc, scandalizati sunt, sic ait: Et quia crebro teritur in ecclesiasticis scripturis scādalum, breuiter dicamus, qd significet. Scandalum, nos offendiculum, uel ruinam, & impactionem pedis possumus dicere. Quando ergo legimus: Quicūque de minimis istis scandalizauerit quēpiam, hoc intelligimus, qui dicto facto'ue occasionem ruinæ cuiquam dederit. Hæc ille, Tale aūt scandalum bifariam cōtingere solet: quia aut ab aliquo datur, aut nemine dante accipitur: & ob hoc duplici etiā nomine appellatur. Nam quoddam dicit̄ scandalum datum, & quoddam dicit̄ scandalum acceptū. Scādalum datum est dictum, uel factū, quod ex se pbet alteri occasionem ruinæ, hoc est, peccati. Tale scandalum semper est peccatum, & quidē mortale, si ex se est peccati mortalis allectiuum. De hoc scandalo loquutus est Christus cum

mat. 18 dixit: Qui scādalizauerit unum de pusillis istis, q in me credunt, expedit ei, ut suspendat̄ mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Et iterum Væ homini illi, per quem scandalum uenit. Huiusmodi scādalum semper est uitandum, ea lege, & ratione, qua cætera peccata uitare tenemur. Est aliud scandalum, quod dicitur acceptum, & non datum, & est casus, uel ruina, hoc est, peccatum proueniens ex bono fa-

cto, uel dicto alterius, aut saltem ex dicto, uel facto non malo. Hoc scandalum ideo dicitur acceptum, & non datum: quia ex ea re, quæ non est apta ad dandam occasionem mali, aliquis peccati occasionē accipit. Tale scandalum nullus uitare tenetur in alio q̄n scandalum oritur ex re bona, & necessaria ad salutē, ut sunt omnes illæ quæ sub præcepto nobis iniunctæ sunt. Si quis enim scandalizaretur ppea quod in quadragesima abstines à carnibus, aut die Dñica sacrum Missæ officium audis, non ideo aliquid hoꝝ impune omittere potes: imò scādalo illo contēpto quodlibet illoꝝ agere teneris. Nam lex charitatis, q̄ p̄cipit, ut plus te, quàm proximū ames, etiam p̄cipit, ut plus in te quàm in proximo uites peccatum. Peccares aūt, si ea omitteres, q̄ tibi p̄cepta sunt. Ne igit̄ alius p scādalum peccet, ea q̄ tibi p̄cepta sunt omittere non debes. De hoc scādalo intelligit̄ dictum Bedæ, quod ponit̄ in regula: Qui scandalizauerit. extra de regul. iur. Vtilius scandalum nasci permittit̄, quàm ꝙ ueritas relinquat̄. Quæ regula iuxta omnium doctoꝝ tum theologoꝝ, tum canonistaꝝ sñiam, intelligenda est de triplici ueritate, uidelicet, uitæ, iustitiæ, & doctrinæ, ita ut neque ueritas uitæ, neque iustitiæ, neque doctrinæ, sit omittenda pp uitandum scandalum proximi, p̄sertim si talis ueritas sit ad salutē animæ necessaria. Alioq̄ si ueritas illa non sit necessaria, ut contingit in ueritate uitæ, q̄ non est sub obligatione p̄cepti iniuncta: sed solum in cōsilio data, tunc pp uitandum proximi scandalum, quod orietur in illo ex ignorantia, liceret ad tp̄s omittere talē uitæ ueritatem, quousque doceat̄ bonam esse talē rem, neque ullam esse scādali occasionē. Cum aūt iam fuerit proximus edoctus, & clare fuerit illi ostēsum rem talem esse uere bonam, q̄ nullam prorsus habeat in se scandali rōnem, si proximus adhuc scādalizatur, tale scādalum iam est malitiosum: q̄a ex pura malitia, & non ex ignorantia ortum, pp quod uitandum nulla unquam ueritas est relinquenda. Ita interpretantur p̄fatam regulā iuris:

Alexander de Hales.in secunda parte.q.189.membro sexto.Ricardus de Media Villa in 4.sent.distinc.38.art. 10.Adrianus pp̄ in.1.qō.quod liberi. Eodem modo etiā exponit glossa regulam illam licet non tam clare, & apte,& distincte,quantum illi.Hoc ēt differt ab illis,quod glossa uocat ueritatē disciplinæ,illam quam doctores p̄fati appellant ueritatē doctrinæ: nam alioq oporteret fateri glossam non plene assignasse in sua diuisione oēs ueritatis partes,cum omiserit ueritatem doctrinæ, quæ omittenda non erat: sed potius primo loco constituenda,sicut fides prior est charitate. Fit igitur necessario,ne diuisionem,quam glossa assignat,mācam esse dicamus, ut per ueritatem disciplinę intelligamus ueritatem doctrinæ. Regula igitur Christiana est,ut utilius scādalum nasci permittatur,quàm quod ueritas relinquatur. His igitur omnibus p̄missis,peto ab illis,qui sentiunt,nō esse bonum scribere contra hæreses, pp quod aliquis in illo opere legens forte scandalizabitur,ueriorem putās esse hæresim,q̄ reprobatur,quàm illius reprobationē. Quale scandalum erit huius scādalizati,datum,an acceptū? Si dicant esse scandalum datum oportebit eadem rōne illos fateri peccatū mortale esse scribere contra hęreses: qm̄(ut diximus)omne tale scādalū, quod ex se dat peccati mortalis occasionem,est pc̄tm̄ mortale. Cum igit hæresis sit pc̄tm̄ mortale,&(ut supra lib.1.ostendimus) grauissimum,consequens est,ut scriptura contra hæreses,si(ut dicunt)est scandalum datum, sit ēt pc̄tm̄ mortale,& scribens contra eos peccet mortaliter. Si hocilli cōcedant,tunc iterū interrogabo illos,si scripturā suam contra hæreses fautor illius ita secretò eam seruet,ut nullus eam uideat,aut si illam alij legerint, & nullus ex ea scandalizetur,sed potius econtrario multi,qui erant dubij in fide,aut alīs hæretici,per illam reuocentur ad fidē, & in illa confirmētur,an tunc ēt scriptura illa contra hæreses sit dicenda scandalū. Si dicant tunc non esse dicendam pc̄tm̄,neque scandalū,ppea quod nullū scandali-

zauit,& multos ædificauit,sequitur inde,ut neque peccatum sit,neque scandalum datũ dicatur, quãuis multi ex illius lectione scandalizentur. Cõsequentia ista inde est manifestissima,ꝙ opus aliquod,ut dicat scandalum datũ,non pẽdet ex hoc,ꝙ alius scandalizetur ab eo: qa si opus illud est malũ corã aliis factum,siue aliquis ex eo scandalizet̃,siue nõ,semper dicetur scandalũ datũ. Siue quis capiat blasphemię occasionem cum uidet aliũ blasphemantem,siue nõ: blasphemia publice facta semper dicitur scandalum datum. Necessaria igitur est consequentia,ut scriptura contra hæreses non dicatur scandalum datum,quamuis multi ex illa capiant occasionem ruinæ,si non est dicenda scandalum qñ nullus ex ea scãdalizatur. Si uero dicant talem scripturam contra hæreses dicendam esse peccatum mortale ẽt si nullus eam legat,et esse scandalum datum quamuis legentes in illa non scandalizentur ex ea,oportebit eos fateri, beatum August. beatum Hieronymum,& beatum Irenæũ peccasse mortaliter, pro eo quòd multas aduersus hæreses ediderunt scripturas, & tales illoꝶ tractatus, quos aduersus hæreses ediderunt, oportebit dicere esse scandalosos: qm̃ etiam per illos tractatus poterit aliquis scandalizari,ita ut ipsas,quas illi sancti damnarunt hæreses, eligant magis,quàm catholicam ueritatem. Qui hoc cõcedere non dubitauerit,cogetur etiam damnare totam ecclesiam catholicam,ꝓpea quòd illa non damnauit unquam tales tractatus neque unquam uiros fideles ab illoꝶ lectione prohibuit. Non credo esse aliquem tam dementem,ut dicat sanctos uiros ob hoc peccasse mortaliter,quòd contra hæreses scripserunt,& ecclesiam errare,ꝓpea quod illa sanctoꝶ uiroꝶ tractatus, quos illi aduersus hęreses scripserunt,legi permittit. Siquis tñ fuerit tam effrons,ut hoc cõcedere non uereatur, deducam illum in multo acerbiores angustias, & in maxima, quæ fingere possumus uiro Christiano in cõuenientia. Nam qui hæc dicit necessario cogetur fateri Euangelistas in

scriptura suorum Euangeliorum, & Paulum in suis Epistolis errasse: quoniam omnes hi scripserunt aliquas peruersorum hominum hæreses, et quamuis Euangelista, aut Apostolus eas damnauerat, non tamen defuit qui illas postea sit tutatus. Aperta est Saducæorum hæresis negantium resurrectionem, quæ à Christo, Saluatore nostro, Mattheo, Marco, Luca referentibus, damnata est. Certum est tamen multos fuisse postea hæreticos, qui in hanc eandem hæresim lapsi sunt, & utinam non sint hodie etiam plures, qui eidem hæresi faueant, putantes nihil reliquum esse post hanc uitam. Paulus apostolus in priore ad Timotheum Epistola damnat duas hæreses, unam, quæ prohibet nuptias, alteram, quæ damnat certas aliquas ciborum species: quas hæreses nullus (quod sciam) fidelis homo ante tempus Pauli docuerat: sed quia spiritu prophetico præuidit futuros esse aliquos, qui illas docerent, ideo tempestiue præmonuit, ut ab illis caueremus. Si Paulus de hæresibus futuris præmonuit, scribens illas, & damnans ante illarum ortum, multo efficacius, & uehementius scripsisset contra illas, quæ iam fuissent ortæ, sicut & fecit contra eas, quæ suo tempore sunt ortæ. In epistola ad Galatas ex professo disputat contra illos, qui dicebant ceremonias, & sacrificia ueteris legis esse necessaria ad salutem in lege Euangelica. Hoc idem contendit in epistola ad Hebræos. Potest tamen fieri, ut quis has Pauli Epistolas legens, eligat magis hæreses, quas illic Paulus damnat, quàm catholicam ueritatem. Nam Ebion, & Cerinthus, & Samsæi, & Elcesæi hæretici non obstante Pauli sententia ueteris legis ceremonias dixerunt esse necessarias in lege Euangelica. Quis ergo erit tam demens, ut censeat delendas esse epistolas Pauli, redenda esse Euangelia, ne forte quis illa legens in eas incidat hæreses, quæ illic damnantur, aut in alia uitia, quæ illic reprehenduntur? Ex his omnibus colligo, quod ille, qui contra hæreses scribit, non solum non peccat in hoc: sed bene agit, nec talis scriptura est peccatum, imo potius opus bonum, et per consequens non est dicendum scandalum

mat.22 mar.12 1.Ti.4

datum, licet aliquis per illam scandalizetur. Praeterea si cut pôt quis per hmôi scripturam scandalizari, sumens ex illa occasionem assentiendi alicui haeresi, ita econtrario pñt multi per illam scripturam ab haeresi, in quã forte fuerant lapsi ad fidem catholicam reuocari, & q forte erant dubij, & nutantes in fide confirmari, & uerisimile est hoc multo frequentius contingere, quàm illud: qa in tali scriptura fides catholica laudatur, haeresis reprehenditur, & damnatur pro fide catholica illic pugnatur, & haeresis expugnatur. Cum igitur boni, & Catholici non solum possint ex hmôi scriptura persuaderi ad confirmationem fidei: sed ultra hoc urgeantur, & quasi compellantur ad illam, consequens est, ut si quis talem scripturam contra hęreses disputantem legens in aliquã illarũ hęresum illic damnatarũ labatur, nõ tribuatur hoc malitiae scripturae: sed potius malitię ipsius legentis qui scriptura abusus est, cum id probet, & bonũ iudicet, qđ illic legit esse malum, & reprobatum. Si gallinam aut caponem, aut arietem serpens comedẽs uertat in uenenũ, quis dicet esse cibi culpam, & non potius serpentis, qui ob suae complexionis malitiam id quod natura sua erat salubre, uertit in uenenũ? Idem prorsus cẽsendum est de illo, qui legens eos tractatus, qui contra haereticos scribuntur, ipsas haereses quas illic uidit rep̃hendi, & dãnari, magis eligit quàm catholicam ueritatem. Ex his omnibus apertissime colligitur illum, qui cõtra haereses scribit, non solum per hoc non peccare: sed bñ agere, nec talem scripturam esse dicendam peccatum: sed opus bonum, & meritorium, & per consequens non esse censendam scandalum datum, quamuis aliquis per illam scandalizetur. Quia tale scandalum non a' scriptura oritur, q̃ ex se bona est, cum mala sit haeresis, quae per illam reprehenditur: sed a' malitia ipsius legentis procedit, qui abutitur bono. Tale igitur scandalum censeri debet acceptum, & non datum: quia ille culpa sua uoluit offendere, cum tñ fuisset de offendiculo pręmonitus. Ille per pro

priam malitiam uoluit illi adhærere sñiæ, de qua fuerat monitus esse hæreticam, ut caueret ab illa. Hoc tale scãdalum nullus euitare tenetur, qm̃ de hoc (ut diximus) intelligitur illa iuris Christiani regula, quæ ait: Vtilius scãdalum nasci permittitur quam quod ueritas relinquatur. Siquis. n. a me de fide Catholica doctus, & de hęresi, ut ab illa caueat monitus, in hęresim ipsam labatur, illius erit culpa, non mea qui illum monui. Ex quo apertissime colligitur nullo modo esse prętermittendam doctrinam fidei catholicę, ut euitetur error ĩ proximo, qui ex propria culpa errat. Nam aliàs eadem rõne oporteret prędicatores uerbi Dei nõ reprehendere uitia in publica concione, et confessores nõ interrogare de illis pœnitentes in secreta confessione, cum possit contingere, ut quis peccata, quæ forte ignorabat inde discens, occasionem sumat appetendi, & tandem ppetrandi ea, quæ nunquam antea commiserat. Eadem rõne medicus non deberet monere infirmum de cibis noxijs, ut caueat ab illis, qm̃ sæpe contingit, ut post prohibitionẽ ardentius illos cibos appetãt, quos si comederint, forte morietur. Tamen si hoc contigisset, nullus sanę mentis ob hoc exprobraret medico: quoniam monuit infirmum, imo potius illo inculpato in ipsum infirmum totam reijciet culpam: quoniam noluit obtemperare medico consulenti: sed suę innitens prudentię, mortem sibi asciuit. Si medicus corporalis monens infirmũ, ut caueat à noxijs cibis bñ agit, consequens est, ut medicus spiritualis monens alios, ut à doctrinis noxijs, abstineãt, tanto melius agat, quanto aĩa melior est corpore, & quãto grauiores sunt animi morbi, quàm corporis. Rursum, nunquam bonũ aliquod omittendum est pp euitandum scandalum pximi, quod in illo oritur ex propria illius malitia, quãuis (ut diximus) liceat ad tp̃s omittere, ad uitandum scandalum, quod oritur, ex ignorantia: quia tũc tandiu omittere oporteret bonum opus, quousq; ille de ueritate doceatur. Hoc ita esse testimonio redemptoris nr̃i proba

tur,qui postquã docuerat pharisęos, apostolos nõ peccare,eo quòd non lotis manibus manducabant,& dicẽtibus illi Apostolis,pharisęos ob hoc fuisse scandalizatos,rñdit. Sinite illos,cæci sunt, & duces cęcorꝫ. Quibus uerbis Christus redemptor noster apertissime contempsit tale pharisęorũ scandalum, eo quòd oriebatur ex pura illorꝫ malitia,cum ab illo de ueritate ędocti ipsam apprehendere nolebant.Vnde Theophila. pręfata saluatoris uerba interpretans,ait: Hinc enim discimus, quod offendi illos,qui sponte offenduntur,& incurabiles sunt, non est nobis damnosum.Hæc ille.Et idem super Lucam declarans miraculum de Hydropico,quem Dñs Sabbato sanauit,sic ait:Porrò cũ in medium uenisset Hydropicus,non hoc consyderauit Dñs, quomodo non offenderet multos: sed quomodo sanaret eos, qui cura sua indigebant. Oportet.n.nos ubi magna prospectat utilitas,non curare insipientes,qui scandalizantur. Hæc Theophilactus. Scandalum illorum, qui legentes tractatus aduersus hæreticos editos, in ipsas hæreses labuntur,ex propria illorꝫ malitia oritur, & non ex ignorantia: quia cum ueritas fidei sit illis aperte declarata, illam contemnunt,& errorem ibidem dãnatum eligunt. Consequens igitur est,ut iuxta Saluatoris nostri doctrinam)tale istorꝫ scandalum,qui sponte sua scandalizantur,sit contemnendum,& propter illud uitandum non debeat quis omittere,scribere contra hæreses. Deinde quàm uanum,& futile sit hoc inconueniens,quod isti offerunt contra libros, qui aduersus hæreses scribuntur, apertissime ostendit Paulus in Epistola ad Romanos,in qua de bonitate legis Mosaicæ disputat,ostẽdens eam non ita bonam fuisse, ut Iudæi putabant: quia non poterat iustificare homines,ut illi credebant. Et tandem ostendens quid boni lex haberet,ait: Per legem enim cognitio peccati. Hoc ideo dixit: quia aliqua sunt peccata,quæ nesciremus esse peccata:nisi lex docuisset nos illa esse peccata. Ideo iterꝫ in eadem Epistola ait: Pec-

mat.15
Theo.
Lu.14
Rom.3
Rom.7

catum non cognoui nisi per legem. Nam concupiscentiā nesciebam, nisi lex diceret. Non concupisces. Hac igitur lege data, & per illam peccati cognitione habita, ortū est inde, ut homines ipsa pctā, quæ intellexerunt esse per legem prohibita, magis appeterent. Et ideo ipse in eadē Epl'a dixit: Lex subintrauit, ut abundaret delictum. In quibus uerbis illud aduerbium, ut, non est capiendum ī significatione causæ finalis: sed quatenus significat con sequutionē effectus. Non. n. ad hunc finem dedit Deus legem, ut homines magis peccarent: sed ut meliores fie rent. Data tñ lege homines exarserunt in maiorem appetitum earꝝ rerꝝ, quæ per legem illis erant prohibitæ. Nam (ut ait Poeta) Nitimur in uetitū semper, cupimusq; negata. Et idem Paulus in eadem Epistola hoc ipm ait, sic inquiens: Occasione accepta peccatum per mandatum, operatum est in me oēm cōcupiscentiam. Et postquam alia multa ad idem propositum ibi Paulus dicit, cōtra seipsum arguit, sic inquiens. Quid igitur dicemus? Lex peccatum est? Hoc Paulus sibi opponit, quia forte aliqui putare potuissent, legē esse malā, & melius fuisse talē legem non fuisse datam, cū ex illa multi (ut dictum est) occasionem acceperunt magis peccandi. Sed huic obiectioni rñdet Paulus absit, Sed pctm̄ non cognoui: nisi p legem. Et paꝝ infra. Sine lege. n. pctm̄ mortuum erat. Ego aūt uiuebam sine lege aliqñ. Sed cum uenisset mandatum, pctm̄ reuixit, ego aūt mortuus sum, & inuē tū est mihi mandatum, qđ erat ad uitā, hoc esse ad mortem. Nā pctm̄ occasione accepta per mandatū seduxit me, & p illud occidit. Itaq; lex sctā quidem, et mandatū sanctum, & iustum, & bonum. Quæ uerba interpretās Anselmus in commentarijs super Epistolas ait: Peccatum itaque non legitime utens lege, ex prohibitione au cto desyderio, dulcius factum est, & ideo seduxit, uel fefellit. Hæc ille. Et Theophilactus eadem Pauli uerba exponens ait. Legi nanque mens erat, ut ad uitam traduceret, eoq; & tradita est; at si ex ea mors ipsa deflu

Rom. 5

Hora.

Ro. 7.

Ansel.

Theo.

xit,non est ppea illa culpanda: sed pctm.i.impetus ille, qui ad malum fertur,& corruptus, & uoluptuarius animus,quin potius,ut proprius loquar, uoluptas me ipsa seduxit,occiditq; sub mandati prætextu. Hęc Theophilactus.Paulus ergo censet legem fuisse bonam,& bonũ fuisse talem sanxisse legem, quãuis ex illa homines sumpserunt occasionem pluries,& ardentius peccandi: qm̃ hanc mali occasionem non præbuit illis lex, quæ bona erat: sed ipsi per propriam malitiam sumpserunt ex lege occasionem.Et ideo caute Paulus in præfatis uerbis loquutus est dicens. Occasione accepta p mandatum, & non dixit,occasione data per mandatum. Qm̃ lex,q̃ bona erat,non poterat illis alicuius mali occasionem p̃bere:sed ipsi homines : quia mali erant, ex eo,quod bonum erat mali occasionem sumpserunt. Ad eũdem modum nos dicamus de scriptura Catholica contra hæreses edita , quemadmodum Paulus de lege dixit : Occasione accepta hæresis per scripturam Catholicam seducit insipientes,& fallit illos. Quid igitur dicemus? Scriptura illa pctm̃ est?Absit. Sed scriptura sancta est,& opus sctm̃,& iustum,& bonum. Deniq;, ut iam concludamus,si ut uitetur insipientium spontaneum scandalũ, uitanda est scriptura contra hæreses, oportebit eadem rõne uitare omnia sctõꝝ uiroꝝ opera: qm̃ uix ullũ mediocris magnitudinis opus illoꝝ reperies, in quo non recitetur aliqua hæresis,& damnetur. Nam tanto odio hæreses sunt persecuti,ut semper occasionem quęsisse uideantur,qua aduersus aliq̃ illaꝝ pugnare possent. Forte aliquis mihi obijciet id, quod præcedenti capit. diximus,non esse bonam publicam aduersus hæreticos uocalem disputationem: nisi ubi necessitas urgeret, & ita forte eadem ratione colliget non esse etiam bonum disputare per scripturam aduersus illos. Sed hanc obiectionem nullius prorsus esse momẽti facile quisq; intelliget,si consideret,quàm latum sit inter uocalem,& scriptam disputationem discrimen. Vocali siquidem dispu

tationi,& publicæ, omnes adesse pñt, & omnes ad illā audiendam certatim concurrunt tam idiotæ, quàm uiri docti. Scriptam autem disputationem non legunt, nisi uiri docti, & ideo scripta disputatio reputatur secreta, & non publica. Vocalem autē disputationem secretò,& coràm solis uiris doctis fieri posse cōcessimus, sicut nūc de scripta disputatione concedimus. Deinde in uocali disputatione idiotæ, qui adstant, & si snīas non intelligant, iudicare tñ de ipsa disputatione contendunt. De disputatione autem scripta raro aliquis iudicat, nisi uir doctus: qm̄ uix aliquis (ut dixi) nisi doctus ille sit, illam legere curat,& si legerit non intelliget, ac proinde, nec iudicare pñt. Ad hunc modum sancti uiri distinxerunt doctrinas, quæ uoce, aut scripto dantur: qm̄ cum prædicatores uerbi Dei admoneant, ut iuxta auditoꝝ capacitatem sermones temperent, ita ut de rebus sublimibus coràm populo rudi non disserant: ipsi tñ, qui hæc consulunt, in suis operibus sæpe de rebus sublimibus scripserunt: qm̄ putabāt illa opera à uiris idiotis non fore legēda,& ita non putarunt idem īminere periculum ex scriptura, quod certum erat oriri posse ex uocali prædicatione. Propter hanc eandē cām censeo uitandos esse eos libros, qui lingua uulgari contra hæreticos disputant: qm̄ talis scripta disputatio in lingua uulgari edita tam publica est, & adeo exposita est iudicio hominum idiotaꝝ, ac si publica uoce fieret. Merito igitur laudandus est cōis regni Castellæ senatus, qui poblico edicto prohibuit ne tales libri contra hæreticos editi in linguā uulgarem transferrentur,& de aliquibus, qui iam translati erant, præcepit sub grauibus pœnis ne uenderentur.

Quòd hæreticus si resipuerit est ab ecclesia misericorditer recipiendus. Cap. XXI.

Hæreticum hominem si resipuerit solet pia mr̄ ecclesia, quæ spōsi sui dulcissimi uestigia sequitur, extensis (ut aiunt) ulnis recipere. Imitatur siquidem sponsum suum, qui (ut ait Paulus) uult omnes homines saluos fieri, &

1. Ti. 2.

ad agnitionem ueritatis uenire. Eũ, qui uenerit ad me, inquit Saluator nr̃, nõ eĳciam foras. Iustum est ergo, ut ecclesia illius sponsa non eĳciat foras eos, qui ad Xp̃m redire uoluerint. Deus per Hieremiam prophetam Iudæorũ synagogæ, quæ cum amatoribus multis per uarias idolorũ culturas fuerat fornicata, promisit se illam recepturũ, si ad illum reuerteretur, ergo oportet, ut ecclesia filios, qui ab eius gremio per hęresim recesserant, recipiat, cum ad illam reuertuntur. Contrarium tñ sensit olim Nouatus, à quo Nouatiani hæretici sunt dicti, qui in tantam prorupit insaniam, ut non fuerit ueritus docere, non esse dandam lapsis pctõrũ indulgentiam, siue remissionem. At ecclesia spiritu Dei illustrata intelligit bene, quàm crudelis, & quàm à diuina misericordia aliena sit hæc snĩa, & ꝓpea ip̃m Nouatum damnans lapsis indulgentiam promittit, & tribuit. Imò blandius uelut pia mr̃ amplectitur eos, quos nunc lucratur, & de illis multo amplius gratulatur, quàm de illis, quos nunquã amiserat. Agnoscit.n.illa, ꝙ sponsus suus est ille bonus pastor, qui errantem ouem non interfecit, non percussit: sed gaudens super humeros suos imposuit, & ad ouile perduxit, & tandem conuocatis amicis, congratulari sibi ab illis petĳt, eo qđ ouem, quam amiserat inuenit. Deinde pr̃ ille Euangelicus filium suum prodigum de pastu porcorũ, & lõginqua regione, in quam abierat ad se reuertentem non reiecit, neq; illi exprobrauit ꝓdigalitatem, aut ulla iniuria illum affecit: sed ut uidit illum pr̃ eius à longe, misericordia motus est, & accurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eum: & dixit ad seruos suos. Cito proferte stolam primam, & date anulum in manum eius, & calciamenta in pedibus eius, & adducite uitulum saginatum, & occidite, & manducemos, & epulemur: quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit, perierat, & inuentus est. Sic pr̃ cœlestis iudicat sic emendat, sic peccanti filio dat oscula, non flagella, ut pote qui non uult mortem pctõris: sed ut conuertatur, et

Ioan. 6

Hier. 3

Luc. 15

Ibidẽ.

uiuat. Licet hæc filij Prodigi parabola de omni pctõre soleat intelligi, mihi tñ magis de illo, qui in hæresim lapsus est, intelligenda vr̃, quam de fideli, qui aliud crimen lætale cõmisit. Fidelis siquidẽ adhuc est in domo p̃ris, ppea q nondum ab ecclesia quæ Paulo testante, domus est Dei, recessit. Hæreticus uero, qui se ab ecclĩæ catholicæ consortio separauit, domum reliquit p̃ris & tãto longius abijt, quanto fide deserta in plura se immersit uitia. Ad domum p̃ris reuertitur, cũ relicto errore, quo fuerat ante deceptus fidem catholicam suscipit per quã iterũ in ecclĩam, unde exierat, intrat. Sed hunc talem p̃r cœlestis cum gaudio suscipit, & magis super illum lætatur, quàm super seniorem filium, qui domi manserat. Qui fit igitur, ut mr̃ non eodem gaudio suscipiat reuertentem filium, quo illum suscipit p̃r? Erit'ne sponsa contraria sponso suo, ut qđ sponsus suus benigne, & cũ gaudio suscipit, illa cum austeritate rejciat? Absit. Nihil.n. ex his, quæ ad fidem, & mores spectant, ecclesia agit, nisi prout à Deo sponso suo regitur, & docetur. Male igitur eos agere conuincitur, qui hæreticis reuertẽtibus ad ecclesiæ consortium, aut Iudæis, uel Sarracenis ad uerã fidem conuersis exprobrant præteritam infidelitatem, & illos ob hoc iniurijs afficiunt, cum potius deberent illos benigne tractare, dulciter alloqui, charitate, & amore psequi, ut his retinaculis illos in fide suscepta melius conseruarent. Et forte qui illos acerbe & cum austeritate tractant, hoc faciunt, ut illos fidei susceptæ pœniteat. Ideo Dñs in lege ueteri sub quadam figura, quẽadmodum reliqua, quæ in illa lege fuerunt dicta, præcepit, ut hmõi hominibus non inferretur iniuria, neq; præteritũ uitium quis illis exprobraret. Sic.n. in Leuitico ait: Si moratus fuerit aduena apud uos, non exprobretis ei. Vitium aduenæ præcepit non esse illi exprobrandum. sed ut tanquam indigena ab illis æstimaretur. Aduena est inter Christianos quisquis à Iudæorũ, uel Sarracenorũ ritu ad Christianismum uenit, huic tali pręcepit Dñs, ut

1. Ti. 3

Leu. 19

nullus exprobraret aduenæ notam, nullus ex hoc illi iniuriã faceret, q ante Iudæus aut Sarracenus fuerit. Nullus in illo considerare debet, sicut neq; Deus cõsiderat, quod ante fuit: sed quod nunc est. Vñ Ambrosius ait: Cum renũciatur improbitati, statim adsciscitur uirtus. Egressus.n. malitiæ, uirtutis operatur ingressum, eodeq; studio, quo crimen excluditur, innocentia copulatur. Hæc Ambrosius. Et hũr hæc uerba in cap. Cum renunciatur. 32. q. 1. Eos uero, qui contra hanc Dñi legẽ facientes, austere, et improbe tractant nouiter conuersos, rep̃hendit Dñs per Ezechielem prophetam dicens: Aduenam opprimebant calumnia absq; iudicio. Quæ uerba interpretans Hieronymus in cõmentarijs ait: Aduenam quoq;, & peregrinum, qui nõdum eius ecclesiæ fuerat effectus: sed tñ auditor, & hñs initia fidei, opprimebãt calumnia: ut postq; circuissent mare, et aridam, facerẽt unum proselytum & facerent eum filium gehẽnæ. Hæc Hieronymus. Iustius est ergo, ut qui à Iudæis, siue Sarracenis, siue hæreticis, eorũ erroribus desertis, ad fidem ecclesiæ catholicæ conuertuntur, benigne recipiantur, dulciter tractentur, ne nimia austeritate deterriti, à cœpta fide recedant: sed potius benignitate, & blãditijs sanctis allecti, in fide, quam semel susceperũt alacriter perseuerent. Et si quis ex his Xp̃ianis recentibus, & nouiter à Iudaismo, aut à Sarracenis conuersus, in fide errare contingat & postea errorem suum cognouerit paratus corrigi, dico hunc talem esse cum maiori misericordia, & leuiori pñia, quàm alius ex ueteribus Xp̃ianis recipiẽdus: præsertim si ex ignorantia illum errasse constet, & non ex malitia: utputa, quia non fuerat plene de fide instructus. Neq; obstat capit. contra Xp̃ianos. de hæreticis. lib. 6. quia cap. illud intelligitur de pertinacibus, & qui non sunt parati ab errore suo corrigi. Si tñ ueræ contritionis signa oñderint, & ad unitatem ecclesię redire uoluerint, benigne recipi debent: quia ignorantia, & aliqñ infirmitas illos excusat. Ne igitur hoc excusationis uela

Ambr.

Ez. 22

Hier.

mine malitiam suam semper tegere procurent, necessarium esset, ut hmõi nouiter conuersis Christianis tps aliquod, & nõ nimium breue præfigeretur, in quo ea, quæ ad fidem catholicam pertinent, discere tenerētur, & magistri qui illos docerent, darentur: qm̃ nisi id fiat, etiam si postea errent, merito se excusare poterunt dicentes: Nemo nos conduxit. Veɼ ne quis ex his, quæ diximus ansam erroris capiat, putans hæreticũ hoīem quotiescũq; resipuerit, esse semper ad misericordiam recipiendum, oportuit de hac re admonere lectorem, ut intelligat bifariam posse contingere, ut hæreticus ad fidem conuersus ab ecc̃lia recipiatur. Vno modo, ut recipiat̃ ad solam animæ suæ salutem: alio modo, ut non solum ad aīæ: sed etiam ad corporis salutem recipiat̃. Primo mõ dicimus hæreticum quocunq; tpe pœniteat̃, ẽt si relapsus fuerit esse semper recipiendum ad pñiam, ut salutem animę assequi possit. Nam pñia (ut Augustinus ait) etiam si in ultimo uitæ hiatu aduenerit, saluat, & liberat. Et in ca. sup eo. de hæreticis. lib. 6. docetur, relapso hæretico non esse neganda pñiæ, & Eucharistiæ sacra si illa humiliter petierit, & manifesta pñiæ signa in eo appareant. Secũdo modo, hoc est, ad corporis, & animæ utilitatem, nõ semper oportet hęreticum recipere, neq; semper ecc̃lia illos recipere uult. Et merito hoc ecc̃lia facit: quia si semper illos reciperet, ut illos in uita, & aliis bonis tpalibus seruaret incolumes, in multoɼ perniciem (ut lib. 2. longius docebimus) hoc cederet. Quos ãt hr̃ticos, & qñ ad corporis, & aīæ salutē ecc̃lia recipiat sequēti ca. docebim⁹.

Quod hæretici primo ad fidem redeuntes, non sunt omnes pariter, & cum æquali misericordia recipiendi. Cap. XXII.

Quamuis omnes hæreticos, qui semel tm̃ in hæresim lapsos fuisse, deprehēsi sunt, cum ad fidem catholicam redeunt, recipiendos esse diximus, non tñ omnes cũ eadem benignitate tractare oportet: sed iuxta uarietatem criminis, & pꝓportionaria illis impendetur misericordia. Nam pro mensura peccati, p̃cepit Deus, ut fiat

Deut.

fiat plagarū modus. Hæc autem uarietas in multis cōsiderari debet,& primo an is,qui in fide errauit, sponte, & sine alicuius accusatione uenit, an post quam fuerat accusatus. Multum siquidem interest,an libere an ex metu aliquid agas. Siquis in fide errauerit, & postea pctm̄ suum agnoscens sine alicuius accusatione,aut denunciatione sed sponte sua ad inquisitores hæreticorū accesserit,& se coram illis de sua hæresi accusauerit, & misericordiam petierit, erit absq; dubio, cum benignitate,& misericordia recipiendus. Et sine alicuius infamiæ nota, pnīa aliqua secreta iuxta hæresis,& personæ q̄litatem illi imponitur. Neq; in hoc tali est considerandum ex tpe suæ cognitionis,& confessionis aliquod discrimē: ut puta, si ante tps grāæ ab inquisitoribus concessum,uenit uel post. Solent.n.inquisitores hæreticorū cum primum oppidum aliquod uisitant, ut de hæreticis inquirāt, edicta proponere, & pp̄l'm per prædicatores monere, ut siq̄s in illo fuerit in hæresim aliquam diabolo suadente lapsus, infra talem, aut talem terminū, puta hebdomadā, uel mensem, errores suos recognoscant,& se errasse humiliter corā illis fateantur: alioqui si hoc illis p̄signato termino iam transacto, deprehensi fuerint, uelut hæretici punientur. Hic illis p̄fixus,& concessus terminus, solet uocari tp̄s gratiæ: quia ex gratia, & non ex necessitate illis concessum est tp̄s ueniæ, uel misericordiæ, quia si illo tpe uenerint, uenia illis dabitur,& misericordia. Quocunque igitur tpe quis ueniat, siue intra tp̄s gratiæ, siue postea, modo sponte sua,& sine aliqua accusatione, aut citatione ille ueniat, semper est cū misericordia recipiendus. Et potest hoc etiā probari à simili per id, quod hr̄ in.c.Si tibi absenti, paragrapho antequam.de pꝑbendis. lib.6. Si uero aliquis non spōte sua: sed accusatus, & uocatus, ad inquisitores uenerit,& pctm̄ suum fuerit corā illis confessus, tunc hanc oportet hr̄e imprimis considerationē, an uidelicet ille intra tp̄s gratiæ uenerit, an post. Si quis de hæresi accusatus pctm̄ suum antequam ad iu

dicium uocetur, agnoscat & illud humiliter fateatur intra tps gratię, dico illum esse misericorditer recipiendũ, et cũ delicti sui uenia, siue ille sciat se esse accusatum, siue non. Nam alioqui ego nõ possum intelligere, quibus illud tps gratiæ prodesse possit: qm̃ illis, qui spõte sua ueniunt, & mere libere, nihil certe prodest, cum hi etiam si post tps gratię iam elapsum uenerint (ut nunc diximus) sunt admittendi. Fateri igitur oportet tps illud gratiæ, aut nullius prorsus esse momenti, aut necessario ualere illis, qui post accusationem uenerint. Imponetur tñ istis pœnitẽtia digna iuxta suorꝫ criminum qualitates. Si aũt post tps gratię elapsum quis accusatus, & uocatus accesserit, & crimen suum tunc fuerit corã inquisitoribus confessus, dubium est inter doctores, an sit recipiendus.

Archi. Nam Archidiaconus in. c. ut cõmissi, paragrapho necnon, de hæret. lib. 6. dicit hunc talẽ non esse recipiẽdum, & remittit ad notata in. l. 1. C. de his qui latro. occul. Do

Domi. minicus eodem loco recitat hanc Archidiaconi opinionem, & illam nec oppugnat, neque confirmat: sed sola

Host. illius relatione contentus pertransit. Hostiensis uero in summa, tit. de hęret. dicit hęreticum antequam sit conuictus, semper esse recipiẽdum. Nam in paragr. Qualiter deprehendatur. sic ait: Si confitetur uocatus timore probationis, & iudex uideat ipsum cõtritum, & speret de conuersione sua, potest ei parcere iniuncta pnia salutari. Et parum infra ait: Si uero negauerit, & conuictus fuerit, cõdemnari debet per ecclesiasticum iudicem, ad quem hoc pertinet, ut in. c. Ad abolendam, paragra. 1. extra de hęreticis. Et in parag. Quando, & qualiter eccłiæ reconcilietur dicit, quòd post condẽnationem statim si ne aliquo interuallo posset reconciliari authoritate epi, ex interuallo aũt non nisi authoritate Papę. Et dñs Car-

Card. dinalis in clement. Ad nostram, parag. pen. de hęret. dicit, quòd si postquam negauerit, sit conuictus, non admittatur ad hmõi reuocationem erroris, ut per illã mortem euadat. Quia qui expectauit, ut per ꝓbationes con

uinceeretur,& conuinctus redit,non hoc facit in contine ti,nec sponte: quia uidetur timore probationũ fecisse. Glossator aũt decretalium docet, quòd ẽt post condẽnationem sit recipiẽdus, si tunc sponte illum redire cognoscatur. Hoc dicit in cap. Ad abolendam, parag. præsenti. in uerbo: recurrere. & in. c. pen. de hęr. parag. si qui autem. in uerbo: deprehensi, & ibidem probare nititur hanc suam opinionem, sic dicens: Quia ecclesia nõ claudit gremium redeuntibus ad ipsam. C. de sum. trin. inter claras. circa finem, & delicti ueniam petẽtibus damus. C. eod. tit. Manichęos. Hæc in glos. Panormitanus in. 1. c. excõicamus, parag. damnati. eod. tit. quamuis recitat opinionem Archidiaconi, huic tñ magis fauet. Et ꝑ hac opinione ille adducit tex. in. c. Accusatus. de hęret. lib. 6. In quo cap. solos relapsos sine misericordia dicit esse puniendos. Dicit ergo Panormitanus hãc opinionem esse tenendam: quia mitiorẽ, & probat per regulam: Odia. & per regulam: In pœnis. de reg. iu. lib. 6. Ecce uides tres doctissimoꝝ uiroꝝ opiniones, quaꝝ duę sunt extremę, alia uidelicet Hostiensis, q̃ quodã modo mediat. Quid igitur ego homo theologus faciam, ubi tot magni gigãtes pugnant? Dicere enim possem id, quod Virgilianus ille rusticus dixit. Pano.

Non est meũ inter uos tãtas cõponere lites. Virg.

Dicam tñ ingenue, quod nulla istaꝝ opinionum absolute, et ex omni parte mihi placet. Nec miretur quis, aut me arrogantem, & superbum dicat, ꝑpea quòd ego hõ theologus in materia iuridica contra uiros iuris canonici peritissimos pugnare audeam: sed magis consideret, obsecro, nullum esse, aut fuisse unquam tam doctum hominem, qui sensu pure humano scribens non errauerit aliquando, iuxta id, quod in uulgari prouerbio dicitur: Bonus quandoque dormitat Homerus. Consideret etiam id, quod Iuuenalis ait.

Veniet de Gente togata
Qui iuris nodos, & legum ęnigmata soluet. Iuuen.

Sed his omiſſis (ut ad ſcopum noſtram reducā orōnē) pro clariori huius rei illuſtratione, oportet negotiū hoc trifariam conſiderare iuxta tres gradus, per quos ad hæretici punitionem ſolēt iudices procedere. Primo enim hæreticus accuſatur, & uocatur. Secundo per teſtes idoneos de hæreſi cōuincitur. Tertio damnatur, & deinde punitur ea pœna, ad quā damnatus fuerat. Si hæreticus accuſatus, & uocatus antequam ſit de crimine ſuo conuictus, poſt tp̄s gratiæ pc̄tm̄ ſuum agnouerit, dico cum Hoſtienſi illum talem eſſe cum ſalutari pnīa ad miſericordiam recipiendum, ſi iudex agnoſcat illum de pc̄tō præterito dolere, & de emendatione illius bonam hēat ſpem. Nam hic talis cum non ſit uere, neque ulla iuris fictione relapſus, neque poſſit uere dici incorrigibilis, cū errorem ſuum nulla pertinaci animoſitate defendat, nō eſt cur ad mortem poſſit damnari, aut iudici ſeculari tradi. Iura ſiquidem neminē niſi incorrigibilē, & relapſum iudici ſeculari tradi præcipiunt. Cum ergo iure nō ſit iſti denegata miſericordia, intelligitur conceſſa. Imponetur tñ illi ſalutaris pœnitentia, in cuius impoſitione, ut plena ſeruetur iuſtitia, conſiderare oportet hæreſis, & perſonæ qualitatem, an uidelicet hæreſis illa, in quā lapſus eſt, ſit contra illum fidei articulum, quem expreſſe ſcire tenebatur. Nam (ut alīs ſupra me dixiſſe memini) nō omnes ad omnia credenda pari lege tenentur. Si oppoſitam fidem non tenebatur iuxta ſuæ perſonæ qualitatē ſcire, atque ideo conſtat illum ex ignorantia erraſſe, tūc cum modeſtia, & charitate docendus eſt de uera fide, quam ſi ſtatim ſuſceperit, erit cum miſericordia, & ſine ulla infamiæ nota recipiendus. Quia cum ille errorē ſuū nulla pertinaci animoſitate defendat, cōſequens eſt ut (iuxta Auguſtini ſnīam in cap. dixit Ap̄ls) non ſit hæreticus cenſendus, nec uelut talis puniendus. Quòd ſi aliqua illi imponatur ad cautelam pnīa, ut uidelicet cautior deinceps ſit in loquendo, leuem illam eſſe oportet, cum leue, aut forte nullum fuerit illius peccatum. Si uero er-

rauit circa ea, quæ scire tenebatur, tunc tētandus est, an ex industria, & sciens errauerit, an ex ignorantia. Possibile est enim, ut negligens fuerit in addiscēdis ijs, q̃ erat obligatus scire: & quia negligens fuit in discendo, errauit in aliquo particulari, putans illud, quod ipse credit ab ecclesia catholica credi. Si illum ex ignorantia eorꝝ, quæ scire tenebatur errasse constiterit, & de suo errore admonitus statim illum reuocauerit, & sine ulla rebellione ueram fidem susceperit, cum misericordia admittetur, imponeturq́ illi pn̄ia, & non leuis: sed aliquanto grauior præcedenti: non tamen, ut hæreticus punietur: sed quia negligēs fuit in addiscēdis illis quæ sub gehennæ interminatione erat obligatus scire. Oportet tamen hoc loco cautum esse inquisitorem, ut bene penetrare ualeat, an is, qui errauit circa ea, quæ erat obligatus scire, errauerit ex ignorantia: quoniam is, qui ignorat ea, quę scire tenebatur, oportet ut suam probet ignorantiā, si per eam excusari procurat. Si uero cōstat illum ex industria, & scientia errasse, quamuis post accusationem ueniat, admittetur ad misericordiam si hæresim statim abiurauerit: imponetur tñ illi pn̄ia, & multo grauior, q̃ duobus pręcedentibus. Quia (ut saluator noster ait) seruus, qui nouit uoluntatem patris, & non fecit scd̄m eius uoluntatē, uapulabit multis. Et quod adducit Archidiaconus ex annotatis in l. 1. C. de his qui latro. occul. non est ad propositū. Hæreticus uero, qui transacto tp̄e grãe uocatus crimen suum negauit, & postea per testes idoneos cōuictus pc̄tm̄ suum fatetur, et petit misericordiā, est illi concedenda, ut euadat pœnam mortis: sed erit ꝑpetuo carceri mancipandus. Hoc apertissime probatur per scd̄m cap. Excōmunicamus, paragrapho si qui aūt. extra de hæreticis. Nec obstat cap. Ad abolendam, paragrapho. Præsenti, ubi dicitur, ꝙ secularis arbitrio ptā tis relinquatur puniendus, qui non continuo post deprehensionem erroris ad fidem catholicam redierit. Deprehensus. n. non dicitur in hæresi oīs qui accusatus est de il

Lu. 12.

la: sed ille solum, qui de hæresi legitime conuictus est. Nã alis oporteret, ut omnis qui de hæresi accusatus est, & crimen suum negat, esset ante legitimam probationem ptãti seculari tradendus: quia textus ille dicit, quòd qui post deprehensionem erroris non statim ad fidei catholicæ unitatem recurrit, iudici seculari tradatur ad illius arbitrium puniendus. Hoc autem dicere esset absurdissimum. Nec satis est, ut quis dicatur in hæresi deptehensus, qꝫ sit per testes conuictus, docuisse, aut firmiter asseruisse propositionem aliquam, quæ uere est hæretica: sed oportet, quòd sit ẽt per uera argumenta cõuictus talem propositionem esse hæreticam. Nam quamuis in hæresi aliqua persistat (ut supra in isto primo lib. cap. 10. docuimus) antequam sit de hæresi sua legitime admonitus, nõ dicetur pertinax, & per consequens neque hæreticus, si paratus sit reuocare hæresim, cũ fuerit illi uera fides manifesta. Alioqui oporteret dicere, ut quotiescunque inquisitor hæreticoꝝ præciperet alicui prædicatori, aut doctori, ut propositionem aliquam tanquam hæreticã abiuraret, ille teneretur hoc facere. Nam diceret inquisitor, qꝫ nisi statim abiuret iuxta cap. Ad abolendam. statim illum tradet curiæ seculari. Et ita cogeretur aliqñ propositionem catholicam recantare, & abiurare. Non est ergo dicendus dephensus: nisi fuerit conuictus. Qualiter autem, & quibus argumentis sit aliqua propositio de hæresi conuincenda, supra cap. 4. aperte declarauimus. Et certe (ut opinor) ex falsa huius uocis, deprehensus, intelligentia deceptus est Archidiaconus, putans omnem, qui transacto tpe grãe accusatus accedit esse reijciendum, & potestati seculari tradendum. Et Dñs Cardinalis etiam deceptus est, qui existimauit oẽm conuictum, etiam si ante condemnationẽ redeat, esse tradendum ptã ti seculari: quia (ut ille ait) non statim, & continuo redit. Sed re uera fallitur: quia textus in cap. Ad abolendam. non dixit absolute, nisi continuo redierint, sed dixit, continuo post deprehensionem erroris. Tũc quis

dicitur deprehensus in aliquo crimine, qñ facti euidẽtia cognoscitur illum tale crimen cõmisisse, aut per testes est conuictus, aut publica sui confessione illud se fecisse est cõfessus. Quo fit, ut si quis conuictus de hęresi statim illud fatetur, & hæresim abiurat, dicẽdus sit statim post deprehensionẽ erroris abiurasse, & per consequens non sit tradendus iudici seculari, arbitrio suo puniẽdus. Quia cap. ad abolendam, præcipit ut arbitrio secularis potestatis non tradatur hæreticus, qui statim post deprehensionem erroris ad fidei catholicæ unitatem redire uoluerit. Et in cap. Excõmunicamus, paragr. si qui aũt. pręcipitur, ut hmõi talis, qui postquam fuerit deprehensus redierit, perpetuo carceri mancipetur. ut igitur quis pœnã mortis euadat, non opus est, quòd fateatur suũ crimen antequam fuerit conuictus: quia etiam si postquam fuerit conuictus, hoc est, in errore deprehensus: si tamen antequam per sñiam sit condemnatus, suum errorem fatetur, perpetuo carceri mancipatus pœnã mortis euadet. Huic meæ sñiæ fauent non solum glossator Decretaliũ, Panormitanus, & cæteri, qui aliã extremam, & mitissimam opinionem tenent: sed etiam Gondissaluus de Villadiego in tractatu de hæreticis. Restat nunc tertius gradus examinandus, de illo. s. qui etiam postquam conuictus est, negauit, & ideo damnatus est, ut secularis arbitrio potestatis puniatur, & post hanc damnationis sententiam, crimen suum fatetur, credens se hac uia misericordiam consequuturum. Hunc talem firmissime teneo non esse ullo pacto admittendum, ut talis illi præstetur uenia, quæ illum à iudicio secularis potestatis redimat. Qm̃ hic talis pręsumendus est ficte accedere, nec de illi9 emendatione sperãdum est. Pro hac re est aperte textus præfati cap. Ad abolendam. ubi præcipitur, quod hæreticus relinquatur secularis arbitrio ptãtis, animaduersione debita puniendus, nisi continuo post deprehensionẽ erroris ad fidei catholicæ unitatem sponte recurrere uoluerit. At qui post damnationem uenit, non sponte; sed

timore pœnæ quasi coactus redit: & qui conuictus adhuc sniam expectauit,non continuo redit. Et in utroque cap. Excõmunicamus paragrapho damnati, nulla prorsus damnatis datur indulgentia: sed præcipitur, ut seculari potestati tradantur debita aĩaduersione puniendi. Quod aũt Panorminatus arguit per cap. Accusatus. de hæreticis. lib. 6. in quo solis relapsis uenia negatur parũ mouet. Primo quia in illo cap. non habetur, quod ille ait: Illic. n. Papa declarat, qui sint relapsi dicẽdi, & q̃ sint pœna relapsorum in hæresim puniendi, non tñ exprimit pœnam, qua illi debeanr puniri. Deinde quamuis illic solis relapsis negaretur indulgentia, non tñ reliquis omnibus conceditur, quod erar maxime necessarium, præsertim cum anrea fuisset illis in multis locis negata, ut patet per cap. Ad abolendam. & cap. Excõmunicamus. primo, & scdo. Argumentum etiam, quod adducit, ut opinio sua ranq̃ mitior recipiatur, per regulam: Odia. & regulam: In pœnis. nihil ualet. Quia regulæ illæ intelliguntur in negotio dubio: qñ non constat quid ex iure tenendum sit, runc pœnæ, & odia sunt restringenda, qñ uerò iura apertissime disponunt pœnas, non sunt tunc illæ restringendæ. Illa ẽt, quæ pro ista opinione adducit glossa nullius sunt momenti. Nam illis satis, superq́ respondetur in cap. super eo. de hæreticis. libr. 6. In illo siquidem textu declaratur, quòd ecclesia nulli claudit gremium, ut illi deneget, quod ad aĩę suę salurem uiderit necessarium: ac proinde damnatis, & relapsis si contritionis signa ostenderint, pñiæ, & Eucharistiæ sacramenta non negat. Claudit tñ gremium sæpe in his, quæ ad corporis salutem pertinent: qm̃ hæc denegata sæpe saluti animarꝝ prodesse solent. Deinde deceptus est glossator in præfato paragrapho si qui autem. in uerbo: deprehensi. ubi exponit, sic dicens: Publice, ira ꝙ notorium, uel ẽt condemnati. Hæc ille. Fateor quidem condemnatos dicendos esse deprehensos: sed non de istis deprehensis loquitur ille paragraph⁹ si qui aũt, quia de istis, qui ꝑ con-

demnationem sunt deprehensi dictum fuerat eodem c. paragr. Damnati. Alioqui si de oĩbus deprehensis intelligatur par. si qui aũt. apertissime erit contrarius p̄cedenti parag. Damnati. Talis aũt contrarietas in eiusdẽ cap. contextu non est imaginanda. q̃ contrarietas facillime tollitur, si aduertamus alios esse præter damnatos, qui iure dicuntur deprehensi. Sunt enim deprehensi, qui in ipsa perpetratione criminis sunt capti, ut puta quia uisus est sic prædicare, aut docere, & qui per testes idoneos sunt conuicti, & qui publice iu iudicio crimen suum cõfessus est. De his igitur, & non de damnatis intelligitur paragraph9 si qui autem: de reliquis uero, qui per iudicis ecclesiastici sententiam sunt condemnati, intelligitur paragraphũ Damnati. Quam uerborum differentiam, si bene aduertisset glossator, non sic fuisset deceptus. Superest adhuc, ut de alio hæreticorum genere differamus, de illis uidelicet qui errorem suum fatentur: sed illum deserere nolunt, quoniam dũt non esse errorem: sed uerã fidem. Sed de hoc inferius lib. secundo disputabimus, quem totum huic negotio tribuemus: nunc enim in hoc primo libro de illis solum hæreticis disputamus, qui post tenebras ad lucem redeunt, & erroribus suis deferentis, ad fidem catholicam reuertuntur.

De apostatis, an sint etiam cum ad ecclesiam redierint, benigne, & cum misericordia, uelut cæteri hæretici recipiendi. Cap. 23.

Quamuis de omni hæretico iam dictum sit, illum si congruo tempore sui delicti pœnituerit, fore ad misericordiam recipiendum, ut a' pœna mortis liberetur: aliq̃ tamen de apostatis dubitant, an sint etiam eadem mensura metiẽdi, ut etiam illis si ad fidem catholicam ultro redierint, sit indulgentia præstanda. Huius autem dubitationis causa inde oritur, quo'd ius ciuile non eandem tribuit benignitatem, et misericordiam apostatis, quam cæteris hæreticis. Nam in lege, hi qui. C. de apostatis. p̄cipit Imperator, ut apostatæ, etiam si ad fidem catholicam redire uoluerint, ultima pœna puniantur: cum tñ

alios hæreticos non dicat pœna mortis fore puniẽdos. Pro huius qõnis definitione oportet in primis ad memoriam reuocare id, quod supra cap. 1. huius primi libri diximus, Apostatas sub nomine hereticoꝝ comprehẽdi, nec esse aliam differentiam inter apostatam, & hæreticum: nisi eam, quæ est inter speciem, & genus. Nam (ut illic ex beato Thoma docuimus) Apostasia species est infidelitatis, quæ sub hæresi comprehendunt, & nihil supra hæresim addit: nisi quandam speciem aggrauantẽ, quæ est totius fidei oppugnatio, cum aliæ hæreses non totam fidem: sed solum partem oppugnent. At si apostasia est hæresis species, & nõ alio modo ab illa distincta, consequens necessario est, ut apostata sit etiam quędam hæretici species, & nullum aliud habens cum hæretico discrimen: nisi quale est inter speciem, & genus. Hoc igitur præmisso, aliqua prius iaciam firmissima fundamenta, quibus innixa nostra huius qõnis sñia, contra omnia aduersariorum tela constans, & firma permaneat. Primum fundamentum. De crimine hæresis nullus iudicare alium potest: nisi solus ecclesiasticus iudex. Hoc fundamentum probatur per capit. Vt inquisitioni. de hæreticis. lib. 6. ubi expresse inhibet Papa omni potestati seculari, ne quomodolibet de hæresi cognoscat, aut iudicet, & causam assignet, quia crimen hæresis est mere ecclesiasticum. De nulla enim re mere ecclesiastica, secularis iudex definire aliquid ualet, quod si attentare quis præsumpserit eius definitio irrita est, & inanis, ut patet expresse in cap. Bene quidem. 96. dist. et in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ. extra de constitutionibus. Et pp eandem causam cognitio, & iudicium in causa matrimonij sunt iudicibus secularibus prorsus inhibita, & solis ecclesiasticis iudicibus reseruata: quia matrimoniũ eo, qđ est sacramẽtum, censetur res mere ecclesiastica. Præterea secularis iudex non põt de hæresi inqrere, nec de illa iudicare, hoc est, non põt iudicare, an hęc, aut illa assertio sic hæretica, an catholica, ergo non potest pp

illud crimen aliquem punire. Collectio est manifesta: quia iniustum est, ut quis possit iudicare in crimine, de quo non potest cognoscere. Quod aũt secularis iudex non possit de fide aut hæresi cognoscere, apertissime cõuincitur ex his, quæ supra cap.5. diximus. Et ꝓbatur ultra: quia secularis ptās ab ecclīa est illuminanda, et ab illa doceri debet, & non econtrario. Nam (ut dicitur in c. solitæ. de maiori. & ob.) ecclesiastica ptās est uelut sol, secularis uero comparatur lunæ, quę lumen suũ à sole recipit. Deinde in lege ueteri non Rex, aũt Princeps, aut Dux, aut medicus: sed solus sacerdos habebat ius leprę inspiciẽdæ, & dignoscendæ, & ille solus leprosos iudicabat, & ex illius iudicio pendebat quidquid circa leprosum lex faciendũ esse iubebat: ergo eodem modo ĩ lege noua fieri oportet, ut non Rex aut Princeps, aut quæuis alia potestas secularis: sed solus sacerdotalis ordo, hæresis dignoscendæ, & iudicandæ ptātem hēat. Nam lepra (ut sacri doctores interpretantur quędam fuit expꝛ︤s︥sissima hæresis figura. Vnde Augustinus libr.2. qõnum Euangelicaꝝ, cap.40. differens de decẽ leprosis à Xp̄o saluatore nr̄o mundatis, ita ait: Nullum eoꝝ qbus hęc corporalia beneficia præstiti, inuenitur misisse ad sacerdotes, nisi leprosos. Nam & illum à lepra mundauerat, cui dixit: Vade, & oñde te sacerdotibus, & offer ꝑ te sacrificium, quod præcepit Moyses in testimonium illis. Et post pauca subdit: Quærendũ igitur est quid ipsa lepra significet. Non.n. sanati: sed mũdati dñr: qui ea caruerunt. Coloris qppe uitium est, nõ ualetudinis, aut integritatis sensuum, atq; membroꝝ. Leprosi ergo non absurde intelligi pñt, qui scientiam ueræ fidei nõ hñtes, uarias doctrinas profitentur erroris. Non.n. uel abscondunt imperitiam suam: sed ꝑ summa peritia ꝓferunt in lucem, et iactãtia sermonis oñtant. Nulla porrò falsa doctrina est, q̃ non aliqua uera intermisceat. Vera ergo falsis in ordinate permista in una disputatione, uel narratione hominis, tanq̃ in unius corporis colore apparen-

Leu. 13

Augu.

Matt. 8

tia,signant lepram, tanq̃ ueris, falsisq; colorũ fucis humana corpora uariantem,atq; maculantem. Hactenus Augustinus. In quibus uerbis id annotandum est, quod cum dixerit solos leprosos ex ijs, quos sanitate corporis Xp̃s donauerat ad sacerdotes fuisse ab illo missos, postea dixit leprosos hæreticorũ figuram portasse. Ex quibus satis aperte colligitur, necessarium fore, ut quemadmodum tunc soli sacerdotes examinabant & indicabãt leprosos, ita nunc solus sacerdotalis ordo, hoc est, ecclĩastica ptãs examinet, & iudicet hæreticos. Scd̃m fundamentum. Secularis iudex cum punit hæreticos, hoc facit uia permissionis, & traditionis ab ecclĩastico iudice factę cum uidelicet ecclĩasticus iudex expleto omni eo, qđ circa hæreticum exercere poterat, relinquit illum, et tradit ptãti laicali, permittens illi, ut circa illũ faciat qđ uiderit expedire. Hoc hr̃ exp̃sse in ca. Excõicamus. para. damnati, primo & secundo, extra de hæreticis. Ex his duobus fundamentis satis aperte colligitur laicam ptãtem non posse quodlibet hæreticum punire, anteq̃ ab ecclĩastica ptãte sit illi permissum. Tertium fundamentum. Ius canonicum nunq̃ statuto aliquo pręcepit apostatam a fide qui ad eam sponte redierit, tradi iudici seculari illius arbitrio puniendum. Ex quo manifeste sequitur ptãtem sclarem non posse apostatam, qui spõte ad fidem catholicam redit, morte punire. Nã apostata (ut prędiximus) uere est hæreticus. At hęreticum hominem sclaris ptãs punire non potest: nisi cum sibi ab ecclĩastica ptãte est traditus. Ecclĩastica ptãs nondum tradidit ptãti laicali apostatas, q sponte redire uolunt: ergo ptãs laica non potest illos morte punire, imò nec de illis iudicare. Ex quibus omnibus infero dñm Ioannem Nicolai Arelatanum errasse qui in suo libello de hæreticis. Notabili. 44. Mordicus tenet apostatã ẽt sponte redire uolentem, non esse ad ueniam admittendum, motus ex illa pręfata lege, hi qui. C. de apostatis. Illa.n. lex nullius est momenti: quia etsi nulla esset specialis lex canonica, q̃

de apostatis statueret contrarium, satis est superq; satis ad illius euersionem illa gñalis canonica ꝓhibitio, qua iudicibus secularibus prohibetur ne quolibet de hæreticis cognoscere, aut iudicare presumant. Multo ergo melius quã Arelatanus iste sensit Gundissaluus à Villa Diego, quem ille oppugnat, qui in suo libro de hæreticis q. 20. censuit apostatas eadem lege, qua hæreticos fore in hac parte iudicandos. Præterea (ut fortius meam confirmem sñiam) ius canonicum non solum non statuit apostatas sponte redire uolentes esse ꝑtãi scłari tradẽdos, imò expresse præcepit contrarium in cap. contra Xp̃ianos. de hęreticis. lib. 6. Nam in illo cap. Papa ꝑcipit eos, qui ad ritus redierint Iudæoꝝ, esse uelut hęreticos puniẽdos. At hæreticos cum sponte ad fidem redeunt, (ut ꝓxime præcedenti capite diximus) ius canonicum concedit indulgentiam, & illos ad misericordiam recipit, non tradens illos ꝑtãi seculari ad illius arbitriũ puniendos: ergo eodem modo etiam apostatas si sponte redierint, quemadmodum hæreticos recipere oportebit. Id autẽ quod pro se adducit Villa Diego, ut hanc sñiam confirmet ex textu cap. Quidam. extra de apostatis. paꝝ, aut nihil huic proposito seruit. Nam illi, de quibus Innocentius tertius in illo cap. loquitur, non erant apostatæ tales, quales hi de quibus nunc loquimur. Illi. n. de quib⁹ Papa loquitur in illo textu non in uniuersum fidẽ catholicam deseruerant, neq; ob hoc à summo Pontifice reꝑhenduntur: sed quia sīl cum fide baptismi, Iudæoꝝ ritus obseruabant. Nam ꝑpea ad illoꝝ damnationem, addidit illic Papa ex sacra scriptura, maledictum esse hoiem, qui terram duabus uijs ingreditur, duas uias appellans Xp̃ianismum & Iudaismum. Apostatæ uero, de quib⁹ nunc loquimur totam fidem catholicam deseruerunt, et de istis est q̃ō formata. Vnde patet textum illum à Villa Diego citatum paꝝ suam sñiam confirmare. Sed caput contra Xp̃ianos. quod nos citauimus tam aperte nr̃am sñiam confirmat, ut nihil apertius dici possit. Nam illud

caput aperte loquitur de his, qui relicto Xpianismo ad ritus redierant Iudæorum, ut patet ex casu capitis ibidē in glossa inserto. Rursum ius canonicum nihil prorsus in specie statuit de apostatis quasi essent animaduersione puniendi: quam rem facere non omisissent: nisi quia illos sub hæreticis comprehēdere uoluit, & eadem illos pœna, qua hæreticos illos puniendos esse censuit. Non est.n. putandum sanctos p̄res, qui pro hæresis, & aliorꝫ criminum punitione tot iura statuerūt, circa apostasiā, quæ pestilentissimum est crimen, fuisse tam remissos, ut illam puniendam non esse censerent, aut tam negligentes, ut de illius remedio, & punitione nihil prorsus statuissent. Cum igitur credendum sit, ecclīam aliquid de apostatis decreuisse, & non alibi hoc reperiatur, quam cum de hæreticis statuit, erit necessario fatendum apostatas eisdem legibus, quibus cæteros hæreticos esse iudicandos. Deinde ea, quæ de aliqua re in ḡne statuūtur, & ordinantur ad omnem spēm illius ḡnis sunt deducenda, & omni speciei sunt tribuenda, & applicanda: nisi aliqua esset illius ḡnis species expresse alicubi ab illa generalitate excepta. Si lex statuit, ut latro ea, quę furto accepit, restituat in quadruplum, non est dubium illam legem de omni latrone, puta raptore, sacrilego, alijsq́ latronis speciebus esse interpretandam, ita ut eorꝫ quilibet ea sit plectendus pœna, ut ablata in quadruplum restituere cogatur: nisi de aliqua latronis specie aliud alibi lex disponeret. Tunc.n. ḡni derogaretur per spēm, ut dr̄ de reḡis iuris. lib. 6. reg. 34. At hæretic⁹ (ut supra in hoc capit. diximus) genus quoddam est, cuius quædam species est apostata. Fieri ergo est necesse, ut quæ de hæreticis canonica iura decernunt, sint etiam ad apostatas deducenda, & de illis interpretanda: nisi alibi ius canonicum circa apostatas speciali decreto aliud faciēdum esse decernat. Cum igitur ius canonicum nihil in speciali de apostatæ punitione statuerit, oportet necessario ut ea, quæ de hæreticorꝫ punitione ius canonicum statue-

tat,ſint etiam de apoſtatis intelligenda. Ius canonicum præcipit,ut hæreticus, qui cõgruo tpe ſponte ad fidem redire uoluerit,admittatur ad ueniam,ergo idẽ de apoſtata erit neceſſario faciendum. Quæ autẽ Ioannes Arelatanus affert in ſuæ ſñiæ confirmationem, nullius ſunt momenti, & indigna, quæ nobis occupationem rñſionis præbeant:ſed tñ rñdendum eſt illis. Dicit primo, ꝙ non debemus ponere diſcordiam inter ius canonicũ & ciuile, niſi inter illa aperta ſit repugnãtia: ſed oportet ea iura concordare: pro quo adducit.l.præcipimus. C.de appell. &.l.primam. C.de inoff.dot. & textum ex cap, cum expediat. de electio.lib.6. Huic argumento rñdeo per eundem textum,quem ipſe adducit.Ibi.n.dr̃, quod expedit cõcordare iura iuribus & eoꝝ correctiones euitari,ſi ipſa iura ſuſtineri ualeant, ubi gloſſa, in uerbo ſuſtineri,dicit:Reprehenduntur hic illi, qui uolunt ſuſtinere iura, quæ penitus ſunt correcta: ubi ergo apparet de correctione non ſuſtineant. Hæc in gloſſa. Reprehenditur ergo ipſemet Arelatanus in textu, quem citat: quia ſuſtinere uult illam legem, hi qui.C.de apoſtatis. cum illa ſit apertiſſime redacta in nihilum per ius canonicũ, in cap. Vt inquiſitioni,de hæret.lib.6.ubi pręcipitur omni ſeculari ptãti ne quõlibet de crimine hæreſis cognoſcat aut iudicet. Deinde ſic arguit: Nullibi in Pontificio iure ſcriptum expreſſe reperitur apoſtatis pœnitentibꝰ parcendum eſſe, ne mortem corporalem euitent, ergo ſtandum eſt deciſioni iuris ciuilis expreſſe diſponentis, non eſſe parcendum apoſtatis. Huic argumentationi rñdeo,bis in illa erratum eſſe. Primo quidem qđ aſſumit eſt falſum, uidelicet nullibi in Pontificio iure eſſe expreſſe ſcriptum,apoſtatis pœnitentibus eſſe parcendũ. Nam(ut iam diximus)in cap.contra Xp̃ianos,de hæreticis lib.6.eſt expreſſe decretum.& in cap.ad abolendã. extra de hæreticis. & in cap. Excõicamus, primo & ſecundo.eodẽ tit. licet.n.ſub nomine apoſtatæ nihil de illo diſponat,ſatis tñ eſt id, quod de hæreticis dictũ erat,

cum constet ex illis, quæ supra diximus, apostatam esse hæreticũ. Scđo peccat illa argumentatio: quia etsi assumptum esset uerũ, collectio tñ est uitiosa, & inualida. Qm̃ etsi ius pontificium nihil de apostata statuisset, non erat consequens, ut agendum esset per dispositionem iuris ciuilis. Consequentiam tñ istam ille ꝓbare nititur per hãc rñm. Vbi aliquid reperitur expresse decisum iure ciuili, nec reperitur contrarium iure canonico, standum est iuri ciuili, etiam in foro ecclesiastico. Certe hæc rñ, si alicubi uera est, in illis solis rebus ualet, quę iuri ciuili sũt esse subiectæ, & de quibus ius ciuile potest cognoscere, & iudicare, in illis autem rebus, quę à iure ciuili sunt ꝑrsus alienæ, & in quibus ius ciuile nihil prorsus decernere ualet, nihil ueritatis hẽt rñ sua. Nam hac rõne oporteret fateri esse ualida, & firma omnia decreta, quæ ius ciuile statueret circa confirmationem, aut reuocationem mrĩmonĳ in casibus, in quibus lex canonica nihil certi statuit, ut est in casu cap. literas. extra de restitu. spoli. In quo casu Papa nihil certi statuit. Posset ergo, iuxta hanc rñm, ius ciuile aliq̃ illarũ trium partium, quas illic Papa probabiles reputat, pro lege pręcisa statuere. Posset etiam certam formam in sacro extremæ unctionis instituere, et si illam ius ciuile statuisset, oporteret necessario conformiter ad illum agere: cum illius sacri certam, & præcisam formam (ut ait sanctus Bonauentura) nunq̃ ecclesia statuit. In his.n. et similibus rebus, in quibus ius ciuile nihil statuere potest, si aliquid statuat, erit ꝑrsus inane, etiam si iure Põtificio nihil esset de illis statutum. Cum igitur crimen cuiuslibet hæresis, & per consequẽs apostasię sit à ptãte iuris ciuilis alienum, oportet, ut qdquid de illo ius ciuile statuat, sit prorsus inane, etiam si nihil de illo esset iure Pontificio statutum.

Si hæreticus resipuerit, quid ab eo exigendum sit, antequam ad ecclesiæ cammunionem recipiatur. Cap. XXIIII.

Quamuis supra diximus omnem hæreticum, si congruo tpe resipuerit, esse ab ecclesia admittendum, non tamen

tũ id continuo cum petierit, faciendum esse cẽseo. Prius quidem tentandus est an uere fidem catholicam tenere uelit, & amplecti, an simulate, & solo pœnarꝝ mẽtu. Deinde an leui, & parꝝ duraturo animo fidẽ catholicã suscipere uelit, an animo constanti, & firmo. indignum qppe est, ut qui tepido animo, & uacillãti ad fidem catholicam se uelle redire dicit, statim in ecclesiæ cõionem recipiatur, ne (si forte ad uomitũ uelut canis redierit) grauius delinquẽdi habeant occasionẽ. Nemo mittens manum ad aratrum, & aspiciens retro (ait saluator noster) aptus est regno Dei. Vir ille fortissimus, & illustris bellator Gedeon, cũ ad bellũ contra inimicos pugnaturus accingeretur, dño pcipiente, dixit pplo suo, & cũctis audientibus pdicauit. Qui formidolosus & timidus est, reuertatur. Sic etiam puto faciẽdum esse in ecclesia, q est uelut castrorꝝ acies bene ordinata, & q est in continuo bellorꝝ procinctu, ut qui in fide dubius, ac nutãs est, nõ recipiatur in ea: sed rejiciatur, psertim cuius imbecillitas fuerat iam ex alio suo a fide discessu plene cognita. Nam ał's qui illum facile ad ecclesiæ consortiũ reciperet, alios fideles, quibus illũ cõmiscet, exponeret periculo contagij, si ille ad pristinũ errorem rediret. Vnde beatus Greg. in registro ait: Quoties cordis oculus nube erroris obductus, supnæ illustrationis lumine fit serenus, magna cautela nitendũ est, ne latenter author schismatis irruat, & ab unitatis radice eos, qui ad eã reuersi fuerint, telo iterꝝ erroris abscindat. Hæc Gregorius. Et hñr hæc uerba in cap. quoties. 1. q. 7. Scire igitur oportet cõstantem, & firmũ in fide esse illũ qui ab hæresi rediens, ad ecclesiæ catholicę cõsortium recipiendus est. Leprosus iuxta ueterem legẽ non nisi mutata ueste, & capillis rasis, intra castra, aut intra ciuitatem, unde pp leprã eiectꝰ fuerat, recipiebatur, ẽt si sacerdotis iudicio mũdatus cẽseretur. Lepram illam fuisse hæresis figuram satis aperte constat ex testimonio Augustini, quod proxime præcedenti cap. citauimus: & inde ẽt conuincitur leprosum

Lu. 19.

Iud. 7.

Can. 6

Greg.

Leu. 13

gestasse hæretici figurã. Multo ergo maiorem diligentiam adhibere oportet ne hæreticum, cuius figurã lepro sus gerebat, statim cum ille se mundatũ dixerit, intra ciuitatem, hoc est, ecclesiam recipiamus: sed prius oportet uestes, hoc est, exteriores hæreticorũ conuersationes deponere, & omnes pilos, hoc est, oẽs hæresis cogitationes, quæ ex corde, uelut illi ex capite pẽdent, radere, ut uel sic ille in fide firmus, & cõstans nobis appareat. Verum quia hæc animi cõstantia, & firmitas in fide nõ nisi per exteriora signa cognosci põt, ideo sub duobus testimoniis illam probandã esse ecclesia cẽsuit, antequã hæretico resipiscenti, & ad fidem catholicã redeunti, ecclesiæ cõmunio detur. Primũ testimoniũ est præteriti erroris publica in iudicio abiuratio, & detestatio. Tenetur enĩ qui ab hæresi ad fidem catholicã redit, antequam recipiatur publicæ pfatam hæresim in quam diabolo suggerente, lapsus fuerat, corã episcopo, aut inquisitore abiurare, & detestari. Hoc ita faciendũ esse præcipit in cap. ad abolendam parag. pñti. extra de hæreticis. Olim autem hæc abiuratio, & hæresis detestatio solũ in cõi concilio epõrũ fiebat, ut patet in. c. de eo. 50. dist. & in cap. si quis eps 1. q. 7. Nunc aũt qñ difficile, & raro concilio siue gñalia, siue prouincialia cõgregant, ne in tanta tpis dilatione, aut ille suæ uerę cognitionis ímemor ad uomitũ ex fastidio expectationis rediret, aut in uera fide permanens morte pũentus sine ecclesię cõione discederet, decretũ est, & merito hanc abiurationẽ corã epõ, & ad illius arbitriũ esse faciendã. Deinde datis cõtra hæreticos inquisitoribus, ad illos ẽt hæc authoritas, & ptãs recipiendi hrticos, deriuata est: ita tñ ut sine epĩ consilio, & assensu id non faciãt. Forma aũt huius abiurationis qualis esse debeat, hr in cap. ego Berengarius. de cõsec. dist. 2. Circa hęc tñ dubitari põt, an qui in aliqua hæresi dephensus est, cũ sponte ad fidem catholicã redire uoluerit, cogendus sit oẽm abiurare, & detestari hæresim, an satis erit eã solã abiurare in qua fuerat dephensus. gl. in. c.

accuſatus,paragr.eũ uero.in uerbo,ſimpl'r.de hęret.lib. 6.tenet,quod nõ tenetur oẽm hæreſim abiurare: ſed eã ſolam,de qua fuerat accuſatus, & dicit gl. ibi ſuã ſniam elici ex textu illius.parag.Eũ uero.quia textus ille loquitur ſub conditione ſi gñaliter oẽm hæreſim abiurauit.Si autem teneretur oẽm hæreſim abiurare,nõ illud ſub cõditione reliquiſſet. Idem docet gl.in præfato cap.Ego Berengarius.in dictione,oẽm hæreſim & ꝓbat glo.iſta hanc ſuam ſniam per cap.pſbyter ſi à plebe.2.q.5.Ego quidem iſtorꝫ opinionem ſub hoc ſenſu libēter ſuſcipio, ut hæreticus nullo iure expreſſo teneat̃ cum ad eccl'iam redit,oẽm hæreſim abiurare,& deteſtari: quia (ut ego exiſtimo) nullum tale eſt adhuc latum ius, quod hæreticum de una hæreſi accuſatum obliget ad abiurandũ omnem hæreſim.Verꝫ licet hæc ita ſe habeant,non tñ obſtant,quin ob aliquam iuſtam cãm poſſint inquiſitores hæreticum cogere,ut non ſolum eam,de qua accuſatus erat: ſed oẽm in genere hæreſim abiuret, & deteſtetur. Nã uarijs ſuccedentibus cauſis,& occaſionibus ad multa poteſt homo a' ſuo ſuperiori cogi,ad quę alr's non cogeretur.Et certe (ut clarius meam ꝓferam ſñiam) ſemper ita faciendum eſſe ego cenſuerim,& melius puto,ut oẽm cogatur hæreſim abiurare. Quia hoc magis publice utilitati conuenit,ne cuilibet hæretico millies in aliã, & aliam hæreſim labendi pręſtetur occaſio, cum hoc ſine periculo mortis ſe poſſe facere intelligat.Nam (ut ex illo parag.Eum uero.aperte colligitur) qui non in eãdẽ, quam prius abiurauerat: ſed in aliã labitur hæreſim,nõ dicitur relapſus,nec pœna relapſi punietur,ſi prius non omnem abiurauerat hæreſim:ſed eã ſolam,in quã lapſus fuerat.Præterea oẽs fere' hæreſes ſunt ſibi inuicem connexæ,quia licet facies habeant diuerſas,caudas tñ adinuicem hñt colligatas,ut dicitur in cap.Excõicamus. primo & ſecundo, extra de hæreticis. Dato uno inconuenienti (ut ait Ariſtoteles) multa contingunt.Ex uno errore multi neceſſario deriuantur,tanquam riuuli ex fonte.

Hoc aperte experientia docente in Luthero didicimus. Hic enim oẽs Pontificis indulgentias contẽnere cœpit, & Hinc suorꝵ errorꝵ prędicationem est auspicatus. Deinde hoc non contentus, eo usque insanijt, ut purgatorium non fuerit ueritus negare. Inde coactus fuit negare necessariam esse satisfactionem ullam pro pctis, & solas duas admittit pnĩæ partes. Post hæc uidens urgentissimas rõnes, quæ illum, ut ab errore discederet, impellebant, dixit nihil post culpæ remissionem, manere in peccatore ad cuius solutionem remissa culpa teneatur. Vides iam quam cõnexę, & concatenatę sint hæreses. Et propter hãc causam necessarium est ut quisquis unam aliquam abiurat hæresim, abiuret etiam eas oẽs, quæ ex illa deriuãtur, & quæ illi perpetuo fœdere coniũguntur: quia non potest illa sine alijs deseri. Et quia non potest facile statim agnosci, quidquid mali ex aliqua una hæresi deduci potest, ideo melius est, ut omnẽ prorsus abiuret hæresim, qui unam abiurare debet. Siquis tñ arguat contra hæc per textum cap. Presbyter, qui à plebe 2.q.5. inane prorsus erit argm̃: quia res ualde dissimiles, sunt hæc & illa. Illic enim agitur de purgatione delicti, qua in re uerꝵ esse fateor, neminem teneri, nec debere cogi ad purgandum se nisi de illo solo delicto, de quo fuerat infamatus. Hic autem impñtiarꝵ nihil nunc agimus de purgatione: sed de abiuratione hæresis, quę est res ualde diuersa. Nam & ego etiam fateor neminem posse cogi, ut purget se de hęresi de qua nõ fuerat infamatus. Deinde etsi eadẽ esset rõ de abiuratione, et de purgatione facienda, nihil contra nos ageret textus ille: qm̃ alia crimina nõ sunt sic cõnexa, & colligata quẽadmodũ hęreses, & iõ in alijs nõ oportet se de oibus purgare: sed solum de illo, de quo fuerat infamatus. Secũdum testimonium sui cõstantis aĩ, & nõ simulati: sed ueri reditus ad fidẽ est, publica promissio, & iurẽ firmata non recedendi ab ea fide, quam tũc confitetur: sed in ea ꝑpetuo usq; ad mortem perseuerandi. Qui.n. se aliquid facturꝵ iurat,

satis testatur id sibi in uoto esse, & non simulate: sed ue rè se id promisisse. Nam (ut ait Paulus) omnis contro- uersiæ finis est iuramentum. Forma huius promissionis et iuramenti habetur in cap. Quoties. 1. q. 7. Et (ut nullus relinquatur suspitioni locus iurabit insuper, quòd illam abiurationem, & hanc promissionem quam iuramēto confirmauit, non facit timore mortis, aut alicuius pœnę tpalis: sed solum ex odio, & detestatione hæresis, & ex amorę fidei catholicæ. Quibus omnibus rectè peractis, hæreticus, qui deserto pristino errore ad fidem catholicam redire uoluerit, & misericordiam congruo tpe petierit, in ecclesiæ cōione recipietur. Hic aūt abiurationis ritus, & modus recipiendi ad Ecclesiæ consortium hęreticos, nō recens est, nec à trecentis annis repertū, nec pure humanum inuentum, quēadmodum Lutherus dicere solet: sed ante mille annos, & ex ipsis (ut suspicari licet) Apostolorum uestigijs descēdēs, & deo ecclesię suę id inspirante (ut credere oportet) in uarijs concilijs ordinatum. Concilium Arelatense scdm c. 9. suorum decretorum, hanc disciplinæ regulam statuit. Nouatianum in cōionem recipi non debere, nisi suscepta pnīa, incredulitatis preteritum damnet errorem. Concilium Nicęnum sub magno Constantino celebratum ca. 8. suorum decretorum de eisdem Nouatianis hęreticis loquens, ait: Si qui uoluerint uenire ad ecclesiam catholicam ex Nouatianis, placuit sancto concilio, ut ordinentur, & sic maneant in clero. Ante omnia autem hanc habeant confessionem, quam per scripturam exigi oportet, ut fateantur se communi consensu catholicę ecclesię statuta obseruaturos, id est, cōmunicaturos se, & his qui forte scdas nuptias experti sunt, uel his, qui persecutionis tpe lapsi sunt, quibus tm̄ lapsis pnīę modus, & tps ascriptum est, ut in omnibus sequantur ea, quę in ecclesia catholica obseruant. Hęc Nicęnum conciliū. Multo clariora sunt, quę ī Ephesina synodo sub Theodosio iuniore, & Celestino Papa celebrata habentur, & magis plene explicant eum mo

Heb. 6

Conc. Arela.

Cōcil. Nicæ.

dum,quem in recipiendis hęreticis, catholica nunc seruat eeclesia. Nam in Epistola,quam pręfatum conciliũ misit Nestorio hęretico Epo Constantinopolitano hęc, quæ sequuntur,habentur. Non autem sufficit, uel tuæ religioni,tantummodo fidei symbolum confiteri,quod expositum est per idem tp̃s,spũ sancto largiente, & uenerando, & magno concilio apud Nicæam celebrato. Hoc.n.non intellexisti, nec recte interpretatꝰ es, quimo peruerse,licet sono uocis eadem uerba protuleris. Sed consequens est etiam, iureiurando fateri te, quòd anathematizes quidem tua polluta,& prophana dogmata: sentias autem, & doceas quæ nos uniuersi per orientem, seu occidentem Episcopi, & magistri, præsulesq́ populoꝶ credimus & docemus. Hæc in concilio Ephesino. In quibus uerbis aperte monstratur is modus,quẽ in recipiendis hæreticis,qui ad fidem redire uolunt, catholica nunc tenet ecclesia.Ipsa tamen abiurationis forma,quam nunc inquisitores fidei iniungunt hæretico resipiscenti post suæ hæresis confessionem, & ante pœnæ inflictionem,multo plenior est,et copiosior:quippe quę omnem præcludit hæretico, errandi in posterum libertatem, sub tali uerborum serie. Ego.N.recognosco, & confiteor coràm uobis dominis,me errasse in prędictis, & super his corde contrito, & humiliato absolutionẽ, & pœnitentiam requiro, & hanc hæresim, & omnem aliam quocunque nomine censeatur abiuro,& promitto,quòd de cætero seruabo illibatam fidem,quam Romana tenet ecclesia,& prædicat: & quòd hæreticos,& credentes eoꝶ,toto posse meo persequar: & tam eos, quàm eorum fautores,receptores, & benefactores,bona fide,& sine dolo,& sine mora manifestabo ecclesię, uel prælato: & pœnitentiam,quæ mihi pro mea culpa iniungetur, integre seruabo,& complebo: & uolo, & concedo, quòd si ab hac hora in posteꝶ contigerit me relabi ad eundem errorem, uel alium cuiuscunque hæresis quocunq; nomine censeat̃,errando forte in aliquo ca

Cõcil. Ephes.

su,uel credēdo,aut fidē habendo errantibus,uel eos,uel credentes eorꝫ recipiendo scienter,aut defendendo,aut fouendo dicto uel facto,aut eis benefaciendo qualitercunqꝫ,eos uel celando,uel nō manifestando bona fide, & sine mora,uel si pniam iniunctam a' uobis non seruauero,& perfecte non compleuero,ab inde ipso facto habear excommunicatus,& periurus, & hæreticus manifestus: & me ego iudico,ita quod sine ampliori cognitione,& snīa, quæ iure relapsis,& manifestis hæreticis indicitur,mihi pœna imponatur. Insuper assero,& protestor me puram,& totam ueritatem de me,& alijs inquantū scio,dixisse: & si forte cōstare poterit me malitiose de ueritate aliqd suppressisse,uel tacuisse,imponēda,uel iniungenda mihi a' uobis pnía, seu absolutio obtenta,uel obtinenda nihil mihi profit. Hæc est forma ab iurationis,quam nunc ut in plurimū inquisitores hæretico tempestiue resipiscenti uerbo,& scripto facere iniungunt,ut ex ea,& per eam firmum se in fide testetur, & nulla illi maneat rimula, per quam si postea errauerit, elabi possit,ne dignas suo scelere sustineat pœnas.

FRATRIS ALFONSI A' CASTRO Zamorensis ordinis minorum de iusta hæreticorum punitione Liber Secundus.

PRAEFATIO.

TAm indurata est aliquorꝫ hæreticorꝫ pertinacia,ut si qs illos a' prauis, et distortis erroribus,in quos semel deflexerunt,ad rectam fidei lineam reflectere uoluerit,citius frangere,quàm corrigere possit. Multi sunt.n.hęretici,qui suas hæreses tam mordicus tenent,ut si illis catholicæ ecclię definitiones,aut antiquissimę illius consuetudines ab ipsis apostolis ad hunc usque diem seruatæ, aut sanctorꝫ omnium concordes de aliqua re snīæ,aut aptissima demō

que scripturę sacrę testimonia offerantur, multo obstinatiores in illis permaneant, tantū abest, ut ab illis discedere uelint. Hos non oportet, imò nec decet, eadem legis mansuetudine punire, quasi resipiscere uoluissent (ut lib. 1. diximus) fuissent puniendi. Doctus siquidem medicus non eodem collyrio omnium oculos inungit: neque omnia uulnera eadē manus lenitate tractat chirurgus. Nam ferro necesse est, ut abscindantur uulnera, quę fomentorų non sentiunt medicinā. De illis solis hęreticis, qui non sunt prorsus deplorati primo huius operis libro disserui, & blanda illis ostendi medicamēta, quibus sperabam illorų uulneratis conscientijs posse mederi. Nunc igitur, ut rem undique consummatam relinquerem, necessarium fore existimaui, de his hęreticis, qui immedicabili morbo laborant, hoc secundo libro disserere, ut doceam, qui sint illi, & qua sint lege tractandi.

Quis merito sit censendus hæreticus incorrigibilis. Cap. I.

Qm̄ de illo, qui tam obstinato animo hęresim tuetur, ut iam incorrigibilis merito sit iudicatus, in hoc scđo libro disputare decreui, ideo necessarium fore existimaui, ante omnia perscrutari quis sit dicendus incorrigibilis, ut plene sciamus, quis sit ille, de quo pręsentem suscipimus disputationem. Vt aūt hoc melius facere posim⁹ oportebit dicere aliquid de correctione, qm̄ (ut ait Aristoteles) rectum est iudex sui & obliqui. Correctio quā rejicit incorrigibilis, emendationem significat alicuius erroris. Error aūt esse pōt in uoluntate, & in intellectu. Errat uoluntas, cum appetit id, quod odio erat habendum, aut odio habet, quod erat amandum: aut cum id, quod diligēdum erat, plusquam deberet, diligit, aut qn̄ plusquam liceret prosequitur odio id, ꝙ iuste odisse poterat. Errat intellectus, qn̄ iudicat falsa pro ueris, aut uera pro falsis, aut certa pro incertis, aut icerta pro certis. Cum aliquis suum errorem emēdat, siue ille sit error uoluntatis, siue intellectus, tunc corrigi dicitur. Nunc tamē de correctione uoluntatis non est opus disserere: sed de-

correctione intellectus: quia hæresis, de cuius correctiõ ne nunc agimus, ut capite primo huius operis diximus, error est intellectus, & non uoluntatis. De quacunque tñ correctione fiat sermo, hoc erit in primis aduertendum, non ideo aliquem dici incorrigibilem: quia corrigi non põt: sed quia non uult. Nam liberum arbitrium uertibi le est, & ex hoc in illud mutabile, adeo ut quæ ardentissime amauerat, nunc iniquissimo odio prosequatur, & quæ acerbissime oderat, nunc effrenate diligat, quæ modo censet uera, postea iudicet falsa, & econtrario: intellectu semper in his alternationibus cedente uoluntati. Et inde euenire necesse est, ut nullus tam tenaciter alicui adhæreat sñiæ, quin ab illa discedere possit ppea, quod uoluntas, cui subest intellectus, & ad cuius nutum sæpissime regitur, nouos & cõtrarios suscipit affectus ijs, quos ante habebat. Intellectus siquidem ad uoluntatis arbitrium frequenter sua disponit iudicia: qñ illa iudicat esse bona, quibus uoluntatem affectam esse intelligit, illa rursus mala, quæ scit uoluntatem odisse. Quo fieri oportet, ut sicut uoluntas mutabilis est circa suos affectus, sic intellectus circa sua iudicia, ita ut quod prius dixit bonum, postea dicere possit malum, & malum dicere bonum. Alioqui oporteret dicere illum, qui semel ĩ aliquẽ errorem lapsus esset, non iuste puniri posse, eo quod sententiam suam non reuocabat: quia nullus adeo punitur pro eo, quod uitare non potest: multo ergo minus iustũ esset, ut quis ab homine puniretur, propterea quod facit aliquid, quod ne faceret in sua non erat situm potestate. At qui in hæresim aliquam lapsus est, nisi resipiscat assertionem pestilentem abiurans, & ab hominibus in præsenti uita, & a Deo in futura iustissime punietur. Fit ergo necessario, ut intellectus hominis circa sua iudicia sæpe mutabile sit, ita ut contraria his, quæ prius sentiebat, nũc sentire, & docere possit. Quia & si intellectus in suis operationibus sit causa naturalis, & nõ libera, in multis tñ subest imperio uoluntatis; ita ut illa præcipiente nũc

ad hæc nunc ad illa cognoſcenda uertatur, & nunc hęc, nunc illa credat, & bona uel mala eſſe iudicet. Ex qbus euidentiſſime colligitur, non ideo aliquem hæreticum dicendum eſſe incorrigibilem: quia hæreſim, quam prius tuebatur deſerere non poſſit: ſed quia non uult, cum poſſit, nec tamen ideo omnis, qui non uult corrigi ſtatim dicendus eſt incorrigibilis, etiã ſi ille ſemel admonitus fuerit: quoniam non ſatis eſt ſemel admonuiſſe: ſed pluries admonere oportet, ut merito ſit incorrigibilis cẽſendus. Quoties autem, & à quibus ſit admonendus, ut merito incorrigibilis cenſeri poſſit, id nunc pertractandum eſt. Pro qua re plene (ut decet) explicanda triplicem oportet hĩc cõſiderationem, iuxta triplicẽ finem, ad quẽ dirigenda eſt admonitio. Primo qdem admonetur, qui eſt ĩ hæreſim lapſus, ne hæreticus fiat. Non.n.oĩs, qui in hæreſim aliquam labitur, eo ipſo efficitur hæreticus: qm̃ niſi illi adſit pertinacia, etiam ſi erret non dicetur hæreticus, prout docet Auguſtinus, & habetur eius ſentẽtia in cap. dixit Apl's.24.q.3. Ob hanc igitur cãm ille, qui in fide errat, primo admonetur, ut hæreticus non fiat. Quã admonitionem ſi ille cõtempſerit, iam merito pertinax dicetur, & per conſequens hæreticus. Quãr autem, & à quo iſta admonitio facienda ſit, & quoties iteranda, iam ſupra lib.1.cap.10. abunde, atq; ſatis aperte declaraui, & ideo hic repetere non eſt opus. Poſtq̃ ille iam effectus eſt hæreticus, oportet illum adhuc pluries admonere, ut incorrigibilis merito dicatur. Neq;.n. omnis hæreticus eſt cenſendus incorrigibilis, cum multos illoꝝ cõſtet fuiſſe correctos, qui tamen olim fuerant in ſuis hęreſibus pertinaciſſimi. Aliud eſt eſſe pertinacem, & aliud eſſe incorrigibilẽ. Qũo, & ob quam cauſam ſit aliquis cenſendus pertinax, ſupra lib.1.ca.9. declarauimus, nũc uero declarare intendimus qñ, & ob quam cãm aliquis cenſeri debeat incorrigibilis. Admonendus eſt ergo hęreticus, & non leuiter, anteq̃ ſcl'ari ptãti uelut incorrigibilis tradatur. Nam beatus Paulus hęreticum hominẽ

non ante duas correctiones dixit esse uitandũ. Caueant ergo hæreticorꝫ inquisitores, ne ideo statim hęreticum aliquem incorrigibilem censeant: quia semel & forte leuissime ab illis admonitus, noluit illorꝫ admonitioni ac quiescere. Magis laborare debent, ut paucos iuste puniant, q̃ ut multos iniuste. Non gl̃ientur, etiam si gl̃iari liceret, ꝙ multos ob hęresim damnauerint: sed ꝓpea ꝙ iuste damnauerint, & iustam aduersus illos protulerint s̃niam. Non.n. hoc curare debet bonus iudex q̃ multos, sed quàm iuste hęreticos puniat. Anxie res est examinã da, & omnem (ut dr̃) lapidem mouere oportet, anteq̃ de alicuius correctione desperetur. Oportet hęreticorꝫ inquisitores omnem circa hęretici emendationem adhi bete diligentiam, anteq̃ illum incorrigibilem censeãt, & uelut talem ꝑtãti seculari tradant. Nolo tamẽ, ut ob hoc quisquam putet, me sentire admonitionem hęretici esse in infinitum protrahendam, aut millies iterandã, ut semper sit hęreticus usq; ad mortem admonendus, & semper de illius emendatione sperandum, ut nunq̃ ante mortem sit incortigibilis censendus: quia semper ante mortem ab hæresi resipiscete potest. Non ita ego sentio: quia (ut dixi) non ideo quis censendus est incorrigibilis: quia corrigi non potest: sed quia legitime admonitus corrigi non uult. Qualis autem sit cẽsenda legitima admonitio, ut si illam hæreticus contempserit, merito dicatur incorrigibilis, id nunc à me tractandum est. Ab bas in cap. cum non ab homine. de iudicijs. refert s̃ñiam dñi Antonij dicentis trinam admonitionem debere ne cessario pręcedere, ut quis dicatur incorrigibilis. Cuius s̃niam quamuis in alijs ad hanc rem pertinentibus Abbas reijciat, hac tamẽ parte illam libenter amplectitur. Sed hæc illorꝫ s̃nĩa licet in alijs criminibus uera sit, in cri mine tñ hæresis uerꝫ non habet iudicium. Nam beatus Paulus censet duas admonitiones esse satis, ut hęreticus merito cẽseri possit incorrigibilis, & ideo post duas admonitiones iubet ab ulteriori admonitione cessare, ꝗp-

Titũ 3. pe q non speraret ullam à tali hæretico emendationem. Hæreticum hominem (inquit ille) post unam, & scdam correctionem deuita, sciẽs quia subuersus est, qui hmõi est, & delinquit, cum sit proprio iudicio condemnatus. Duas uoluit adhiberi admonitiones, ut per illas periculum fieret de hæretici emendatione, quibus peractis, si ille emendari neglexerit, iubet ab illius admonitione, & colloquio abstinere, & hoc est quod dixit, deuita. Causa aũt cur sit deuitandus, est illius incorrigibilitas immedicabilis, & hãc expressit Paulus alijs uerbis sic inquiens: Sciens quia subuersus est, qui hmõi est. Subuersum dixit incorrigibilem, & de cuius emendatione nulla meri to hr̃ spes. Quod autem præfata Pauli uerba sint de incorrigibili hæretico intelligenda, testat̃ Theophilactus,

Theo. 1. Ti. 3. qui illa uerba interpretans ait: Quo pacto alibi dixit, ne forte illos Deus ad pniam adducat? Ibi quidem facit de his mentionem, qui emendationis spẽ aliq̃ præferunt: hic uero incorrigibilẽ dicit, & undequaq; adeo plane distortum, & tam uarijs, & multiplicibus modis implicitum, ut sese nequeat his explicare: sed per se sit condemnationi adiudicatus. i. qui nullam habeat sui erroris excusationem, quippe cum nec illud possit prætendere sese à nemine fuisse admonitum, uel ad ueritatem instructum. Qui & admonitus sit, & optime institutus. Quo fit, ut sit per se condemnatus, qui nihil habeat, quo sua errata excuset. Hæc Theophilactus. Ecce uide iuxta Pauli sñiam, hæreticum hominem, qui primam, & scdam admonitionem contemnit esse censendum incorrigibilẽ, & ppea non oportere illum iteр admonere. Forte aliquis mihi obijciet, dicẽs Xp̃m saluatorem nr̃m trinam

Mat. 18 saltẽ monitionem præcepisse, qui frem in nos peccantẽ p̃cepit ter admoneri, anteq̃ habereť tanq̃ Ethnicus, & publicanus. Potest ad hoc facile responderi, q saluator nr̃ loquitur non de publica, & iudiciaria correctione: sed de secreta, & fraterna, quæ illam iudiciariam præcedit. Admonitio aũt illa, quæ hæretico adhibeť, de qua

modo loquimur non est secreta, neq; fraterna: sed iudiciaria dicenda: qm̃ ex mandato iudicis, aut per eum facienda, ut ipse ex bina admonitione possit iudicare, an ille sit corrigibilis, an non. Et inde colligitur, ut trina illa admonitio non sit hæretico exhibenda: sed satis esse, ut iuxta Pauli sñiam bis admoneatur, & sic admonitus, si emendari noluerit, incorrigibilis censeatur. Hæ tñ duæ admonitiones non sunt nimis celeriter una post alterã sine interuallo adhibendę: quia tunc non duę: sed potius una censeri deberet. Siquis mihi obĳciat cap. ad abolendam. De hæreticis, ubi Papa præcepit, ut hæreticus, qui postquam in errore fuerit deprehensus, non confestim abiurauerit hæresim suã, tradatur ptãti sc̃lari ab illa puniendus, ex quo vr̃ sequi non esse necessariam ulteriorẽ admonitionem: Rñdeo, ꝙ ille dicendus est confestim renũciare, qui post primam aut sc̃dam admonitionem renunciat. Interualla siquidem tp̃is, & spatia q̃ñ nõ sunt punctualr̃ præfixa, non sunt tã stricte accipienda in materia morali, sicut in logica, aut philosophia. Deinde cõsuetudo quæ est optima legum interpres, docet nos uerba illa sic esse intelligenda. Nam semper ecc̃ria consueuit aliquem hæreticis præfigere terminum, nec tñ breuem, infra quem si resipuerint, recipiet illos ad gremiũ suum tanq̃ benigna mr̃. Quo tp̃e transacto claudit illa ianuam, sicut fatuis uirginibus, quæ intempestiue ad nuptiarum celebritatem uenerant, dñm clausisse historia Euangelica refert. Neq; huius laudabilis Ecc̃liasticæ cõsuetudinis recens est initium: sed antiquissimum esse cõstat, quippe quod ante mille annos obseruatum esse scitur. Nam cum olim Nestorius nouam quandam aduersus catholicam fidem confingeret hæresim, negans beatam uirginem Mariam esse Dei mr̃em dicendam, Celestinus Papa, qui tunc urbi præerat ecclesiæ epistolam ad illum misit: qua illum de errore arguebat, deditq; illi decem dierꝝ spatium, quo sibi bñ consulere posset. Et si intra illud tp̃s nollet ueram atq; catholicam recipere fi-

Mat. 25

dem, intelligeret se Epatu, & cũione fidelium priuãdũ. De hac re testimonium præbet liberatus Diaconus, qui fuit tpibus Siluerij, & Vigilij Pontificũ in quodam opere, quod appellauit Breuiarium Nestorianorũ, & Eutychianorũ, cap. 5. sic inquiens: Celestinus uero Papa misit increpationis epl'am cum exhortatione, & uituperatione, quia errare non debuerit ab eius ordinatione. Et est eius principiũ, aliquãtis diebus uitæ nr̃æ, tribuẽs ei decẽ dierũ spatiũ, hoc est, à prima die acceptionis ipsius eplę, usq; in ultimam diem, ut si minime Nestorius emendaret expositiones suas & reuocaret ad ecclesiam, qui pp Xp̃m, qui est caput eius ab eo fuerãt expulsi, cognosceret se ab eius collegio & oĩum sc̃tõrũ Epõrũ collegio esse separatum, insinuans ei dedisse uicẽ suam in concilio per epl'am suam, cuius principium est: Tristitia nr̃ę, sanctitatis ur̃ę lr̃ę, qua Cyrillum admonuit, ut si per illos decẽ dies doctrinam suam minime Nestorius emẽdaret, disponeret eũ a cõi cõione Epõrũ, uel Coepõrũ remouẽdũ, & prouidendum illi ecclesiæ. Hactenus Liberatus Diaconus. Et huius dilationis à Celestino Papa Nestorio ad misericordiã concessa, meminit epl'a à cõcilio Ephesino ad eũdem Nestorium missa, in qua post uerba monitoria hæc adduntur. Quòd si hoc religio tua facere distulerit, iuxta dilationem lr̃is præfinitam sanctissimi, & reuerendissimi consacerdotis nr̃i Romanæ præsulis ecclesiæ Celestini, scias te nullam sortem hr̃e nobiscum, nec locum aut colloquium cum Dei sacerdotibus, & Epis obtinere. Hæc in epistola concilij Ephesini. Hanc ẽt cõsuetudinem post aliquot secula seruauit Bñdictus Papa huius nominis sc̃ds cum Machario Antiocheno Epõ hæretico, concedens illi quadraginta dierũ spatium ad resipiscentiam. Hoc autem ita factum esse cõstat ex actis septimæ synodi, quorũ pars aliqua refertur in cap. conuenientibus. 1. q. 7. in quo inter alia, hæc inseruntur uerba. Item Petrus Apochrysarius Papæ dixit: Romæ exulatus est Macharius hæreticus à sancta sexta syno-

Liberatus Diaconus.

Cõcil. Ephes.

Septĩa Syno.

do,& quadraginta dierꝝ inducias dedit ille p̄r n̄r Bn̄di ctus Papa, & quotidie mittebat ad eum Bonifaciū con siliarium suum, & instruebat eum cōmonitorijs uerbis ex diuina scriptura: sed nullatenus uoluit emēdari. Hoc autem faciebat, ut eum reciperet in ordine suo. Hæc ex septima synodo: In quibus uerbis id potissimum annotandum est, ꝙ Machario iam per synodum de heresi dānato, datæ sunt ad resipiscentiam quadraginta dierꝝ induciæ. Ex quibus uerbis apertissime conuincitur, longe aliud esse damnare aliquem ut hæreticum, & aliud dānare illum, ut incorrigibilem. Non ergo omnis, qui hæreticus est, censebitur incorrigibilis: nisi postꝙ̄ constiterit illum esse hæreticum, fuerit insuper sufficienter admonitus. Deinde concilium Constantiense hoc idem obseruare decreuit cum Hieronymus de Praga, quem (ut ex uigesima prima eiusdem concilij sessione constat) multis diebus in carcere detentum expectauit cōcilium, ut pristini erroris pnía ductus, resipisceret à laqueis diaboli, à quibus captiuus tenebatur. Postꝙ̄ igitur hæretico datū fuerit aliquod, uel mediocre induciaꝝ tp̄s, hęreticoꝝ inquisitores, & iudices omnem, quam potuerint intra illud tp̄s debent adhibere diligentiam, ut hæreticus ab errore suo discedat. Nūc ipsimet illum blande admoneāt, nunc alios uiros doctos, & pios ad illum mittant, qui illum doceant quantum à catholica fide aberret, testimonijs sacræ scripturæ, aut eccl̄iæ definitione, aut alijs uijs, quibus hæreses reuincendas esse supra docuimus, illum conuincant. Hanc esse, & semper fuisse eccl̄iæ sn̄iam, testimonijs sc̄tōꝝ doctoꝝ oñdant. Si hæreticus adeo in suo errore fuerit induratus, ut intra tp̄s præfixum sufficienter admonitus hæresim deserere noluerit, tunc merito incorrigibilis censeri poterit, & uelut talis puniri. Et si post elapsum tp̄s illi pręfixum, & post adhibitam in illo tp̄e omnem debitum admonitionem de errore ueræ pœnitens resipuerit, saluabitur anima eius, punietur tñ uelut incorrigibilis, & ad ueniam, & indulgentiam nō reci

pietur,ita ut per illam conuersionem,& pniam, pœnam mortis euadat,præsertim si iam per sniam damnatus esset. Nam alioqui si ante damnationem, quamuis post terminum præfixum,resipiscat(ut supra lib. 1. docuim⁹) perpetuo carcere includetur, prout fieri mandat in cap. excõicamus.paragr.si qui aũt:de hæreticis. Si uero post damnationem redire uoluerit,iam non recipietur. Quia etsi tunc pœniteat,non tñ amore ueritatis:sed odio pœnæ id facere vr. Neq; talis suspicio iudicanda est longe à Christiana pietate abesse, imò potius econtrario diuinæ uoluntati simillima. Nam eodem modo Deus pctõres iudicat, qui si in tempore uitæ illis ad pœnitentiam dato pœnitere uoluerint. ueniam à Deo impetrant, quã præsentis uitæ tempore transacto, etiam si cum lachrymis,& gemitibus petant,nunquam tamen obtinebũt.

Sap. 5. Damnati siquidem in inferno (ut liber sapientiæ testat) se male egisse dolent, & pp peccata quæ olim in hoc mundo uiuentes cõmiserunt,pœnitẽtiam agunt,quę tamen illis ad salutem nequaq; prodest. Quia non amore uirtutis,& iustitiæ:sed odio pœnæ, q̃ sustinent,se peccasse dolent. Esto ẽt,ut amore iustitiæ pœniteret illos p̃teritorꝶ maloꝶ,nihil à Deo talis pnia impetraret,ob hoc solum: quia extra tp̃s a' Deo ad pœnitentiam, & ueniam

Ioã. 9. datum,facta fuisset. Venit enim nox(ait saluator noster) in qua nemo operari potest. Quo loco iuxta Augustini interpretationem saluator noster noctem appellauit tẽpus post hanc uitam, in quo nemo potest operari, hoc est,mereri,siue ad uitam, siue ad mortem perpetuã: sed quare mereri non possunt? Non'ne habent plenam Arbitrij libertatem? Habẽt utiq;. Quid igitur abstat ne gloriam, aut pœnam mereri possint? Certe, ut multis non infimæ authoritatis doctoribus placet, solus status obstat:qa uidelicet ĩ eo sunt statu,in quo Deus decreuit nullam,aut gloriam,aut pœnam illos posse mereri, quantũ libet bene aut male agant. Ad hanc imitationem ecclesia facit,cum tp̃s ad pniam hæreticis statuit,intra quod

si ab

si ab hæresi recesserint, eos recepit, & ueniã illis tribuit. Tempus aũt ad pœnam mortis euitandam ab ecclia cõcessum, ut libro primo diximus, est totum tps ante sñiæ prolationem: quia toto illo tpe si redierint, etiã si postquam fuerint per testes conuicti ueniant, pœnã mortis euadent. Hoc autem tpe peracto, etiam si pœnitere se dicant, non recipit illos ad ueniam: quia tunc non amore iustitiæ: sed odio pœnæ illos pœnitere præsumit, & iõ illos incorrigibiles censet, & uelut tales potestati seculari tradet, ut ab illa debita animaduersione puniãtur. Ad eundem modum dicitur hæreticus incorrigibilis ille, q hæresim, quam sciebat ab ecclesia damnatã tutatus est, & in illa usque ad mortem perseuerauit: qm̃ ecclesiæ diffinitio, quam optime sciebat, satis erat illi pro bina, & trina admonitione. Cũ igitur ecclesiæ admonitionẽ audire noluit: sed illa contempta usque ad mortem in hæresi perseuerauit, merito incorrigibilis iudicatur, & eisdem pœnis, si post mortem de illius hæresi constiterit, plectetur quibus uiuens, & incorrigibilis manens plecteretur, ut habetur in cap. Accusatus, parag. in eo. de hær. lib. 6. Ob eandem cãm censetur icorrigibilis hæreticus, is qui accusatus de hæresi negauit delictum suum toto tpe, quod illi, si fuisset confessus, datum erat ad ueniam. Cum autem uidet se per testes conuictum, transacto tẽpore illo ad ueniam dato, fatetur crimen suum, & dicit se pœnitere. Hic talis existimatur incorrigibilis: quia & si pœnitere se dicat, non est credendus, quòd zelo fidei, & odio hæresis hoc dicat: sed timore pœnæ, quam uehementer abhorret. Verùm & si hic talis merito censeatur incorrigibilis, ecclesia tñ illum mitius tractare decreuit, quàm si usque ad finem pertinax in hæresi mansisset. Nã hunc, qui postquam per testes conuictus est, ante sñiæ prolationem resipiscit, & ad ecclesiæ cõionem redire uult, ecclesia iubet perpetuo carcere ad agendam cõdignam pñiam detrudere: ut hr̃ in cap. pen. de hæret. paragr. si qui autem. Nec tñ ppea quòd iam uelut incorrigi-

bilis aliquis damnatus est, debẽt inquisitores hæreticorum ab illius admonitione cessare: sed ulteriorẽ adhuc oportet eos adhibere diligentiam, ut illum ab errore ad ueram fidem reuocent, & sic aĩam illius à gehennæ incẽdijs, si potuerint, saluent, quamuis corpus à morte iã eripere non ualeant. Et hic iam tertius est finis, ad quẽ ultima dirigitur admonitio. Plurima sunt tentãda remedia ut uel animam a' dæmonis ptãte eripiant. Si Machanũ hæreticum Papa Benedictus per xl. dierum spatium (ut dictum est supra quotidie monebat, ut illum in ordine ẽpatus reciperet, multo instantius, & importunius id faciendum est, ut aĩam illius a' potestate dæmonis ereptã Christus inter choros angeloꝝ illam recipiat. Sæpe illum inquisitores admoneant, & si ipsi in exhortationibus suis non profecerint, tunc alios uiros doctos, & uerè pios, & honestos adhibeant, qui illum admoneant. Et quamuis isti nihil aduersus hæreticum præualuerint, non tñ dedignentur alios iteꝝ adhibere: q̃ñ nõ omnia possumus omnes. Multi siquidem ad uerba Pauli conuersi sunt ad fidem catholicã, qui forte per uerba Petri, & alioꝝ apostoloꝝ non fuissent conuersi. Multi etiam in prædicatione Petri egerũt pñiam, & baptizati sunt, qui forte alijs Apostolis prędicantibus pñiam minime egissent. Nõ enim oẽs per eundem uerbi ministrũ deus ad se trahere decreuit: sed quosdam per Petrum, alios per Ioãnem, alios per Bernardum, alios per Frãciscum, alios per Dominicum. Diuisiones gratiaꝝ sunt (ait Paulus) idem autem spiritus, & diuisiones ministrationum sunt, idem aũt Dominus, & diuisiones operationũ sunt, idem uero Deus, qui operat̃ omnia in omnibus. Et post quam uaria gratiaꝝ genera enumerauit Paulus statim subiungit: Hæc autem omnia operatur unus, atque idẽ spiritus, diuidens singulis prout uult. Si Deus put uult, singulis dona sua diuidit, non ergo omnia omnibus cõcedit: non igitur mirum si Petro dederit gratiam, ut possit conuertere Franciscum & hanc non dederit Ioanni.

1. Co. 12

Deinde si per uiros doctos hæreticus homo sniam suã recãtare contẽnit,uirũ aliquẽ pium uitæ sanctitate clarũ, q̃uis idiotã illi offerre procurent. Qm̃ fieri est possibile,ut uox sancti hominis simplicis & idiotæ potẽtior sit ad hæreticum cõfundendum,quàm mille argumẽtationes uirorũ doctorũ.Infirma enim huius mũdi(ut ait Paulus)elegit Deus ut fortia quæq; confundat. Vt supbiã Pharaonis deĳceret Deus, & duritiam frangeret, non magnas,& feras elegit bestias, sed minutissima animalia,uidelicet muscas cynifex,locustas.Sępe etiam Deus potentiores uult esse simplicis alicuius hominis, & idiotæ uoces,quàm omnium uirorũ doctorũ syllogismos et enthymemata, ne fides nostra uideatur esse in sapiẽtia hominum,sed (ut ait Paulus) in uirtute Dei. Pro hac re est apertissimum, & relatu dignissimum exẽplum, qđ narratur lib.10.Historiæ ecclesiasticæ.c.3.Et quo maior uerbis adhibeatur fides uerba, quæ eadem historia refert,hic inserere decreui,sic enim de gestis in cõcilio Nicæno referens ait: Quantam uero uirtutem habeat fidei simplicitas,etiam ex his, quæ inibi gesta referuntur agnoscimus.Etenim cum pro studio religiosi Imperatoris,ex omni terra sacerdotes Dei coissent, opinione cõmoti philosophi quoque,& dialectici ualde nobiles,et opinatissimi conuenerunt.In quibus quidam insignis in arte dialectica,per dies singulos, conflictus summi certaminis cum epis nostris uiris adæque in dialectica nõ improbabiliter eruditis mouebat,& fi[illegible]at ingens spectaculum, conuenientibus ad audiendum doctis,& literatis uiris. Nec tamen ullo genere philosophus cõcludi à quoquam poterat,aut constringi. Tanta enim dicendi arte obiectis quæstionibus occurrebat,ut ubi maxime putaretur adstrictus,uelut anguis lubricus laberetur: sed ut ostẽderet Deus: quia non in sermone regnũ Dei: sed in uirtute consistit,quidã ex confessoribus simplicissimæ naturæ uir, & nihil aliud sciens: nisi Iesum Christum,& hunc crucifixum, inter cæteros auditores

1. cor. 1

Exo. 8.

Col. 2.

Hist. Eccles.

episcopos aderat. Qui cum uidisset philosophum insul tantem nostris, & callida se disputationis arte iactantē, poscit ab omnibus locum, uelle se paucis cum philosopho sermocinari. Tum uero nostri, qui simplicitatem illius uiri, & imperitiam de sermone dūtaxat nossent, pauere, & uelut pudorem quēdam pati, ne forte apud callidos homines risui efficeretur sancta simplicitas. Perstitit autem senior, & hinc mouit sermonis exordium. In nomine, inquit, Iesu Christi Philosophe audi, quæ uera sunt. Deus unus est, qui fecit cœlum, & terram, quique homini, quem de limo terræ formauerat, spiritū dedit: uniuersa, quæ uidentur, & quæ non uidenī uirtute uerbi sui creauit, & Spiritus sui sanctificatione firmauit. Hoc uerbum, ac sapientia, quem nos filium dicimus, humanos miseratus errores ex Virgine nascitur, & per passionem mortis à perpetua nos morte liberauit, ac resurrectione sua æternam nobis contulit uitam. Quem & expectamus iudicem omnium, quæ gerimus, esse uenturum. Credis hoc ita esse Philosophe? At ille uelut si nunquam ullum sermonem contradicēdi didicisset, ita obstupefactus uirtute dictorum, mutus ad omnia hoc solum potuit respondere, ita sibi uideri, neque aliud uerū esse, quàm quod dixerat. Tum senior, si hæc (inquit) ita esse credis, surge, & sequere me ad templum, & huius fidei signaculum suscipe. Et Philosophus conuersus ad discipulos suos, uel ad eos, qui audiendi gratia conuenerat. Audite (inquit) ò eruditi uiri. Donec uerbis mecum gesta res est, uerba uerbis opposui, & quæ dicebantur, dicendi arte subuerti: ubi uero pro uerbis uirtus processit ex ore dicentis, non potuerunt resistere uerba uirtuti, nec homo aduersari potuit Deo. Et ideo si qs uestrum potuit in his, quæ dicta sunt, sentire, quæ sensi, credat Christo, & sequatur hunc senem, in quo locutus est Deus. Ita Philosophus christianus effectus, tandem se gratulatus est uictum. Hactenus Historia ecclesiastica. Ex quibus apertissime constat sæpe Christianā

ſimplicitatem potentiorem eſſe ad hæreticorꝝ duritiam frangendam, quàm mille uirorꝝ doctorꝝ argutiæ. Quo fit, ut non ſatis ſit inquiſitoribus hæreticorꝝ: ſi ad conuertendum aliquem hæreticum, unum aut alterꝝ uirꝝ doctum adhibuerint: ſed oportet, ut plures, & doctiores, quos nouerint illi adhibeant, neque hoc ſatis eſt, ut con ſummate ſuum exequantur officium: ſed opus eſt, ut uiros ſanctitate excellentes quamuis idiotas, ſi illos agnoſcunt, illi offerant. Q͠m (ut diximus) fieri eſt poſſibile, ut Deus per merita uiri ſancti & ſimplicis conuertat hæreticum, quem uiri docti ſuis argumentationibus conuertere non potuerunt. Admonere t͠n lectorem decreui, ne putet me exiſtimare hanc tam exactam, & tam prolixam admonitionem eſſe ſic neceſſariam ante hęretici cõ demnationem, ut niſi illa præcedente merito hæreticus damnari non poſſit, & ſeculari p̃tāti tradi. Nam (ut ſæpe iam me dixiſſe memini) ſi ſemel, & iterum legitime fuerit admonitus, & ille monitioni non obedierit, ſatis eſt, ut ab inquiſitoribus damnari poſſit, & ſeculari tradi poteſtati, ut patet per capitulum, Ad abolendam. de hęreticis. Sed hanc tam prolixam, & tam exactā admonitionem dico eſſe neceſſariam, ut ſaltem hæretici anima, ſi reſipuerit, ſaluetur, corpore illius ad mortem dānato. Forte hæreticorum inquiſitores expoſtulabunt me, qđ rem nimium difficilem laborisq́ plenam illis imponere uelim. Quibus ego reſpondeo multo maiorem multoq́ acerbiorem eſſe laborem, quem hæreticus ꝑꝑ hæreſim, & illi propter officium neglig͠eter adminiſtratum, in inferno ſuſtinebunt. Multa ſunt toleranda, ut uel unam animam ex inferni faucibus liberet paſtor, & rector. Filius Dei, ut nos a' dæmonis eriperet poteſtate, carnem noſtram cum omnibus fere illius miſeriꝫ aſſumere, & mortem in illa pati dignatus eſt. Non eſt igitur æquum, ut inquiſitores, & Epiſcopi, quibus hoc incumbit negotium, pro hæretici anima recuperanda præfatos admonitionum labores ſubire recuſent, pro qua Chriſtus ſi-

lius Dei mortem subire non recusauit.

Quod relapsus hæreticus merito censetur incorrigibilis, & quis sit dicendus relapsus. Cap. 2.

Quia ecclesia hæreticos, qui relapsi appellantur, tanquam incorrigibiles punit, ideo necessarium fore existimaui, hic perscrutari quis dicatur relapsus. Bifariam cõtigere potest, ut aliquis dicatur relapsus. Nam quidam est aperte relapsus. Alter autem non aperte, & manifeste est relapsus: sed propter iuris præsumptionem, quæ talis, ac tanta est, ut contra illam nulla probatio admittatur, relapsus censetur. Vt quis manifeste relapsus dicatur, duo sunt necessaria. Primum est, ut semel in aliquam hæresim fuerit lapsus, & de illa accusatus, & pp illã dãnatus, & post illam damnationem, hæresim in iudicio abiurauerit. Scdm est, ut post hmõi abiurationem, iterum in hæresim labatur. Quæ duo, si alicui conuenerint, tũc is manifeste relapsus dicetur, & erit. Si alterum horum desit, quamuis forte possit dici relapsus: sed non aperte, et manifeste relapsus. Sunt adhuc alij (ut diximus) qui & si nõ sint manifeste relapsi, nec de ipso relapsu aperte cõuicti, quadam tñ iuris præsumptione censentur relapsi. Hi aũt dupliciter contingunt. Nam qui de hæresi tam uehemẽtem dedit suspitionem, ut purgatione canonica indigne rit, quamuis non fuerit de crimine conuictus, si post abiuratam hæresim, iterum in hæresim labi contingat, hic iuris pcæsumptione censetur relapsus, ut patet in capit. Accusatus paragrapho. 1. de hæreticis. libro. 6. Illum. n. qui uehementem dedit de hæresi suspitionem, Ius Canonicum fingit fuisse lapsum, ut si postea in hæresim recide rit, merito possit dici relapsus. Hæc aũt de uehemẽter suspecto intelligenda sunt: qm̃ qui modicam, & leuem de hæresi suspitionem præbuit, quamuis postea in hæresim labatur, non dicetur relapsus. Punitur tñ grauius, quam si absque nulla præcedente suspitione, tunc primo in hæresim laberetur, hæc habentur in præfato cap. Accusatus. Nec refert, an in eandem reciderit hæresim, an in aliã:

quoniam qui abiurauit hæresim simpliciter, hoc est non exprimens hanc, aut illam: sed hęresim absolute, aut qui abiurauit hæresim generaliter, hoc est, omnem hæresim, si postea in hęresim quamuis non eandem lapsus fuerit, merito relapsus iudicatur ut expresse habetur in eodem cap. Accusatus paragr. Eũ uero. Difficultas tñ nõ parua hic oritur de illo qui contricte, & cõtracte abiurauit, ita ut solam de qua accusatus, aut uehementer suspectus fuerat, hæresim abiurauit: si postea non in eandem: sed in aliam hæresim fuerit lapsus, an talis sit dicendus relapsus. Glossa in illo eodem paragrapho in uerbo, simpliciter, dicit se credere talem non esse dicẽdum relapsum. Et illius sententiæ ego etiam subscribo, & in illam manibus (ut dicitur) & pedibus eo: qm̃ si Papa uoluisset hũc talem pro relapso haberi, non fuisset cum illa modificatione, & uerborũ restrictione loquutus: sed absolute dixisset eum, qui semel hęresim quomodolibet abiurasset, si postea in hæresim laberetur esse dicendum relapsum. At cum dicat eum esse dicendum relapsum, qui hęresim simpliciter, uel gñaliter abiurauit, & postea in eandem, aut aliam hæresim incidit, eo ipso uisus est à nomine relapsi excludere illum, qui postquam unam singularẽ hæresim abiurauit, in aliam lapsus est. Sed ex hac difficultate alia uia inquisitores hæreticorũ, prudenter quidem, se liberant, quia hæreticum semel deprehensum, non eam solum, de qua accusatus, aut uehementer suspectus est: sed omnem hæresim abiurare compellunt. An autẽ hoc iuste fiat, supra lib. 1. cap. 25. disputauimus. Alio modo dicitur aliquis ex iuris fictione relapsus, cũ uidelicet post abiuratam hæresim acceptat, deducit, uisitat, siue associat, aut dona, uel munera hæreticis donat, uel mittit, seu fauorem illis impendit: qui excusari non possit. In hoc enim casu ius præsumit istum, qui aliàs in hęresim lapsus fuerat, ideo aliquod horũ, quæ nunc diximus, facere: qa priorem, quam abiurauit hęresim iterum approbat. Sed hęc de illo intelligenda sunt, de cuius priori lapsu semel

constitit, siue hoc ante abiurationem, siue post illam cõstiterit. Nam de illo solo loquitur textus in eodem cap. Accusatus, paragrapho ille quoque. Sed circa dicta in illo paragrapho duo mihi oriuntur dubia, quę non paruam vñr hr̃e difficultatem. Primum est, an is, qui ob solam uehemẽtem de hęresi suspicionem, omnem hęresim abiurauit, si post istam abiurationem hęreticos recepit, aut munera misit, aut aliquod illorũ quę in illo paragrapho enumerantur, fecit: sit dicendus relapsus. Et forte alicui uidebitur, quod sic: quia post abiurationem gñalem hęresis, iterũ in uehementem incidit hęresis suspicionẽ, hęreticos recipiendo, aut munera illis dando, uel mittendo. Ego uero duplici motus ratione contrarium dicendum esse puto. Prima, quia nullus est textus, quo dictum illud probari possit, imò si per coniecturas hic agere licet ex textu illius paragrapho magis conijcere licet hunc talem, de quo nunc disputamus, non esse dicendũ relapsum: qm̃ si illum Papa iudicasset esse dicendum relapsum, non addidisset uerba illa, per quę manifeste ab illa regula generali illum excepit: sed generali uoce fuisset loquutus. Dicens autem de cuius lapsu in hęresim ante abiurationem constiterat, uel nunc constat, aperte satis expressit illum, de cuius lapsu nunquam constitit, nõ esse dicendum relapsum. Scđa ratio est: quia omnis, q̃ scđm iura iudicatur relapsus, oportet, ut saltem semel sit aperte, & manifeste lapsus in hęresim, & de illa conuictus. Et ita pp unum apertũ lapsum, & alium ex iuris fictione, aut pręsumptione, merito iudicabitur relapsus: sicut patet in duobus casibus, de quibus loquitur cap. Accusatus paragrapho primo. & paragrapho ille quoq;. Vbi autem sola fuit suspicio, etiam si semel, & iterum uehementem prębuerit de hęresi suspicionem, mea sententia non dicetur relapsus: quia suspicio, quę ex lege, & iure non oritur, id est, quam iura non approbant, & cõfirmant, nunqnam erit sufficiens, ut recte per illam q̃s possit damnari. Cum ergo nulla sit lex, quæ iubeat suspica

ri illum, qui propter solam suspicionem hæresim abiura uit, si postea hæreticos receperit, aut munera illis dederit, in fauorem hæresis hoc fecisse: conuincitur ut propter hoc non sit censendus relapsus: sed purgatio canonica est illi iniungenda, & grauius meo iudicio puniri debet propter secundam, quam præbuit suspicionē, quàm punitus fuit cum primam dedit. Secundum dubium & quidem multo mea sententia difficilius, est de illo cuius lapsus in hæresim, siue ante abiurationem, siue post, fuit manifestus, & notorius, & postea recepit hæreticos, aut illis dedit munera: sed tales hæretici, quibus munera dedit, non sunt suspecti de hæresi illa, in quam iste, q̄ munera dat, fuit lapsus, imò constat tales hæreticos longissime ab illa hæresi distare, an qui huiusmodi hæreticis munera dedit, postquam ipse hæresim abiurauit, sit dicendus relapsus per textum illius, paragrapho ille quoque. Et uidetur quòd non: quia qñ aliquid lege sancitur propter aliquam rationem in ipsa lege expressam, q̄ legislatorem, ut sic statueret, mouit, si res talis occurrat, cui ratio legis nullo modo possit aptari, credendum est illam talem sub lege non comprehendi. Quia lex (ut ait Panormitanus in capit. finali de rescriptis, non est aliud, quàm ratio ipsius legis. Ratio autem quam textus ille affert, ut qui post abiurationē hæresis receperit hæreticos, aut uisitauerit, aut munera illis dederit, uel miserit, sit dicendus relapsus, est quia (ut dicit) illum ex approbati à se prius erroris consequentia non est dubium illud fecisse. Hæc ratio cum ex sola suspicione, aut præsumptione procedat, & non ex facti euidentia, circa illum solū uim suam hr̄e uidetur, qui post abiuratam hæresim cōmunicauit hæretico fauenti eidem hæresi, in quam illum lapsum fuisse constitit, aut saltem communicauit hæretico fauenti alteri hæresi, quæ nimiam habet connexionē cum illa, in qua ille prius lapsus fuerat. Tunc enim ex tali cōmunicatione cum hæretico, merito præsumi debet, illum ad eandem, quam prius abiurauerat hæresim

rediisse: quia hæreticum illum defendentem recipit, uisitat, aut munera illi donat, uel mittit. Si tamen is, qui hæresim abiurauit, cõmunicat hæretico, de quo constat aliam ualde diuersam hæresim tueri, & non eandem, quã ille alius abiurauit, non uideo quõ ex hmõi conuersatione suspicari liceat istum ad eandem hæresim rediisse: cũ constet illum talem, cum quo conuersatur illi hęresi apte contradicere, de qua iste fuit olim conuictus. Forsitã hic aliquis mihi respondebit, quòd quamuis non oporteat ex tali conuersatione suspicari istum ad eandem hęresim rediisse, quam prius tenuerat, & postea abiurauerat, bene tñ pręsumere oportet istum in aliam hæresim incidisse, & hoc satis esse, ut merito relapsus dicatur. Cõtra hanc tñ rñsionem ipsemet textus agere uidetur: quia rõ quare textus dicit istum, q post hæresis abiurationem hęreticis cõmunicauit esse dicendum relapsum, est: quia pręsumitur ad pręfatum errorem rediisse. Ex quibus uerbis colligere oportet illum, qui non dedit suspicionem rediisse ad pristinum errorem, non esse dicendum relapsum. Nec obstat, qđ dicitur in par. Eũ uero. illum qui generaliter hęresim abiurauit, si post ea in illam, aut aliã hęresim labatur, esse dicendum relapsum: quia textus ille non loquitur de illo, qui ex iuris fictione, aut pręsumptione dicitur relapsus: sed de illo. qui est aperte, & manifeste, & sine ulla fictione relapsus. Et certe, q semel de hæresi est conuictus, si post abiurationem hæresis generalem, in illam aut aliam hæresim aperte lapsus fuerit, dicetur relapsus. Qui nõ est bis de hæresi conuictus: sed ex iuris fictione dicitur relapsus, ut iuris fictio fit aduersus illum ualida oportet, ut in eandem recidat hæresim, de qua prius suspicionem dederat uehementem. Nam de hoc ita docet textus expresse in capite, accusatus. paragr. primo. Et ut mea clarius pateat sñia, uerba textus in medium proponere decreui. Accusatus, inquit, de hæresi, uel suspectus, contra quem de hoc crimine magna, & uehemens suspitio orta erat, si hæresim in iudicio ab-

iurauit,& postea cōmittit in ipsa, censeri debet quadam iuris fictione relapsus. Hæc ibi. In quibus uerbis id annotandum est, quod ait: Et postea cōmittit in ipsa. Ex quibus uerbis satis aperte colligitur illum, qui post abiurationem cōmittit in alia hæresi, & non in illa, de qua prius uehementem dederat suspitionem, non esse dicēdum relapsum. Et iuxta hunc modum, ego censeo intelligenda esse uerba quæ habentur in paragra. ille quoq;. Nam sicut in casu, qui ponitur in parag. 1. præcedit uehemens suspitio, & postea sequitur apta cōmissio: ita econtrario in casu, de quo loquitur. paragr. ille quoq;. præcedit aperta cōmissio, & postea sequitur uehemens suspitio. Sicut ergo in casu primo, ut quis dicatur relapsus, oportet, ut cōmittat in illa hæresi, de qua prius fuerat uehementer suspectus: ita etiam in casu secundo, ut dicatur relapsus, oportebit ut de eadem hæresi sit uehemēter suspectus, de qua prius fuerat aperte conuictus. Et quidē, ut sic fiat, ratio ipsa suadet: qm̄ non est æquum ut paris omnino sint conditionis in iudicio, is qui de hæresi bis fuit aperte conuictus, & ille, qui semel tm̄ fuit conuictus, & iterum uehementer de hæresi suspectus. Per hoc enim mea sñia distinguuntur, quod is, qui bis de hæresi fuit aperte conuictus, siue secundo in eandem reciderit hęresim, siue in aliam dicetur relapsus, pręsertim si postquam fuit primo de hæresi conuictus, omnem hæresim generaliter abiurauit. Qui uero semel tm̄ fuit de hæresi conuictus, & iterū uehementer suspectus, siue præcedat aperta cōmissio, & postea uehemens suspicio, siue econtrario, non dicetur relapsus: nisi ad eandem redierit hæresim, de qua prius fuerat conuictus, uel uehementer suspectus. Et ego quidem ita dicendum esse censeo: nisi aliquod sit ecclesię decretum, quod huic meæ sñiæ aperte repugnet. Nam si de ecclesiæ decreto, quod huic meę sñiæ aperte contradicat, utcunq; constiterit, statim hāc meam sñiam pro recantata haberi peto. Qm̄ ecclesiæ definitionem tanti facio ut in nulla re, uel latum pilum

ab illa discedere uelim. Potest adhuc alio modo aliqs dici relapsus pp uehementem suspicionem, ut puta, si primum de hæresi conuictus hæresim omnem abiurasset, & perpetuo carceri mancipatus fuisset, prout fieri mandatur in cap, Excõmunicamus. paragraph. si qui autem. de hæret. & inde ex carcere exijsset. Is certe dicetur merito relapsus: quia de primo lapsu fuit conuictus, & de secundo dedit uehementem suspicionem per hoc solũ, ꝙ exijt à carcere. Nam ob hoc solum merito suspicari possumus, illum non uere pœnituisse, ꝙ pniam iniunctã adimplere contempsit, & inde euenit, ut merito suspicemur illum ad pristinum redijsse errorem. Et huic sniæ fauet Abbas, qui in cap. cum non ab homine. de iudicijs, pertractans, qui sit dicendus incorrigibilis inter alios, quos ibidem sub hoc nomine recenset, illum etiam, qui impositam pniam peragere negligit, alijs adiungit. Et specialiter loquitur de illo, qui exit à carcere, in quo pp crimen fuerat reclusus, præsertim si uocatus à iudice nõ uult comparere. Et probat Abbas suam sententiam per, cap. ut famæ. de sentent. excom. & cap. literas. de præsump. & cap. Accedens. dist. 50. & cap. testimonium. de testib. Ille. n. (ut Abbas ait) dicitur emendatus, q̃ sui delicti fecit pœnitentiam. Sed difficultas est non parua de illo, qui iam omnem hæresim abiurauit, siue quia uere fuerat lapsus in hæresim, aut quia uehementem dederat hæresis suspicionem, si hic talis post illam abiurationem iterum labatur in hæresim: sed postea errorem cognoscens, sponte sua, & sine ulla accusatione accedit ad inquisitores, & coràm illis pctm suum humiliter confitetur, & ueniam petit, an hic talis sit censendus relapsus, & per consequens incorrigibilis, & uelut talis puniendus. Et quod sit dicendus relapsus, probari posset per hoc: quia est bis in hæresim lapsus. Ego tñ censeo non esse dicendum relapsum, si uerum est illum uenire sponte sua, & ex uera peccati cognitione. Nullus. n. iudicari potest relapsus, nisi bis fuerit de hęresi cõuictus aut saltem

semel conuictus de lapsu, & iterum conuictus de uehementi suspicione. At hic, qui sponte sua uenit, non est dicendus secundo conuictus, non potest ergo dici relapsus, & per consequens nec incorrigibilis. Quo fit, ut sit necessario recipiendus ad ueniam. Oportet tñ, ut inquisitor diligenter perscrutetur, an re uera sponte sua uenerit, & peccatum suum fuerit confessus. Nam si ex timore probationum, quas forte contra se nouerat, illum uenisse constiterit, tunc iam merito dicetur relapsus: quia non zelo fidei: sed timore pœnę suum fatetur peccatū, & merito credendum est illum non uere pœnitere. Declarato iam quis sit dicendus relapsus, nunc iam opus est, ut illum merito incorrigibilem esse dicendum ostendamus, & uelut talem fore puniendum. In re hac uideo non esse multis uerbis opus, cum aperta sit de hac re ecclię definitio. Nā Lucius tertius huius nominis Pōtifex, sic ait. Illos quoq; qui post abiurationē pręfati erroris, uel postq̄ se (ut diximus) proprij antistitis examinatione purgauerint deprehēsi fuerint in abiuratam hæresim recidisse, sclari iudicio sine ulla penitus audientia decernimus relinquēdos. Hæc ille. Quæ uerba hñr in cap. ad abolēdā. extra de hęre. Sed hāc ecclię definitionē multi hæretici subsannant, atq; derident, & illam cōtra Christianam pietatem esse aliquibus rationibus cauillantur: sed omnes illorum rationes, quibus id agere contendunt, inanes, & (ut apertius dicam) irrationabiles prorsus esse, Deo duce, ostēdemus. Primo obijciūt nobis Dei misericordiam, qui pc̄tōri etiam millies in pc̄tū recidenti paratus est semper ueniam dare, si toties ille resipiscat, & ueram pœnitentiam agat. Oportet igitur (ut dīt) ecclesiam, quæ illius est sponsa, ad spōsi sui imitationem agere, ut quoties hæreticus resipuerit, & ueræ pníæ signa dederit, illum recipiat, & illi indulgentiam pręstet. Huic obiectioni rñdet Alexāder Papa huius nominis quartus in cap. super eo. de hæreticis lib. 6. Cuius uerba: quia pp nimiam breuitatem obscura sunt, ego aliquanto proli-

xius explicare decreui. Fatemur quidem quod obĳciũt, ueniam culpæ ſemper eſſe dandam peccatori, quotieſcunq̧ ueram ille peccati pniam egerit, & ſemper eſſe illum ad eccleſiæ cõmunionem recipiendum: ſi uera pœnitentiæ ſigna oſtenderit. Nam nihil eorũ, quę omnibus catholicis fidelibus eccleſia concedit, illi negari debet. Audienda ſiquidem ſunt peccata, quæ ille ſacerdoti in auriculari cõfeſſione detegere uoluerit, quibus auditis: niſi aliud obſtet, non eſt illi neganda pctõrũ ſuorũ abſolutio. Si Euchariſtiæ ſacrm̃ petierit, illi debet adminiſtrari. Vnctionis tñ extremæ ſacrm̃ illi non miniſtrabitur, ppea, q̧ iuxta beati Iacobi ſñiam, hmõi ſacrm̃ non niſi ĳs, qui morbo corporali laborant miniſtrari debet. Poſt mortem, eccleſiaſtica ſepultura illi uelut cæteris fidelibus catholicis concedetur. Non tñ conſequens eſt, ut mors, aut pœna alia pp delictum hæreſis, in quod relapſus fuit, non debeat infligi. Non.n. fieri neceſſario oportet, ut quoties culpæ indulgentia datur, pœnę etiam, ad quam pp culpam deſtinatus fuerat, indulgentia detur. Nam Deus etiam poſtquam peccato pepercit, pœnas ſubinde infligere cõſueuit. Pro qua re (ut alia omittam) illud eſt apertiſſimum teſtimonium, quod de Dauid Rege ſecundus liber Regum narrat. Hic.n. agnoſcens culpæ grauitatem, quam in adulterio, & homicidio cõmiſerat, eiuſdem culpæ indulgentiam à Deo impetrauit. De qua teſtimonium reddidit Nathan propheta dicẽs: Tranſtulit quoq̧ Dñs pctm̃ tuum. Poſt hanc tñ culpæ remiſſionem, idem propheta prædixit illi multas calamitates, & pœnas eũ paſſurũ pp cõmiſſum ſcelus, quas omnes poſtea tolerauit, quamuis iam fuerat illi pctm̃ remiſſum. Ad hunc eundem modum eccleſia Xpi ſponſa faciendum eſſe decernit, quæ hæreticum relapſum ſi reſipiſcat, ad pniam recipit pœnas tñ, ad quas pp crimẽ hæreſis deſtinatus erat, illi infligere non formidat. Prætere a ſecundo obĳciunt nobis hæretici. Petro quærenti à ſaluatore nr̃o quoties fratri in ſe peccanti dimittere de

2.re.12

beat,& cum interrogatione proferenti sniam usque septies. Saluator noster respondit: Non dico tibi usq; septies: sed usq; septuagies septies. Quibus uerbis apertissime docuit semper fratri in nos peccanti debere dimittere. Hæc obiectio nihil prorsus mouet, neq; aliquid contra nos agit, qm per illa uerba Xps solum docet nos debere offensas nras, hoc est, quæ contra nos fiunt, semper remittere, ita ut quoties in nos quis peccauerit, toties nos illi dimittamus. Aliam tn̄ esse habendam rationem in punitione eorꝝ criminum, quæ sunt aperte contra diuinum honorem docet Augustinus in sermone tertio de plurimis martyribus, sic inquiens: Diligenter attendite fratres, & scitote aliud esse in Deum peccare, aliud in hominem. Qñ.n. in nos peccant homines, si pœnitentibus ueniam non indulgeamus pctm̄ incurrimus, qñ autem aliqui in Deum peccauerint, si sine destrictione grādi indulgere uoluerimus, participes nos eorꝝ peccatis efficimus. Hæc ille. Quo fit, ut iudex quicunq; ille sit, cum non suas: sed Dei aut ecclesiæ, aut alterius reipublicę offensas punit, ad hmōi præcepti executionem non teneatur: ita ut cum nō priuatas: sed publicas punit offensas, possit pro criminis q̄litate etiā pœna capitis punire, nec hmōi pœnam remittere teneatur, imò sæpissime non remittere teneatur. Hæreticus aūt non in solos delinquit iudices, aut prælatos, quos suo errore scandalizat: sed Deum, & ecclesiam illius sponsam multipl'r offendit. Primo, quia putat illos, aut fallere, aut falli posse, & ob hanc cām illorꝝ dictis obedire recusat. Secundo, quia fideles, qui membra sunt Xpi suo pestifero errore inficere & à Xpi corpore diuellere satagit. In cap. Vergentis. de hæret. dr̄, q̄ hæreticus diuinam offendit Maiestatē. Rursum tertio hæretici contra nos arguunt sic dicentes: Esto hæreticum hominem damnare liceat, & incorrigibilem punire, non tn̄ postquam primo relapsus est, statim censeri debet incorrigibilis, qm̄ Paulus Apostolus Tito scribens admonet illum, ut hæreticum hominem

Mat. 18

Augu.

Titū. 3

post unam, & secundam correptinnem deuitet. Ex quibus uerbis colligunt ecclesiam contra Pauli sniam agere, quæ post primam correptionem hæreticum dānat, & illum p tāti seculari tradit, ut ab illa prout uiderit expedire, plectatur. Et certe (ut ingenue uerum fatear) hæc Pauli uerba non parꝝ momenti hr̄e vñr aduersum nos: si ita à Paulo dicta esse constaret, prout nnncà nobis citata sunt, & in cōmunibus biblijs hn̄r. Non tn̄ constat talem esse Pauli literam, qm̄ longe aliter multi sanctiuiri illa Pauli uerba citant, legunt, & interpretantur. Neque illa diuersa Pauli lectio apud solos recentes authores inuenitur: qm̄ hoc parum datraheret publicoꝝ, & cōmunium biblioꝝ authoritati: sed cum apud peruetustos authores, eósque probatissimos non solum Latinos, uerum etiam Græcos reperiatur, facit, ut certi non simus quo pacto illa Pauli uerba legenda sint. Beatus Ambrosius in cōmentarijs super epistolam ad Titum, illum Pauli locum hoc modo legit: Hæreticum hoīem post primam correptionem deuita. Quę quidem lectio ualde diuersa est ab ea, quę in cōibus biblijs habetur. Beatus Cyprianus lib. 3. ad Quirinum cap. 78. hūc Pauli locum sub his uerbis citat. Hęreticum hominem post unam correptionem deuita. In quibus uerbis nullam de secunda correptione mentionē fecit. Tertullianus ilib. de pręscriptionibus hęreticoꝝ hęc eadem Pauli uerba citans, post unam correptionem dicit hęreticum esse deuitandum. Deniq; beatus Irenęus martyr, Apostolis satis uicinus lib. 3. aduersus hęreses, cap. 3. sic ait: Tantum apostoli, & hoꝝ discipuli habuerunt timorem, ut neque uerbo tenus cōmunicarent alicui eorum, qui adulterauerant ueritatem, quēadmodum & Paulus ait: Hęreticum hominem post unam correptionem deuita, sciens quoniam peruersus est, qui est talis, & à semetipso damnatus. Hæc Irenęus. In quibus uerbis Paulum dixisse refert hæreticum hominem post unam correptionem esse deuitandum, & non ad secundam expectandum. Quę aūt sit uerior

Ambr.

Cypr.

Tertul.

Iren.

sit uerior litera, an hæc, quæ in cõmunibus biblijs habetur, an illa, quam hi quatuor illustres, & uetustissimi authores citant, ego tantus nõ sum, ut definire hoc possim, nec tam arrogans, ut hoc tentare audeam. Nam beatus Hieronymus in cõmentarijs super ep̃lam ad Titum interpretans hunc Pauli locum dicit hæc Pauli uerba aliter apud Græcos, quã apud Latinos haberi, Apud Græcos dicit solum reperiri post unam correptionem. In Latinis uero codicibus dicit legi, post unam & alterã correptionem. Quæ aũt istarũ sit uerior litera Hieronymus non diffinit, q̃m nullam illarũ improbat. Vt aũt argumẽto quod ex illo Pauli loco nobis ꝓponitur, r̃ndeam, dico, quod Paulus illo loco non loquitur de illo, qui postquam ab hæresi aliqua recessit, ad illã, aut alterã redijt: sed de illo, qui in eadem hæresi persistit, quamuis semel, & iterũ fuerit admonitus, ut hęresim desereret, & hunc talem dicit esse deuitandum, neque cũ illo esse amplius colloquendum: quia qui semel, & iterũ admonitus de errore suo, non uult corrigi, errare existimat corrigentẽ, & timendum est, ne illum perdat, à quo admonetur, & docetur. Vnde Chrysostomus homilia sexta super epistolam ad Titum interpretans hunc Pauli locum, postquam ex posteriore ad Timotheũ ep̃la cap. 2. alia Pauli uerba citauerat, quæ cum istis in faciem pugnare uñr, illa omnia conciliare uolens, sic ait: Nempe illic de his loquebatur, de quibus corrigẽdis supererat spes, ac de his qui simpl'r reluctabãtur, non aduersandi affectu sed studio discendæ ueritatis. Vbi uero manifestus fuerit omnibus, atque cõspicuus aduersarius ueritatis, cur obsecro pugnas incassum? Cur aerem cedis? Quid uero est, qđ ait: cum sit à se ipso damnatus? Quia profecto dicere non potest, nemo corripuit. Cum ergo post admonitionem in ea infidelitate perstiterit, ex seipso damnatus efficitur. Hactenus Chrysostomus. Ex cuius uerbis satis apte constat, illa Pauli uerba de illo esse intelligẽda, qui in eadem hæresi persistit, quem dicit semel, & iterũ admo-

Hiero.

Chry.

nendum,& si credere noluerit,deuitandum. Si tñ hic talis hæreticus Deo inspirãte resipisceret,& postea diabolo suggerente iterũ in hæresim laberẽ, quid de illo agẽdum esset Paulus hoc ioco non docet. Quo fit, ut Pauli sñia,etiam iuxta uerba, quæ in cõmunibus biblijs hñr, nullo modo ecclesiæ determinationi contradicat.

Quàm iustum sit, & necessarium hæreticos punire. Cap. III.

Quamuis hęreseos crimen sit adeo pestilens,& intractabile,ut inter omnia humana scelera nullum sit,quod toti Christianæ reip.magis nocere possit, & cui minus medicari ualeat,non defuere tñ hæreticorũ patroni,q̃ ꝑ illorũ impunitate cõtẽdant, dicentes hęreticos nõ esse ob hæreseos crimen puniendos: sed diuino iudicio relinquendos. Qui hęc docẽt,si aliquis est in hac re coniecturis locus,ideo illos ita dicere credo,ut liberius, quas uelint,possint toti ppl'o hæreses prædicare. Optant q̃dem eas,quas contra ecclesiæ catholicæ doctrinam hæreses conceperunt,in publicum effundere: sed timore pœnæ, quam nimium reformidant,mutire non audent. Rẽ itaque suam agunt,qui hæc docent: quia suam uitam ultricibus pœnis castigari timent,cum alios sui similes cõspiciunt libera punitione confundi,& sibi ipsis impunitatẽ acquirere censent,si alios, quos in eodem crimine obligatos esse sciunt, minime puniendos esse conuincant. Vt autem hanc doctrinam falsam procul,& longissime ab ecclesia relegemus,oportet,ut multis urgẽtissimisq́ rationibus conuincamus,iustam esse & necessariam,hęreticorũ punitionem. Primo igitur eos, qui hæc docent percontor,an id quod de hæreticis docent, ad omnes sceleratos homines ẽt pertinere censeant, ita ut nullum malefactorem hoĩem quamlibet scelestũ puniendũ esse credant: sed oẽm talem diuino iudicio relinquendũ putent. Non credo hoĩem aliquem: nisi demens ille sit, taliter sentire: q̃m hoc naturali legi aptissime repugnat. Nulla enim est, aut nunquam fuit tam barbara gẽs, quę latrones, fures, homicidas, non acerrime puniat, q̃m aľs

nullius eēt tuta supellex, nullius uita secuta, nullaq; resp. diu persisteret: sed omnes citissime perirent. Essent enim homines, ut pisces maris, è quibus maiores deuorant minores. Quo rerū ordine seruato, fieri necesse eēt, ut soli potentes uiuerēt, & nullus esset in republica pauperibus, & infirmis locus. Præter hanc naturalem legē, quæ omnium cordibus insita est, lex etiā diuina scripta talem snīam manifestissime damnat: qm̄ non uno tm̄, aut altero loco præcipit malefactores esse puniendos. Omitto pœnas illas, quas ueteris legis rigor peccantibus esse infligendas olim decreuit. Ipse pietatis fons, & magister Christus saluator noster apud Matthæū ait: Omnis, qui occiderit gladio, gladio peribit. Et apostolus eius Paulus loquens de potestate a Deo principib9 data, ait: Si malū feceris, time. Non enim sine causa gladium portat, Dei enim minister est, uindex in iram ei, q malum agit. Et apostolorū princeps eandem snīam cōfirmat inquiens: Subiecti estote omni humanæ creaturæ pp Deum: siue Regi quasi præcellenti, siue Ducibus tanquam ab eo missis ad uindictam malefactorū, laudem uero bonorū. Multa alia sunt ꝓ hac re testimonia: sed pro re tam aperta enarrare piget: quia uideo hæc satis superq; esse, nec esse pluribus opus. Si igitur fateri oportet malefactorem esse puniendum, peto causas, pp quas puniendus est, quibus assignatis, cum eædem causæ militent contra hæreticos, quæ contra alios malefactores, colligemus inde, aut nullum malefactorem esse puniendum, aut hæreticum ēt puniri oportere. Duplicē constat esse causam, quæ uehementer urget, ut malefactores iuxta uariam suorū criminum qualitatem puniātur. Prima causa est ipsius malefactoris correctio, & emendatio. Nam ad hoc peccator primum punitur, ut pœna urgente discat benefacere. Vexatio siquidem (ut est apud Esaiam) dat intellectum auditui. Et Salomon in prouerbijs ait: Stultitia colligata est in corde pueri, & uirga disciplinæ fugabit eam. Siquis autem hanc fa-

mat. 26

Ro. 13.

1. Pe. 2

Esa. 28

Pro. 22

pientis sñiam ad solos ætate pueros referri forte contendat, ut illi soli sint uirga disciplinæ erudiendi, & non senes, neque iuuenes, audiat Hieronymum hæc Salomonis uerba in cōmentarijs super prouerbia interpretantem. Multos, inquit ille, nouimus pueros sapientia præditos. Nam & Hieremias puer prophetiæ mysterium suscepit. Et Daniel scribit, quòd dedit Deus pueris abstinentibus scientiam, & disciplinam in omni uerbo, & sapientia. Vnde restat intelligere, quòd pueros hoc loco non ætate: sed sensu paruulos significet, quales ueta bat Apostolus esse eos, quibus ait: Nolite pueri effici sensibus: sed malitia puuli estote. Huiusmodi enim pueros, id est animos stultitiæ, uel lasciuiæ, uel inertię deditos, necesse est iuuenili disciplina castigari, & ad iustā uitæ tramitem prudentium uigore perduci. Hæc Hieronymus. Propter hanc causam pientissimus Deus qui non uult mortem peccatoris: sed magis, ut conuertatur, & uiuat, sæpe ærumnis, & calamitatibus uarijs peccatores in hoc seculo punit, ut uel sic eos erudiat, mala, quæ gesserunt agnoscere, & pro bonis, quæ culpa sua amiserunt suspirare. Multi enim sunt, qui afflictionibus uexati, coacti sunt intelligere pessima esse, qbus irretiti sunt uitia, & sic priorē uitam deserentes, nouam inceperunt, & ueterem hominem cum actibus suis exuentes, induerunt nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate ueritatis. Et (ut alios multos omittam) filius ille prodigus, cuius meminit Lucas in Euangelio, non paruo exemplo nobis suffragatur. Ille siquidem accepta portione, quę sibi hæreditario iure contingebat, abiens in regionem longinquam, totam substantiam suam dissipauit uiuendo luxuriose: sed acerba fame illū postea cogente ad se reuersus didicit, quanta bona amiserat, q̄ in domo patris persistens habebat. Et sic sapientior factus ad patrem redijt, pc̄tm̄ agnouit, & miser cordiam petēs statim impetrauit. Paulus apostolus cum antea uastator esset ecclesię, & Christiani

Hiero. Here. Dan. 2 1. Cor. 14. Eph. 4 Luc. 15 Actu. 9

nominis acerrimus persecutor, iens in Damascum cęcitate corporis à dño percutitur, ut uel sic ad desiderandū uerum lumen cordis cogeretur. Paulus igitur, qui in prosperitate cęcus mente fuerat, flagellorū collyrio sanatus est, ut uisum mentis reciperet, & ad Dei obedientiam se prōptum offerret. Et ideo post impositionem manus Ananię, squamæ ex illius oculis cecidisse dicūtur, ut per squamas illas ex oculis corpis decidentes cęcitatē mentis decidentem intelligeremus. Ob hanc causam Paulus nos omnes admonet, ut tribulationes, quæ ueluti flagella quędam sunt, quibus Deus nos percutiens tanquam prē erudit, patienti animo feramus. Quem.n.(inquit ille) diligit Dñs castigat: flagellat autē omnem filium quem recipit. In disciplina perseuerate. Tanq̃ filijs nobis offert se Deus. Quis.n. filius, quem non corripit prē? Quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri, & non filij estis. Deinde prēs quidem carnis nr̄æ eruditores habuimus, & reuerabamur eos. Num multo magis obtemperabimus prī spirituum, & uiuemus? Et illi quidem in tempore paucorū dierū scdm uoluntatem suam erudiebant. Hic autem id, quod utile est in recipiendo sanctificationē eius. Hactenus Paulus in epl̄a ad Hebræos. Quapp in posteriore ad Corinthios epl̄a de acceptis tribulationib⁹ gloriatur, sic inquiens: Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me uirtus Xp̄i. Propter quod placeo mihi in infirmitatibus, in contumelijs, in necessitatibus, in persequutionibus, in angustijs pro Xp̄o. Et Regius propheta diuinorū flagellorū uirtutem agnoscens, gratias Deo pro illis redditꝫ, sic inquiens: Bonum mihi quia humiliasti me, ut discam iustificationes tuas: prosperitate elatus p̄cepta Dei non plene didicerat, ut ope re impleret: sed postea pœnis sequētibus humiliatus est, & sic didicit præceptis Dei obedire. Nam (ut Salomon ait) ubi est humilitas, ibi erit sapientia. His igitur præfatis percontari oportet eos, qui docent hereticos nō esse

Heb.12

2.co.12

Ps.118.

Pro.11.

puniendos, an hæretici catholicam fidem deserentes agant bene, an male. Non puto uirꝫ aliquem Xp̄ianum adeo desipuisse, ut dicat hæreticos bene agere, & ob hęresim, quam tuentur sine crimine esse. Nam cum hęresis sit pc̄t̄m, & tam magnum, ut totius Xp̄ianæ structuræ euertat fundamentum, cōsequens inde est, ut hæreticus pro eo, quod hæresim amplectitur, & tutatur male & pessime faciat. Si hæresis mala est, & hæreticus male facit illi adhærendo, consequens est, ut bonum sit hæreticum ab hæresi ad fidem catholicam conuertere. Pœnis autem, & afflictionibus urgentibus sæpe (ut experientia compertum est) hæretici ad fidem catholicam conuertuntur. Bonum igitur, & optimum est pœnis, & afflictionibus hæreticos punire, ut illis urgentibus fidem, quam semel in baptismo susceperunt, tueri cogantur. Nam (ut optime quidam dixit) felix necessitas, quę nos ad meliora compellit. Præterea, si quis hominem ex aq̄ profunda, in quam se uolens ad mortem proiecerat, cō tra illius uoluntatem extraheret ad uitam, benefaceret: et si illum, cum posset, qualibet etiam maxima adhibita uiolentia, à morte eripe negligeret, malefaceret, & mortis reus apud Deum haberetur. Nam (ut Symmachus Papa ait) non est grandis dr̄ia, an lethum inferas, uel admittas. Mortem.n. languentibus probatur infligere, qui hanc, cum possit non excludit. Multo ergo melius facit iudex. cui ad malefactorum uindictam data est à Deo ptās, si hæreticos, ut ad fidem catholicam conuertantur, per pœnas quamlibet duras cogit. Is.n. animam eripit à morte, quæ tanto est acerbior corporis morte, quanto anima multis interuallis corpus antecedit. Hāc argumentationem per locum à minori ad maius procedentem: qm̄ uehemēter meo iudicio aduersarios urget, ut clarior illa euadat, operæprecium fore existimaui illā uarijs exemplis, & similitudinibus confirmare, quę Augustinus in epistola ad Bonifacium comitem de hac re loquens adducit; Molestus est.n. (inquit ille) medicus

Sym. mac. p̄p̄

Aug.

furenti phrenetico, & pater indisciplinato filio, ille ligādo, iste cędendo: sed ambo dirigendo. Si autem illos negligant, & perire permittant, ista potius mãsuetudo falsa, crudelitas est. Si.n. equus, & mulus, quibus non est intellectus, motsibus, & calcibus resistunt hominibus, à quibus eorum curanda uulnera contrectantur, & cum inter dentes eorꝝ & calces sæpe homines periclitentur, & aliqñ uexentur, non tñ eos deserunt, donec per dolores, & molestias medicinales reuocent ad salutem: quãto magis homo ab homine, & frater à frē: ne in æternũ pereat, non est deserendus, qui correctus intelligere potest, quantum sibi præstabatur beneficium, qñ se persecutionem perpeti querebatur? Hactenus ex Augustino. Rursum quemadmodum paterfamilias se hēt erga familiam suam, ita Rex, aut sacerdos, aut quiuis alius iudex circa regnum, aut prouinciam, aut quamlibet rempublicam sibi subiectam. Hoc.n. docet beatus Augustinus super Psalmum quinquagesimum, ubi patremfamilias alloquens, hęc ait: Quō ad nos pertinet uobis loqui in ecclesia, sic ad uos pertinet in domibus uestris agere, ut bonam rationem reddatis de his, qui uobis subditi sunt. Hæc ille. At paterfamilias tenet filios, & reliquos sibi subditos uerbo, & flagellis corripere, ut uel sic sapientiores fiant, & à malo ad bonum conuerti cogunt. Propter quod Salomon ait, qui parcit uirgæ, odit filiũ suum. Ex quibus aperte colligitur, ut Rex hæreticũ hominem uerbis, & flagellis corripere teneatur, ut uel sic illum ad fidem catholicam, quam in baptismo susceperat, redire cogat: quod si facere neglexerit, non ex charitate amator: sed contra charitatem Osor hæretici meri to censebitur. Nam (ut recte Salomon ait) meliora sunt uulnera diligentis, q̄ fraudulenta oscula odientis. Deniq; (ut huic primæ causæ punitionis malorꝝ finem imponamus) si ad emendationem malorꝝ procurandam bonum est, ut mali puniantur, consequens est, ut tanto melior sit pctōris alicuius punitio, quanto peius est pec

Augu.

Pro. 29

Pro. 27

catum, quod ille cõmisit. Quia quanto peius est pctm̃, tanto melior erit illius emendatio & per consequens tã to melior (modo cætera sint paria) erit punitio, quæ ad talem emendationem extorquendam ordinatur. At crimen hęresis (ut supra docuimus) est pessimum. Optima est ergo hęretici punitio, quę illum ad hęresis reuocationem, & abiurationem faciẽdam quodam modo cogit. Secunda causa, pp quam bonũ est, & necessarium malefactores punire est publica, & cõis totius reipublicę utilitas, ut uidelicet cęteris, qui tales punitiones conspiciunt, incutiatur timor, qui eos à malo auertere cogat.

Hora. Nam (ut egregius poeta ait) oderunt peccare mali formidine pœnę. Postq̃ aũt pctõres timore pœnę ducũt in desuetudinem malum, illud horrere incipiunt & deinde bonum ex consuetudine paulatim dulcescit. Vñ Augus.

Augu. super Psal. 127. Cum per timorem gehennę continet se hõ à peccato, fit consuetudo iustitię, & incipit, qđ durũ erat amari, & incipit timor excludi à charitate, & succedit timor castus, quo timemus ne tardet, ne discedat ne eo careamus. Ille utilis: sed non permanet in ęternum, ut iste. Hęc Augustinus. Quapp Christus saluator noster sępe peccatoribus durum Dei iudicium, ut inferni pœnas minatus est, ut per timorem gehennę illos à peccatis reuocaret ad pñiam. Licet.n. meliores sint, qui amore ducuntur, plures tñ sunt, qui à timore cogũtur ad bo-

Ps. 110. num: & hi non mali. Nam timor Dñi initium est sapien-

1. Ti. 5. tiæ, & uiam parat ad charitatem, Propter hanc causam Paulus Timotheo scribens, ait: Peccantes coràm omnibus argue, ut & cæteri timorem habeant. Volebat quidem Paulus timore pœnę homines à malo auertere, & ad bonum inducere, & ob hanc cãm iubet, ut publice peccantes coràm omnibus arguat, ut aliquoꝝ punitio multos à malo deterreat. Si aũt publice peccantes impuniti relinquerentur, maxima inde pręstaretur occasio ad quæcunq; facinora cõmittenda. Facilitas siquidem ueniæ incentiuum præbet delinquendi. Et sapientissim

Salomon ait: Etenim quia non profertur cito cōtra ma- Ecc. 8.
los sñia absq; timore ullo filij hominum perpetrant ma-
la. Propter hanc cām Aristo. 10. Ethico. cap. 9. censet iu-
stum esse, ut legum transgressoribus pœnę aliquę statuā-
tur a republica, quatenus per illarū metum homines ad
legum obseruantiam cogantur. Multitudo (inquit ille) Arist.
necessitati potius, quam rationi, & pœnis, quam hone-
stati paret. Idcirco sunt, qui legumlatores oportere cen-
sent ad uirtutem inuitare, ac prouocare honestatis gra-
tia, propterea quòd ij qui probi sunt, ob consuetudinem
pręcipue obtemperabunt: aduersus autem inobedien-
tes, & hebetiores ingenio, castigationes, pœnasque in-
stituere, at eos, qui curari, atque emendari nequeunt ex-
trudere, atque exterminare. Probrum enim hominem et
ad honestatem uiuentem, rationi obtemperaturum esse
inquiunt: improbum uero uoluptatem affectantem do-
lore afficiendum esse perinde atq; iumētum. Hactenus
Aristoteles. Ex hac secunda iustæ punitionis causa aper-
tissime colligimus, bonum esse, & necessarium hæreti-
cos punire, ne illorū impunitas alijs ansam præbeat, q̃s-
cunque uoluerint hæreses publice prædicare, & doce-
re. Hoc. n. manifesta experientia compertum est, prouin-
cias illas, in quibus seuera contra hæreticos uiget iusti-
tia, multo plus ab hæresibus esse purgatas, quàm illæ, in
quibus effrenata est omnibus concessa licentia docen-
di, & prædicandi, quicquid libuerit. Huius rei testis fide-
lissimus est nostra Hispania, ad quam propter uerbum
disciplinæ rigorem in ea aduersus hæreticus uigentem,
uix ullus est ausus accedere ad Lutheranam sectam prę-
dicandam, aut docendam: quamuis multi ex hac pestife-
ra factione per reliquas ferè omnes Christiani orbis ꝓ-
uincias peruagentur. Si uel mediocri aliquo disciplinæ ri-
gore aduersus hæreticos usa fuisset Germania, nec tantū
fidei catholicæ detrimentum fuisset experta, nec tā mo-
lestam, & tam periculosam hæreticorū infestationem
pateretur, sicut nunc patitur. Quia illorū effrontem, &

nimis effrœnatam audaciam timor duræ punitionis repressisset. Quibus timore perterritis, si illi correcti, & emendati non fuissent, hoc saltem non spernendum cōmodum inde hausisset Germania, q; suæ hæreseos uirus, quod mente conceperant, non fuissent ausi in populum euomere, & sic non tantus populus fuisset illorꝫ pestifera doctrina infectus. Merito igitur sapientissimus

Pro.29 Salomon ait: Virga, atque correctio tribuit sapientiam, puer autem, qui dimittitur uoluntati suæ confundit matrem suam. Quæ uerba interpretans beatus Hierony-

Hiero. mus in cōmentarijs super prouerbia ait: Puer nanque, quem frequentissime corripiendum, & erudiendum admonet, populus Dei est, qui si non assiduis monitis, & increpationibus sacerdotum fuerit castigatus, confusionem generat ecclesiæ, detrahentibus his, qui foris sunt religioni fidei Christianæ. Hæc Hieronymus. Ideo igitur Germaniæ populus nunc ecclesiam matrem suam confundit: quia suæ dimissus est uoluntati, qui si uirga, & correctione fuisset eruditus, accepisset ab ea (ut Salomon ait) sapientiam. Ex his omnibus apertissime colligimus, aut nullum quamlibet sceleratum hominem esse puniendum, aut hæreticum esse etiam puniendum: quia bonū est, hæretici sicut cuiuslibet alterius pctōris emēdationem per pœnas procurare, & bonum est timorem alijs incutere, ne hęreseos uenenum, quo populus infici possit, passim coràm illo euomere audeant. Si is, qui in rēpublicam peccat, merito puniri potest, consequens est, ut hęreticus etiam iustissime puniatur: quia hęreticus ē in rēpublicam peccat. Vnde pijssimus Imperator Theodosius in lege, Manichęos. C. de hęreticis, ait: Quod in religionem diuinam cōmittitur, in omnium fertur iniuriam. Pręterea si Rex, aut Eps, aut queuis alia publica potestas ualet punire peccantes in proximum, & in rempublicam, consequens est, & necessarium, ut multo magis punire ualeat eos, qui peccant in Deum, & in ecclesiam. Quia multo grauius hi, quàm illi peccāt, & ob hoc mul-

to etiam grauius puniri debent. Nam(ut in primo libro 1. Re.2 Regum ait Eli sacerdos) si peccauerit uir in uirum placari ei potest Deus: Si autem in Dominum peccauerit, quis orabit pro eo? Heretici autem quia contra ecclesiae catholicae doctrinam pertinaciter sentiunt, credunt ecclesiam ipsam errare. Qui autem ecclesiam credit errare necessarium est, quòd credat, aut Deum errare, à quo illa regitur, & docetur, aut Deum ecclesiam suam sic deseruisse, ut illam nec regere, nec docere uoluerit, contra id, quod ipse ante sæpe promiserat. Quidquid autem horum de Deo hæretici sentiant, grauissime in illum, sic sentientes peccabunt: quia per hęc, aut Deum mendacem, aut ignorantem, aut in promissis minime fidelem faciunt. Cum igitur tam grauem iniuriam Deo inferant hęretici, oportet ut grauius illi sint puniendi, quàm si essent in hominem aliquem, aut in totam rempublicam iniuriosi. Non. n. ob aliam causam Principes Romani, ac reliqui omnes Principes Gentiles tam atroci persecutione insectati sunt apostolos, ac reliquos martyres: nisi quia idola sua neglexerunt, & illis publice detrahebant. Non persecuti sunt apostolos propter pacis turbationem, aut propter reipublicę proditionem, aut propter quęuis alia crimina. Quoniam apostoli fuerunt uiri pacifici, nihil contra rempublicam tentantes, nemini nocentes, omnibus benefici. Nihil bono status reipublicæ contrarium, illis tanquam malefactoribus unquam obiectum est: sed duntaxat, quia idolis thura adolere noluerunt, ipsaque uilipendebant. Ideo Principes, ac Reges tanquam suorum falsorum deorum zelatores, in eorum uindictam exarserunt. Putabant quidem, & merito, peccata in Deum multo grauius esse punienda, quàm peccata in hominem. Ob quam causam non dubito illos, si uerum Deum cognouissent, multo acerbius in hæreticorum punitionem fuisse exarsuros, quàm tunc in apostolos seuierunt. Rursum omnis persona, aut respublica habens potestatem coactiuam, potest subditos suos obligare ad ea, quæ ad pacis, & tranquillitatis obseruationem sunt

necessaria. Siquis autem illa prætermittens, pacem turbauerit, iuste potest illum iuxta criminis qualitatē puni re. Nihil est aūt quod magis ecclesiæ pacem, & unitatē tollat, quàm hæresis. Quia per illam quisque hæreticus se à fidei unitate separat. Et propter hanc causam hæretici omnes dr̄r schismatici, hoc est, diuisores: quia fidei, & ecclesiæ unitatem diuidunt. Iuste igitur hæretici puniuntur tanquam pacis ecclesiasticæ turbatores. Dein-

2.co.10 de Paulus (ut ipse testatur) in prōptu habebat ulcisci omnem Corinthiorum inobedientiam. Cur igitur Christianis Principibus non licebit ulcisci hæreticorꝫ inobedientiam, & rebellionem, qui improba quadam, & pertinaci audacia contra ecc̄liæ doctrinam insurgunt, & illius uerissimis dictis obedire contēnunt? Insuper hæretici (ut

2.Ti.2 Paulus ait) multum proficiunt ad impietatem: & sermo eorꝫ, ut cancer serpit: quia quotidie magis, ac magis occupat, & deuorat, & maculat mentes eorꝫ, qui illos audiunt, & cum illis uersantur. Ne igitur licentiosa impunitate audaciores facti amplius grassentur, & magis quotidie noceant, bonum est duris illos pœnis reprimere, ut metu pœnarum exerriti nocere desinant. Accedit ad hęc totius catholicæ ecclesiæ consensus, quæ à multis retroactis seculis hæreticos puniendos esse censuit, ut ꝑ pœnas illos sapientiores faceret, & tanquam lupos ab ouibus arceret. Paulus uas electionis quendam pseudo prophetam cæcitate percussit, eo quòd Sergium Paulū proconsulem auertere quærebat à fide. Nam (ut apostolorꝫ narrat historia Paulus plenus spiritu sancto intuens

Act.13 in pseudoprophetam dixit? O plene omni dolo, & omni fallacia, fili diaboli, inimice omnis iustitiæ, non desinis subuertere uias domini rectas & nunc ecce manus dn̄i super te, & eris cæcus, non uidens solem usque ad tp̄s. Et confestim cecidit in eum caligo, & tenebræ, & circuiens quærebat, qui ei manum daret. Si tanta seueritate usus est Paulus in pseudoprophetam, eo quòd proconsulem quærebat auertere à fide, credendum est illū mul

to maiore seueritate fuisse usurum contra Lutherum, & alios huius temporis hæreticos, qui non solum unum ꝓconsulem: sed multos proconsules, Duces, Marchiones, Episcopos, Archiepiscopos, multas ciuitates, multasq; prouincias auerterunt a fide. Innocentius primus huius nominis Pontifex Cathaphrygas exilio damnauit. Gelasius Papa Manichæos in urbe repertos exilio puniuit. Recharedus Hispaniarum Rex olim Arrianos omnes in Hispania existentes militia priuauit. Nec ullum liberi hominis munus illos obire permisit. Imperatores Theodosius, & Martianus uarias contra hæreticos statuerūt pœnas quæ habentur in codice Iustiniano titu. de hæret.

Innoc. primus

Gelas.

Rech.

Theo.

Mart.

Constat iam apertissime (ut opinor) maxime illos errare. qui pro hæreticorum impunitate contendunt: & ipsis hæreticis, quibus impunitatem optant, esse multo peiores: quia ansam illis præbent, ut omnes, quas uelint hæreses libere prædicent, & doceāt. Vnde beatus Gregorius exponens illud Iob, qđ de diabolo sub nomine Behemoth loquitur dicens: Protegunt umbræ umbram eius, sic ait: Vmbræ quippe sunt diaboli, omnes iniqui qui dum imitationi iniquitatis eius inseruiunt, quasi ab eius corpore imaginis speciem trahunt. Sicut autem umbræ eius sunt plr reprobi, ita singulariter umbra eius est, unus quisq; peccator. Sed dum doctrinæ iustorum mali contradicunt, dum ab eis iniquum quemlibet corrigi non permittūt, umbra behemoth istius, umbram eius protegunt: quia peccatores quiq; in quo sibi male sunt conscij, in eo & alium peccantem defendunt. Vmbræ umbram eius protegunt, dum nequissimorum facta, nequiores peruersis patrocinijs tuentur. Et paucis interpositis subdit: sic fit, ut summa criminum dum defenditur, augeatur: & uniuscuiusq; nequitia eo fit ad perpetrandum facilis, quo difficilis ad puniendum. Scelera quippe peccantium tanto maiora incrementa percipiunt, quanto per defensionem potentium diu inulta tolerantur. Sed tales quiq;, seu extra, seu intra sanctam ecclesiam esse uideantur, tan

Iob, 40.

Greg.

to se apertiores Dei hostes exhibēt, quāto maiores sunt patroni uitiorum. Hactenus Gregori.

Respondetur obiectionibus eorum, qui pro hæreticorum impunitate contendunt. Cap. 4.

Vix ullum est tam apertum mendacium, quod non possit ab eo, qui mentiri, & decipere optat quadam ueritatis imagine adumbrari. Sic etiam non desunt his, qui hereticos impunitos esse uolunt, argumenta quędā quā uis falsa, quibus suū errorem aliquo ueritatis colore aliȷ̄s suadere conantur. Vt igitur catholica ueritas clarior, & firmior maneat, opus est eorꝫ obiectionibus occurrere, & argumenta, quibus catholicam ueritatem oppugnāt prorsus euertere. Primo ergo obȷ̄ciunt, Deo non placere coacta seruitia: sed uoluntarie esse illi sacrificandum, atque inde colligūt neminem ad fidem, aut aliqđ aliud bonum esse cogendum. Nemo enim (ut aiunt) ad id cogendus est, ex quo nullam pōt consequi utilitatem. Ex bono autem, quod quis coactus facit, nullum meretur à Deo recipere pręmium. Nam apostolus cū Corinthios

2. cor. 9 ad eleemosynas hortaretur, ait: Vnusquisque det prout destinauit in corde suo, non ex tristitia, aut ex necessitate, hilarem enim datorem diligit Deus. Ex quo datur intelligi, quod qui inuitus dat, & rem perdit, & meritum.

Augu. Huic obiectioni r̄ndet beatus Augustinus sic inquiens: Si uoluntas mala semper suæ permittenda est libertati, quare monetur pater in scripturis sanctis filium durum non solum uerbis corripere: sed etiam latera eius tūdere, ut ad bonam disciplinam coactus, ac domitus diriga

Pro. 13 tur? Vnde idem Salomon dicit: Tu percutis eum uirga, animam autem eius liberas à morte. Si aūt mala uoluntas suæ semper permittenda est libertati, quare corri

Ez. 34 piuntur negligentes pastores, & dicitur eis: Errantem non reuocastis, perditum non inquisistis? Et uos oues Christi estis, characterem dn̄icum portatis in sacro, qđ accepistis: sed erratis, & peritis. Non ideo displiceamus: quia reuocamus errantes, & quærimus perditos.

Melius enim facimus uoluntatem domini monentis, si uos ad ouile eius redire cogamus, quam consentiamus uolũtati errantium, ut perire uos permittamus. Hęc Augustinus. Et ponuntur hęc uerba in cap. displicet. 23. q. 4. Sed quia in his uerbis Augustinus absolute, & sine ulla distinctione loqui uidetur, ut omnis sine ullo discrimine possit ad quodlibet bonum cogi, ne quis ex uerbis illius male intellectis decipiatur, admonere decreui lectorem, ut intelligat non omnes iuste posse cogi ad fidem: sed consyderandam esse illius, qui cogitur qualitatem. Siquis nunquam fidem Christi suscepit in baptismo, sicut sunt Iudæi, aut Sarraceni, aut Pagani, is certe non est minis, & terroribus compellendus ad fidem: quia credere uoluntatis est. Siquis uero fidem iam semel in baptismo suscepit, & postea eam deseruit, quẽadmodum apostatæ, & reliqui hæretici faciunt, is merito compellendus est, ut fidem quam semel suscepit, teneat. Ratio aũt huius discriminis est: quia iure naturæ quisq; obligatur, ut quod semel promisit, reddat: & sic ex eodem iure oritur, ut ptãs publica possit illum cogere ad promissa seruanda. Licet. n. cuiq; liberꝝ sit aliquid promittere, uel nõ promittere: tamen postquam illud promisit, iam nõ est in eius potestare, seruare promissum, uel non seruare. Nã per promissionem suam se subdidit potestati publicę, ut possit ab ea ad seruandum promissum compelli. Idem prorsus dicendum est de uoto, & redditione uoti. Vouere siquidẽ libertatis est, reddere autem necessitatis. Ad primum quidem nemo cogitur, ad alterꝝ uero iuste quisque compellitur. Iudæis, & Sarracenis, & cęteris infidelibus liberꝝ est fidem uelle suscipere, uel non suscipere. Liberꝝ dico nõ quidem ad beatitudinem consequendã. ita ut sine fide possint uitam cõsequi sempiternam sicut cum ea: sed liberꝝ dico, quo ad publicam humanam potestatem: sed quia non sunt in hoc publicę potestati subiecti, ut possint ad fidem catholicam suscipiendam compelli. Postquam aũt iam fidem in baptismo susceperũt:

quia tunc se illam in posterꝫ seruaturos promiserunt,merito ad id,quod susceperunt tenendum,& quod promiserunt seruandum,compelli pn̄t. Hæc nostra sententia confirmatur authoritate concilij Toletani quarti,quod in capite suorꝫ decretorꝫ.56.postquã definierat Iudæos & Sarracenos non esse ad fidem catholicam cogendos ita ait. Qui aũt iam pridem ad Christianitatem uenire coacti sunt,sicut factum est tp̄ibus religiosissimi Principis Sisebuti: quia iam constat eos sacris diuinis associatos,& baptismi grãm suscepisse,& chrismate unctos esse,& corporis & sanguinis dñi extitisse participes:oportet,ut fidem,quam etiam ui,uel necessitate susceperũt, tenere cogantur,ne nomen dñi blasphemetur, & fides, quam susceperunt,uilis ac cõtemptibilis habeatur.Hæc concilium Toletanum. Quæ uerba hñr in uolumine decretorꝫ in cap. de Iudæis.45.dist.Ex quibus uerbis clarissime patet hęreticos esse ad fidem catholicam,quam deseruerunt,cogendos. Quod autem obijciunt,neminem esse cogendum ad id,ad quod inutiliter cogitur,fateor. Sed nunquid hæreticus inutiliter cogitur ad fidem suscipiendam? Minime. Quia multiplex ex hac compulsione succeditutilitas. Prima est ipsius hæretici emendatio:quæ ex punitione facile oriri potest:qm̄ sępe aliquid timore incipitur,& tandẽ perfecto amore finitur,et tũc (ut btũs Ioãnes in sua.1.Canonica epistola ait)perfecta charitas foras mittit timorẽ.Sed obijciũt multis ista nõ pdesse:sed per tales pœnas multos fictos Xp̄ianos fieri, q̃ etsi publice se dicant fidẽ tenere,mẽte tñ negãt. Huic obiectioni ego iuxta btũm Augustinũ rñdeo,ꝙ non ĩo contẽnenda est medicina:qa aliquorꝫ insanabilis pestilẽtia p illã nõ sanat.Non est.n.uitiũ medicinæ:sed morbi,cum ea,q̃ alijs morbis medicina succurrit,alicui eiusdem generis morbo non medetur. Deinde etiam si aliquibus hmõi compulsio ad salutem non profit, non tñ ideo inutilis censenda est: quia tunc publica cõsiderãda est utilitas,q̃ multo maior est, ꝙ̃ priuata.Nã p talẽ punitionem

1. Io. 4

tionem cohibentur hæretici, ne suas hæreses publice prædicent, & doceant: et sic sua pestifera doctrina totã rempublicam inficiant. Magna inficiant. Magna siquidem est totius reip. utilitas, si illa à pestiferis hæreticorum doctrinis immaculata custodiatur. Vnde colligimus melius esse, hoc est, minus malum, occultos hæreticos tolerare, quàm publicos permittere: quia hi per effrenatam, licentiosamque audaciam multo nocentiores fiunt, quàm illi, qui timore pœnæ ueluti freno quodam cohibiti, in publicum prodire non audent. Secundo sic arguunt: Hæretici uerbis, & rõnibus conuincendi sunt, nõ sunt ergo pœnis, & afflictionibus ad fidem cogendi. Consequentiam dicunt esse notam, & assumptũ probant: quia beatus Petrus docet debere nos omnes esse paratos reddere rõnem omni poscenti de ea, quæ in nobis est fide. Fateor quidem (& hoc ipsum iam supra docui) bonũ esse prius hęreticos uerbis admonere, rationibus illos iuxta cuiusque hæretici conditionem applicandis, de sua hæresi conuincere: sed quia multi sunt adeo pertinaces, & indurati, ut citius frangantur, quam emendentur, opus est circa illos id agere, quod beatus Isidorus ait: Qui blando uerbo (inquit ille) castigatur, & non corrigitur, necesse est, ut acrius arguatur. Cum dolore abscindēda sunt, quæ leniter sanari non pñt. Hæc ille. Pastor, qui uidet lupum inuadentem gregem ouium, uocibus primo contra illum clamat, ut uel sic illum à grege arceat: & si uocibus illum minime deterreri conspicit baculo, & funda, & gladio, & sagitta si opus est, illum aggredit, ut à grege propellat, & sic oues illęsas custodiat. Pastores sunt ecclesiæ Prelati, qui uigilant super subditos, tanquam super oues sibi cõmissas, pro quibus sunt Deo reddituri rationem. Lupi aũt, qui his ouibus maxime nocẽt, hæretici sunt, de quibus saluator noster apud Matthęũ ait: Attendite à falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Et Paulus in Actibus apostolorum, hæreticos appellauit

1. Pe. 3

Isidor.

Mat. 7

Act. 20

lupos sic inquiens: Scio q̄m intrabunt post discessionē meam lupi rapaces in uos, non parcentes gregi. Ne igit̄ hæretici alijs noceant, oportet illos tanquam lupos rapaces flagellis, & fustibus pcutere, si admonitione blāda non compescuntur. Coguntur medici multas, & uarias perquirere medicinas cum uident usitata, & cōmunia remedia non proficere, & quo magis incrudescunt morbi, eo efficaciora sunt quęrenda antidota, q̄ illos ab humano corpore citius, & melius propellere ualeant. Bonum certe, & optimum salutis medicamen circa hęreticos ad fidem reducendos est lenitas, & mansuetudo, per uerba monitoria, & sermonū blanditias. Cum uero hoc pharmacum ob induratam hæreticoꝝ malitiam nihil illis prodesse cognoscitur, debent hi, quibus talium morboꝝ est cura cōmissa, asperioribus in illos, & acerbioribus uti medicamentis. Nam dominus, & redemptor noster Iesus Christus totius lenitatis & mansuetudinis exemplar, facto ex funiculis flagello numularios oēs è templo eiecit, oues quoque, & boues eoꝝ, æs illoꝝ effudit, & mensas subuertit. Si hoc numularijs fecit, multo acerbiorē se hęreticis præstitisset: q̄m multo grauius hęreticoꝝ, quam numularioꝝ est pctm̄, & multo plus hæretici, quàm numularij ecclesiæ nocere pnt. Tertio sic arguunt hi, qui pro hæreticoꝝ impunitate contendunt. Perfecta uiuendi forma, quam xpiani omnes tenere debent, in sacro euāgelio, & in Pauli, & cæteroꝝ apostoloꝝ epistolis plenissime continet̄. Euāgelium aūt, apostoloꝝ epistolæ nō docent christianos debere Principum fauorē contra hæreticos implorare, neque Principes debere molestiā aliquam hæreticis inferre: ergo Principes, qui hæreticos puniunt, & q ad hanc punionem Principū fauorem implorant, cōtra Christi, & apostoloꝝ doctrinam faciunt. Huic obiectioni dupliciter r̄ndeo. Primo quidē nego nullā esse in sacro euāgelio, & in apostoloꝝ epistolis, de hæreticoꝝ punitione doctrinam. Nam Christus saluator nr̄ de fratre pec-

Ioan. 2

catore rephenso, & non emendato loquẽs, apud Matt. ait: Si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus. Et paulo ante in eo. cap. dixit: Vę homini illi, per quem scandalum uenit: expedit enim ei, ut suspendatur mola asinaria ad collum eius, & demergatur in pfundum maris. At nulli sunt, per quos grauius nascatur scandalum, quàm per hereticos, expediens igitur est, ut suspendatur mola asinaria ad collum eius, & demergatur in profundum maris. Et Paulus apostolus pcepit hæreticum hoiem semel, & iter admonitũ fore ab hominũ consortio deuitandũ. Et Galatis scribens satis aperte insinuat hæreticos ab hoium cõione propellendos, sic inquiens: Vtinam abscindãtur qui uos conturbãt. Nulli autem sunt qui grauiores, & magis noxias turbationes inter fideles excitent, q̃ hrtici: qui nouas quotidie fingunt doctrinas, quibus Dei pplm ab unitate fidei separate cõtendũt. Deinde & si in sacro euangelio, aut aplorum catholicis epl̃is nulla de hęreticorum punitione reperiretur aperta doctrina, non tñ ideo cõsequens est illorum punitionem non esse iustam. Qm̃ tunc consulto, & ex industria, hæreticorum punitio tacita fuit ne fides sacri euãgelij humanæ tribueretur potẽtiæ. Nam cum ea, q̃ fide creduntur, oẽm humanum superent intellectũ, oportebat fidem euangelij diuinæ ascribere uirtuti, & non humanæ sapientiæ, aut potẽtiæ. Propter hoc xp̃s saluator noster primos discipulos suos, p quos fides euãgelij pdicanda erat, non sumpsit philosophos, aut alios uiros doctos: sed simplices, & idiotas, & prorsus illiteratos. Ita etiam ne eadem fides humanæ imputaretur potentiæ oportuit fidem hanc non per Imperatores, aut Reges, aut duces, aut quoslibet alios mundi potentes: sed per hoies pauperes, & infirmos, & impotẽtes per totũ orbem prædicari. Postq̃nam aũt iam semel per totũ orbem fides euangelij fuerat pręedicata, & Principes terrę uiuificę crucis uexillũ portantes sub xp̃i nomine militare cœperunt, & diademata Regum obedientiæ fidei se

mat. 18

Titũ. 3

Gal. 5.

subsiderunt, iam tunc oportuit, ipsam fidem contra hereticos, acerbissimos eiusdẽ fidei hostes, regũ & Principum armis foueri, & eorũ authoritate, & maiestate cõsolidari. Queadmodum.n.olim Dauid licet Rex erat, et ex mandato Dei per Samuelem ꝓphetam unctus, patiẽter expectauit, & mansuete cum Saule egit, donec Deus Saulem de medio sustulit, quo e uita sublato regalia, omnia exercuit, sic et ecclesia nõ est à principio ꝑtãte gladij materialis in suos subditos usa: sed cũ omni mansuetudine expectauit, donec Deus iugo suo colla Regũ terręsubderet. Quarto argumẽtantur contra nos ab exemplo apostolorũ, & aliorũ ecclesiæ procerũ, qui in principio nascentis ecclesiæ, fidẽ catholicam uerbo, & exẽplo perfectissime docuerunt. Illi.n.(quamuis multi tunc erãt hæretici, uidelicet Simõ Magus, Menãder, Saturninus, Cerdon, Ebion, Cerinthus, Martion, Valentinus, alijq́ plures, quos enumerare nõ est opus) nunquam tñ leguntur Principum terræ fauorem, aut auxilium cõtra hæreticos implorasse, neque ab illis petijsse, ut hæreticos pœna aliqua punirent, qua illos ad catholicã fidem redire compellerent. Non licet igitur xpianis nunc fauore Principum hæreticos ꝑsequi, alioqn discedẽt longissime ab apostolorũ imitatione, quod maxime reprobandũ est. Hanc obiectionẽ(ut testatur Aug. super Ioannẽ) opposuerũt Donatistæ hæretici cõtra catholicos, qui Principum fauore iam tunc hęreticos persequebãtur. Sed hãc obiectionem facile refellit beatus Aug. dicens, quòd in principio nascentis ecclesiæ ideo apłi, & eorũ successores non petierunt Principũ fauorem contra hæreticos: quia nullus tunc Imperator, aut Rex obediebat Euãgelio, nullus tũc fidem xp̃i redemptoris nostri susceperat. Sub illis quidem tpibus Principes Romani fuere Nero, Domitianus, Traianus, Decius, & alij similes crudeles tyranni, qui oẽs fidem catholicã acerbissime sunt ꝑsecuti. Nondum tũc impletum fuerat, quod Spũs sanctus ꝑ os Dauid ꝓdixerat. Et nũc reges intelligite, erudimini,

1. Re. 2.

Psal. 2

qui iudicatis terrã. Seruite dño in timore,& exultate ei cum tremore. Et iterũ: Et adorabũt eum oẽs reges terræ oẽs gentes seruient ei. Quõ ap̃li,& q illos ꝓxime sunt secuti, fauorẽ,& auxiliũ tũc peterẽt, ab illis, quos sciebãt esse fidei xp̃ianæ aptissimos hostes? Non.n. tam stupidi, & dementes erant apostoli: ut ab his, quos optime nouerant: fidem catholicam ardentissime persequi, fauorem pro eiusdem fidei tutela contra hęreticos peterẽt. Quod ergo apostoli,& illorũ proxime uicini, non petierunt fauorem Principum contra hæreticos, non fuit qa hæretici non fuissent punitione digni: sed quia gladius Gentilium Principum, & Imperatorũ nõdum seruiebat Euangelio. Postquam aũt Imperatores sacro baptisma te sunt abluti,& Chr̃o nomina dederunt, & de eius nomine glı̃ari cœperunt: iam tunc Christiani fauorem Principum contra hæreticos petere non dubitarunt. Nam à magno Constantino uiri catholici in concilio Nicæno petierunt auxilium, quo possent hr̃ticos extirpare, quorum petitioni p̃ijssimus Imperator libentissime annuit, & sic Arrium cum suis asseclis damnauit exilio: quia fidem Nicæni concilij nolebat recipere. Theodosius Imperator puniuit hæreticos Manichæos priuatione oĩum bonorũ suorũ: priuauitq; illos omni hæreditaria successione. Horũ exempla sequuti alij Imperatores,& Reges Christiani, uarias successu tp̃um contra hæreticos leges ediderunt: ut per legum seueritatem, insanam hæreticorum audaciam cõpescerent. Hac etiam de causa (ut Augustinus ait) cum multi ex septuagita discipulis à Dño, & saluatore nostro discedissent,& arbitrio suæ malę, et impiæ discessionis ille eos permisisset, cęteris duodecim, qui permanserant dixit: Nunquid & uos uultis abire? Hoc quidem tunc saluator nr̃ fecit: quia quamuis magnam hr̃et tunc etiam potestatem, qua uti potuisset illos puniendo,& compescendo, prius tñ elegit cõmendare humilitatem. Tunc enim spretus erat Christus,& nondum adorabant illum Reges terræ, neque gẽtes ser

Ps. 71.

Ioan. 6

Ps. 71. uiebant ei, queadmodum de illo propheta Regius prædixerat. Quæ prophetia quanto magis impletur, tanto ecclesia Christi sponsa maiore utitur potestate, ut nō solum inuitet: sed etiam compellat ad bonum. Nam hō ille, qui cœnam magnam fecerat, cum illi, qui ad eam in

Luc. 14 uitati fuerant, uenire recusassent, ait seruo. Exi cito ī plateas, & uicos ciuitatis, & pauperes, ac debiles, & cęcos, & claudos introduc huc. Et ait seruus: Dñe tactum est, ut imperasti: & adhuc locus est. Et ait Dñs seruo: Exi in uias & sepes: & cōpelle intrare, ut impleatur domus mea. De his qui primo uenerant, dictum est: Introduc eos. De posterioribus uero dictum est compelle eos intrare. Quod primis dictum est: ad illa tpa referri debet, ī quibus fidem catholicam Reges, & Principes terrę non dum susceperant. Tunc. n. quilibet abitrio suæ uolūtatis dimittebatur. Quod posterioribus dictum est, posterio ra respicit tempora, qn̄ gladius Regum, & Imperatorum seruire cœpit Euangelio. Et in his temporibus, non solum inuitari debent hæretici: sed compelli, ut fidem ca tholicam, quam semel in baptismo susceperunt, corde credant ad iustitiam, & ore confiteantur ad salutem.

De hæreticorum pœnis, & primo de corporalibus, deinde de spiritua libus sigillatim tractatur, & nunc primo de bonorum temporalium con fiscatione. Cap. 5

Oñdimus iam manifestissimis (ut opinor) argumētis iustam, & necessariam esse hæreticoꝝ punitionē, superest, ut pœnas, quas iura hæreticis decernunt, sigillatim pertractemus, et merito illas esse decretas conuincamus, ut uel sic obmutescere faciamus impudentem quorundā hominum audaciam, qui Pontifices, & Reges de nimia aduersus hęreticos seueritate notāt. Multæ, & uarię sunt pœnæ, quibus ecclesiasticæ sanctiones, Imperatorumq́ leges hæreticos plecti iubent. Quædam. n. sunt spūales pœnæ, quę animam solam respiciunt. Aliæ sunt corporales, quæ corpus affligunt. De singulis suo ordine dicemus, & primo de corporalibus, postea uero de spiritua

libus pœnis differemus. Inter corporales pœnas, una et quæ non parũ hæreticos uexat, est bonorũ omnium proscriptio, & confiscatio. Nam qui hæreticus est, ipso iure omnium bonorũ suorũ dñio priuatur, & in eius locum fiscus subrogatur, si hrĩticus est secularis, et in terris dñorũ secularium. Si uero hæreticus est secularis in terris ecclesiæ, aut est clericus, bona eius applicantur fisco ecclesiæ: nisi clericorum bona essent ecclesiæ uel ipsi haberent stipendium ab ecclesia, quia applicabuntur ecclesię, cuius erant, uel à qua stipendium acceperant. cap. excõmunicamus, paragrapho damnati. extra de hæreticis. Iusta quidem pœna, & merito contra tam graue scelus statuta, ut huius tam acerbæ pœnæ metu, hæretici suas hr̃ses aliĳs palàm facere reformident. Diuitiarũ siquidem cupido, & amor, multorum animos adeo uehementer pcellit, ut pro illarũ tutela nullum prætermittant laborẽ, nihilq́; intentatum relinquant, etiam si pro illarũ conseruatione oporteat periculo se exponere mortis. Quãtus autem est diuitiarũ amor, tanta inde succedit lætitia, & uoluptas cum possidentur, & tantus dolor cum amittũtur, postquam fuerant semel possessæ. Aequa.n.lance pensantur odium & amor: gaudium & dolor: lætitia & tristitia. Quantum quisque rem aliquam amat, gaudet, & lætatur de illius pręsentia; tm̃ habet exosam eiusdem rei priuationem, dolet, & tristatur ex ea. Et hinc euenit, ut quotquot diuitias ardenter amant, suspitiosi reddantur & timidi. In omni siquidem negotio formidolosior est diues, quàm pauper, cautius munit ædes suæ metu. Metuit tempestates pp frumenta, quæ habet in agris, et pp merces, quas habet in mari. Metuit amicos, ne fortasse illis rogantibus aliquid donare cogatur. Metuit inimicos, ne ui aut fraude aliqua illata, aliqua ex parte noceant. Timidius, & parcius conuiciatur metu mulctæ. Omnia denique circumspectius facit, & dicit metu calumniæ, quæ potissimum diuitibus strui solet: quoniam habent, quod illis auferri possit. Ob hanc causam sapiẽ

tes legum latores cum leges aliquas condiderunt, quas summe obseruatas esse cupiebãt, aliquam pecuniæ mulctam earundem legum transgressoribus statuerunt, ut metu mulctæ pecuniæ homines ab illarum legum transgressione deterrerent. Solon, qui nunc inter septem Græciæ sapientes numeratus est aliquibus earũ legum, quas Atheniẽsibus dedit, quo melius obseruarentur, certam aliquam pecuniæ mulctam adiecit. Nam (ut Plutarchus in uita Solonis refert) si quis sacris in locis, uel in iudicio, uel apud magistratus, aut cũ certaminum spectaculũ instaret, in uiuum aliquem esset maledictis inuectus, eum quinq; drachmis mulctari, quarum tres, ille, qui fuisset iniuria affectus, duas alias ærario publico soluere iussit. Si quis etiam raptæ liberæ mulieri uim intulisset, eum decem drachmis mulctari præcepit. In Romano aũt imperio multæ, & uariæ sunt leges, quæ aliquorũ scelerum patratoribns aliquam certam pecuniæ pœnã decernũt. Multæ etiam sunt aliæ, quę pp grauiora alia scelera, eos, qui illa perpetrarunt, omnium bonorũ dñio, et possessione priuant. Si quis enim crimine læsæ maiestatis fuerit infectus, eum lex iubet eo ipso omnium bonorũ suorum possessione esse priuatum. l. quisquis. C. ad legem Iuliam maiestatis. Quæ pœna adeo uim suam, & potestatem extendit, ut etiam ualeat post mortem. Qm̃, & si reus nõ fuerit de hoc crimine accusatus ĩ uita, põt post mortem accusari, & si fuerit tunc conuictus, tunc bona eius repetentur ab his qui possident. Sic. n. sancitum est in l. pen. & ult. eodem tit. Falsarij monetæ eo ipso oĩum bonorũ suorũ possessionem amittunt. l. pen. C. de falsa moneta. Bona contrahentis incestas nuptias, fisco sunt iure ipso applicata, ut patet in authent. in cestas. C. de incestis, et inutilibus nuptijs. Raptor ingenuæ mulieris, siue illa uirgo tunc fuerit, siue desponsata siue uidua, & qui illum comittatus est in inuasione, & rapina, omnium bonorum suorũ dñio priuatur, & bona eius ipsi raptæ applicantur. l. unica. par. & siquidem. C. de raptu uirginum.

Solon.

Plut.

Omitto alia municipalia iura, quæ cum multa, & uaria sint, uix tñ ullum ex illis tam multis reperietur, quod ad crimina aliqua coercenda certam aliquam pecuniæ mulctam non statuerit, his qui talia crimina commisissent. Si in his omnibus, atq; alijs id genus legibus, quæ cõmuni totius populi consensu probatæ sunt alicuius, certæ pecuniæ mulcta, aut omnium bonoꝝ priuatio, ad crimina talia coercẽda iuste decreta esse dr̄, multo iustius est, ut hæretici, quoꝝ multo grauius est, quàm alioꝝ pctm̃, omnium bonoꝝ suoꝝ proscriptione cohibeantur. Nam (ut optime dicitur in. l. Gazaros. C. de hæreticis, & Manichæis) longe grauius est æternam, quam tpalem offendere Maiestatem, Ex quo apertissime colligitur, ut multo etiam iustius sit hæreticos: qm̃ diuinam offendũt Maiestatem, omnium bonoꝝ proscriptione punire, quàm eos, qui humanam Maiestatem quouis alio crimine lædunt. Ad idem, si falsarij monetæ iuste omnium bonoꝝ suoꝝ dominio priuantur, multo iustius est, ut consimili pœna feriantur hæretici, qui multo peiores falsarij sunt, quam illi. Quia hæretici falsa, & erronea dogmata pro ueris disseminant, & sacram scripturam ad falsum, & longe a' Dei spiritu alienum, detorquent sensum. Nonne multo pretiosior est scriptura sacra, quam quæuis, & quantalibet mundi pecunia? Multo ergo malignior est, q scripturam sacram falsificare contendit, falsum illi adhibens sensum, quam qui falsam cudit pecuniam. Quo fit, ut multo etiã grauius sit puniendus. Præterea iustum est, ut pœna rñdeat culpæ, & in eo quisque puniatur, in quo peccauit, aut in eo unde peccati sumpsit occasionẽ, Hac enim ratione Salomon in libro Sapientiæ probat iustas fuisse plagas, qbus Deus Aegyptios idololatras afflixit, sic inquiens: Quod quidam errantes colebant mutos serpentes, & bestias superuacuas, immisisti illis multitudinem mutoꝝ aĩalium in uindictam, ut scirent: quia per quæ quis peccat, per hæc & torquetur. Non. n. impossibilis erat omnipotens manus tua, quæ creauit or

Sap. 11.

bem terrarum ex materia inuisa, immittere illis multitudinem ursorum, aut audaces leones, aut noui gñis ira plenas, & ignotas bestias, aut uaporem ignium spirantes, aut fumi odorem proferentes, aut horrendas ab oculis scintillas emittentes, quarũ non solum læsura poterat illos exterminare: sed & aspectus præ timore occidere. Nam et sine his uno spũ poterant occidi, persecutionem passi ab ipsis factis suis, & dispergi per spiritum uirtutis tuæ: sed omnia in mensura, & numero, & põdere disposuisti. Hactenus Salomon in sapientia, In quibus uerbis id aduertendum est, qđ ait: Deum per Muscas, & cyniphes, & locustas Aegytios puniuisse, non ꝙ aliæ illi defuerint pœnæ, quibus illos affligere potuisset: sed qa nulla erat culpæ conuenientior, ut in ipsis aĩalibus punirentur, quę illi maximo uenerabantur honore. Ex hoc eodẽ argumenta colligimus, ut, licet sint aliæ multæ pœnę, q̃bus hæretici pñt puniri, omnium tñ bonoꝝ suoꝝ proscriptione iuste plectantur, ut in eo puniantur, quod illis præbuit suæ hæresis occasionem. Nã inter multas hæresum causas, una, & nõ parua est (ut lib. 3. c. 1. oñdemus) auaritia, q̃ portam latissimam ad hæreses introducẽdas aperit. Vnde Paulus in prima ad Timotheũ ep̃la ait: Qui uolunt diuites fieri, incidunt in tẽtationem, & in laqueũ diaboli, & desideria multa, & nociua, quæ mergunt homines in interitum, & perditionẽ. Radix n. omnium maloꝝ cupiditas, quam qdam appetentes errauerunt, à fide, & inseruerũt se doloribus multis. Et in ep̃la ad Colossenses, auaritiam dicit esse idoloꝝ seruitutem. Hoc ẽt docuit saluator noster apud Matthæum in parabola illa nuptiaꝝ, quas Rex qdam filio suo fecit, & misit seruũ suũ uocare inuitatos ad illas, & noluerũt uenire. Ex illis aũt, q uenire neglexerunt, fuit unus, qui abijt in negociationẽ suam. Nam quia diuitias amabat, pro illis acquirẽdis negociationi operam dabat, & ideo hãc gaudio nuptiaꝝ prætulit. Nuptiæ, quas Rex filio suo facit iuxta omnium sacrorum doctorum interpretationem, figuram

1. Ti. 6.

Colos. 3

Mat. 22

gerunt incarnationis filij Dei. Ad has nuptias per seruũ suum Deus inuitat, quãdo per prædicatorem suum uocat ad fidem incarnationis. Sed ad hanc uenire negligit, qui diuitias amat, & negociationi intendit. Nam qui diuitias effrenate amat, filium Dei pro nobis pauperem esse factum despiciet, & illius Euangelio quod paupertatem extollit & nobis illam ualde cõmendat, nullam præstabit fidem. Hanc.n. esse arbitror unam ex potissimis causis, pp quam multi ex Iudæis fidem catholicam suscipere recusant: quia diuitias uehementer amant, & pro illis acquirendis usuras exercent, quas, si ad fidem Euãgelij conuertantur, sciunt non esse illis pmittendas. Deinde q diuitias ardẽter amat, etsi fidẽ semel iam in baptismo suscæperit, quę illum ad credendum Euangelio cogat, qdquid tñ pro paupertatis cõmendatione, & pro diuitiarum contemptu in Euangelio legit, ad alium detorquet sensum: quia uoluntas nimio diuitiarum amore infecta, totum intellectum ad illarũ fauorem conuertit, & trahit. Et sic intellectus obcæcatus pro illis sentit, pro illis loquitur, pro illis prędicat, & docet. Vnde beatus Hieronymus exponens Psalmum. 143. in illo uersu: Boues eorum crassi, sic ait: Vidit & Pharao in somnio boues crassos, Israelitici populi tenues sunt, Aegyptij crassi. Videtis.n. magistros hæreticorũ nihil aliud facere: nisi studere diuitijs. Diuitijs student & pauperem Xp̃m contemnunt. Hęc Hieronymus. Sed pręter hęc scripturarũ testimonia, extãt etiam non pauca exempla, quę apertissime comprobant sæpe hęreses ex auaritia oriri. Nam (ut ex multis aliqua pauca proferamus) Ieroboam ille qui super decem tribus erectus est in Regem Israel, timens, ne si populus Israel occasione adorandi uerũ Deũ ascenderet Hierl'm, & sic conuerteretur cor populi ad Dñm suum Roboan Regem Iuda, et sic ipse Ieroboam regnũ qđ iam tenebat amitteret, excogitato cõsilio fecit duos uitulos aureos, et dixit ppl'o Isrl': Nolite ultra ascendere in Hierl'm. Ecce dij tui Isrl', q te eduxerũt de terra Aegy-

Hiero.

3. re. 12

pti,posuitq́ unum in Bethel,& alterum in Dan. Ex quo facto discimus,auaritiam ipsius Ieroboam, ipsum & totum illius regnum,non solum in hæresim: sed in apostasiam,& idololatriam proiecisse. Et hunc Ieroboam omnium hæreticorum typum tenere, testatur Angelomus in cōmentarijs super libros Regum, exponens hoc,quod nunc diximus ipsius Ieroboam scelus. Idem etiam docet beatus Hieronym. super septimum Amos prophe- *mat.15* tæ caput. Manifesta est etiam,atq; à Xp̄o acerbe damnata hæresis illa pharisæorum docentium populum, melius & Deo gratius esse hostias in templo offerre,quam illas parentibus egentibus distribuere. Hæc autem pharisæorum hæresis ex apertissima illorum procedebat auaritia. Ex hac etiam pestifera radice ortus est Græcorum error,qui(ut Guido Carmelita de illis refert)docent usuras esse licitas. Deniq;(ut multa alia exempla p̄teream) unum solum, & alterum proferam,quæ satis erunt ad ostendendum quam potens sit effrenata auaritia ad fidē subuertendam, & hæresim inducendam. *Isidor.* Isidorus in lib. illustrium uirorum, quem post Hieronymum, & Gennadium fecit,de Osio Cordubensi Ep̄o disserens,hæc,quę *Osius.* sequuntur uerba refert. Osius Cordubensis ecclesię Ep̄s scripsit ad sororē de laude uirginitatis ep̄lam pulchro, ac diserto compositam eloquio. In Sardicen̄. etiam concilio quamplurimas edidit sn̄ias. Hic autem post longum senium uetustatis accersitus à Constantio Principe minisq́; perterritus,metuens ne senex, & diues dānaretur,uel exilium pateretur,illico Arrianæ impietati cōsensit,cuius quidem uitā,ut meruit confestim exitus crudelissimus finiuit. Nam post impiam,ut ait quidā, Osij *Greg. Elibe.* pręuaricationem, dum sanctus Gregorius Eliberitanus Ep̄s in Cordubensem urbem iuxta Imperiale decretum fuisset adductus, ac minime uellet illi cōmunicare, cōmotus Osius dicit Clementino Constantij præfecto Vicario,ut mitteret eum in exilium. At ille non audeo (inquit) Ep̄m in exilium mittere: nisi tu prius eum ab epi-

scopatu deieceris. Vt autem uidit sanctus Gregorius, quod Osius uellet dare sniam, appellat Xpm totis fidei suę uiscerib[us] exclamans: Xpe Deus, qui uenturus es iudicare uiuos, & mortuos, ne patiaris hodie humanam proferre sniam aduersus me minimum seruum tuum, qui pro fide nominis tui, ut reus exñs, spectaculum factus sum: sed tu ipse quæso in causa tua iudica, ipse sniam proferre dignare per ultionem. Non ego quasi metuens, de exilio fugere cupio, cum mihi pro tuo nomine nullum supplicium graue sit: sed ut multi à pręuaricationis errore liberentur, cum præsentem uiderint ultionem. His dictis, ecce repente Osius residens fastu quasi regalis Imperij, cum sniam conaretur exprimere, os uertit, distorquens pariter, & ceruicem, ac de sessu in terram eliditur, atque illico spirauit. Tunc admirantibus cunctis etiam Clementinus ille Gentilis expauit, & licet esset iudex, tñ timens ne in se simile supplicium iudicaretur, prostrauit se ad pedes sancti uiri, obsecrans, ut sibi parceret, qui in eum diuinæ legis ignoratione peccasset, & non tam proprio arbitrio, quàm mãdatus Imperio. Inde est, quod solus Gregorius ex numero uindicantium integram fidẽ hñs: nec in fugam uersus est, neq; passus est exilium. Vnusquisque.n. timuit de illo ulterius iudicare. Hactenus Isidorus. Cuius uerba, nec uno mutato, tam prolixe citaui: qa historiam continent scitu dignissimam, & exemplum memoratu dignum, ut aperte uideant omnes uerę esse, quod de auaritia dixit Paulus, quod illam quidam appetentes errauerunt à fide. Ecce Osium uirum olim illustrem, & in fide catholica clarum, qui in concilijs Nicæno, & Sardiceñ. optime pro fide decertauerat, tandem ne diuitijs, quas iuuenis acquisierat, senex careret, in hæresim Arrianam, quam olim aperte damnauerat, lapsus est. Alterũ exemplum, quod non sine graui cordis dolore referri potest, nobis hisce tpibus præbuit magna Germaniæ pars, quæ inuidens ecclesiasticis uiris, quod multas possiderent diuitias, cupiẽsq; illas sibi uendicare, ut aliquo

titulo, quamuis non uero, nec iusto, id facere posset, hæresim quãdam olim à Vadianis inuentam: sed ab ecclesia reiectam, & iandiu sepultam, ab inferis suscitauit dicentem, ecclesiasticos uiros non posse ullas diuitias possidere, nec agros, nec possessiones ullas: sed Xp̃i, & apostolorum eius paupertatem debere in omnibus imitari.

Vadiã. Surrexit quidem olim hæc hæresis. Vadianis illam in Aegypto docentibus, sub Damaso Papa, & Theodosio seniore: sed cito perijt. Illam longo post tp̃e suscitaValdẽ. runt Valdenses, siue pauperes de Lugduno. Eundem erMarsi. rorem eodem ferè tp̃e docuit Marsilius Paduanus hoc
Pad. solo nomine notus, qꝫ ecclẽiasticos uiros acerrime oderit. Sed hunc cum errore suo aperte damnauit Ioannes huius nominis Pontifex uigesimus secundus. Deinde
Ioãnes paucis aliquot elapsis annis Ioannes Vuiclef, qui in uer-
Vuiclef ba Valdensium iurasse uĩ, hunc reuocauit errorẽ dicens, esse contra sacram scripturam, qꝫ uiri ecclẽiastici habeãt possessiones: sed hic error cum alijs multis eiusdem Ioãnis Vuiclef in concilio Constantien. in sessione octaua dãnatus est. Hanc tñ toties damnatam, & iam diu sepultã
Luthe. hæresim ab inferis suscitauit Lutherus, qui ad hoc solũ natus esse uĩ, ut omnium ferè ueterum hæreticorum uenena ta dogmata reuocaret. Cũ. n. ille errores aliquos effundere cœpit, non statim illi tota adhæsit Germania: sed maior pars illi contradicebat, & illius execrabatur errores. Vt autem fauorem pp̃li, quem maxime optabat, sibi conciliaret uersutus homo, & serpẽtino afflatus spũ, modum quo id facile assequi posset, excogitauit. Ecclesiasticis uiris quos optime nouerat reliquo pp̃lo esse uehementer inuisos, detrahere cœpit, dixitq; nullo pacto illis licere prædia, aut agros possidere, nec ullas prorsus hr̃e diuitias. Quia (ut ait) neq; Ap̃li, quibus primo res ecclesiæ successere, nec alij Xp̃i saluatoris nostri discipuli, quorum locum alij inferiores parochi tenent, ulla prędia, aut agros ullos possederunt, & si quid horum illis dabat, uendebant & pretium ex illis acceptum alijs egentibus

diuidebant. Propter hanc cām (quam in magno illo opere, quod aduersus omnes hæreses edidimus, nullius esse momenti oñdimus) Lutherus docuit ecclīasticos uiros esse omnium agroꝝ, & prædioꝝ, q̄ possidebant, iniustos possessores. Hac igitur ratione, & cā populus alioqui auaritiæ deditus facile persuasus est, ut ecclīasticoꝝ diuitias quas anxie cupiebat, per uim, & uiolentiā ab illis tanquam ab iniustis possessoribus raperet. Factum itaq; est, ut Luthero docente, & ppšī auaritia suggerente, omnia prædia in multis Germaniæ populis ab ecclesia tollerentur. Multa cenobia, monachis inde eiectis, sunt in direptionem data, & illoꝝ agri, hortus, uinea, domus, et siquæ sunt alia prædia, aut sunt inter se diuisa, aut cōi reipublicæ utilitati arrogata. Hoc exemplū post aliquot annos Angli sequuti, Rege aut permittēte, aut (qđ uerius puto) præcipiente, ut suæ satisfacerēt uoracissimæ cupiditati, omnia monasteria, quæ in regno illo ditissima erant, destruxerunt, & illoꝝ annuos reditus inter se diuiserunt. Et certe timeo, ut illa auri sacra fames, quę tantoꝝ fuit causa maloꝝ etiam sit causa, ut ab eo, quod semel male cœperunt, nunq̄ desistant. Timeo quidem, & merito, ut neq; Anglia, neq; ea Germaniæ pars, quæ Martino Luthero docente ab ecclīæ unitate est separata, auaritia illoꝝ suggerente, nunq̄ ad ecclesię unitatem redire uelit. Qm̄ optime omnes illi intelligūt, nunq̄ se ab ecclesia recipiendos: nisi prius prædia, quæ iniuste ab ecclesia rapuerunt, restituant. Timeo igitur (quod Deus pientissimus auertere uelit) ut malint dulcissima illa totius ecclesiæ concordia carere, quàm diuitijs iam retentis priuari. Probauimus iam multis sacræ scripturæ, & sctōꝝ doctoꝝ testimonijs, apertissimisq; exemplis, unā ex potissimis hæresum causis esse, fuisseq; semper improbam auaritiam. Iuste igitur hæreticis hæc pœna decreta est, ut omnib⁹ suis bonis sint ipso iure priuati. Nam huius pœnæ timore, qui anxie diuitias amat, etiam si hæreticus sit, hæresim tñ suam alijs propalare

formidabit. Etsi hæresim, quam mente cõcepit, alijs palàm facere nõ fuerit ueritus, fiet ut iuxta sapiẽtis sñiam) in eo puniatur, in quo peccauit. Sed hic mihi aliquis forte obijciet multas esse hæreses, quæ nullam prorsus ab auaritia sumpsere originem, imò multæ cum auaritia uelut ex diametro pugnant. Talis fuit apficorꝝ hæresis dicentium neminem, qui proprium aliquid retineret, posse ad uitam æternam peruenire. Tales igitur hæreses nõ sunt tali pœna puniendæ, ne in eo, in quo non peccauerunt, puniantur. Fateor quidem aliquas tales hæreses esse quæ nullam penitus cum auaritia habeãt conuenientiam, lex tñ non respicit casus particulares: sed ea, quę ut plurimum accidunt. Deinde etsi tales hæreses non habeant ab auaritia ortum: iuste tñ omnium bonorꝝ proscriptione punientur. Qm̃ non ob hanc solam cãm est hæreticis hæc imposita pœna: sed etiam, ut quia hęresis ut supra oñdimus) grauissimum est crimen, in eo puniatur, qđ acerbissime omnes ferme homines affligere creditur, & ut talis pœnæ metu in crimen hæresis labi formident. Etsi huius pœnæ terrore hæresim non fuerint, iustum est, ut eam ipsam pœnam, quam pro hæresis amore neglexerunt, patiantur.

Sap. 6.

Quod hæreticus à tempore commissi criminis amittit omnium bonorum suorum dominium, etiam ante iudicis declarationem. Fiscus tamen nõ põt bona apprehendere, nisi post iudicis declaratiõnẽ. C. VI.

Punitur hæreticus, & quidem iuste (ut euidentissimis probauimus argumentis) omnium bonorꝝ suorꝝ priuatione: sed opus est, ut inquiramus, an eo ipso, ꝙ hæreticus est, omnium bonorꝝ suorum dominio priuetur, an oporteat prius iudicis declarationem præcedere qua innotescat, illum hæreticum esse. De hac rẽ uaria est inter iurisperitos sñia. Archidiaconus in cap. cum secundum leges. de hæret. libro 6. dicit hęreticum non statim post crimen cõmissum, esse priuatum omnium bonorꝝ suorꝝ dominio: sed ut tale dominium perdat hęreticus, dicit esse prius necessariam sententiam iudicis. Non quidem tallem,

Arch.

lem,quę illum damnet ad pœnam quia hanc fatetur nõ esse necessariam: sed sñiam dicit præréquiri declaratiuã criminis cõmissi hoc est,qua declaretur illum fuisse hæreticum. Quousque hęc sñia pronuncietur, dicit hæreticum esse uerum dñm omnium bonorũ suorũ, & de illis tanquam de re uere' sua posse disponere. Data uero tali sententia, qua ille damnatur de hæresi, effectum illius damnationis dicit trahi retro ad diem cõmissi criminis, ita ut uirtute huius declaratiuæ sententiæ,priuetur à die cõmissi criminis dominio omnium bonorũ suorũ, & ex tunc sit illi omnis bonorũ suorũ alienatio interdicta. Et ad hoc mouetur per id quod dicitur in dicto.c.cum secundum leges.in parag.cõfiscationis. Ibi.n.præcipit Papa,ut executio confiscationis non fiat per fiscũ: nisi prius per aliquam ecclesiasticã personam super hoc potestatem hñtem,sententia super eodem crimine fuerit promulgata. Hæc aũt tanti uiri sñia(cum bona illius uenia dixerim) omnino mihi uidetur absurda, & textui apertissime contraria. Primo quidem contra hanc sñiam est id,quod Arist.lib.6.Ethicorũ.c.2.ait: Hoc solo priuatur Deus,ingenita facere quæ facta sunt. Ex quibus uerbis apertissime colligitur,quòd si hęreticus ante damnationem erat uerus suorũ bonorũ dñs: damnatio sequẽs nõ potest facere,quòd non fuerit dominus. Alioqui dãnatio sequens faciet,quod Deus facere nõ potest. Præterea si ante damnationem erat dominus bonorũ suorum: ergo ante damnationem poterat bona sua uendere, aut permutare,aut alio quouis modo in alterius dominium & potestatem,transferre. Nam hi sunt effectus ex uero dominio procedentes,uidelicet donare,uendere pmutare.Qui enim est dominus alicuius rei potest illam uẽdere,permutare, aut donare: nisi forte sit à lege, ne hoc facere possit impeditus,sicut contingit in minore uigintiquinque annis, qui nihil horũ de rebus suis facere potest.Non quidem, quia non sit illarum rerum dñs: sed quia per legem est prohibitus, ne aliquid horũ de rebus

V

suis facere possit. Idem etiam cõtingit in muliere nupta, quæ licet uerum suæ dotis habeat dominiũ: tñ sine mariti licentia, & assensu nullo pacto in alterius dominiũ, & potestatem, illam transferre ualet. Si hæreticus ante damnationem est dominus bonorũ suorũ, consequẽs est, ut ante dãnationem possit illa donare, uendere, aut permutare: quia nulla lege est impeditus, ut dominio penes illum manente, nihil horũ agere possit. Si quis cõcedat hæreticum ante damnationem posse bona sua uẽdere, aut permutare, aut donare, cõuincitur hoc esse falsum per hoc, quòd post condemnationem omnes tales contractus rescindentur, & nullius fuisse roboris iudicabuntur. Hoc autem non fieret, si ante condemnationem tales contractus aliquid ualuissent. Nam ut proxime superius ex Aristotele diximus) quod semel factum est, infectum esse non potest. Deinde, si hæreticus ante dãnationem habet uerũ omnium bonorũ suorũ dominiũ, sequitur inde, quòd illo ante damnationem mortuo, filius catholicus illi succedẽs habebit etiam uerũ illorum bonorũ dominium: quia succedit oĩbus bonis quorum pater erat dominus. Si hoc concedit, prout necesse est illum concedere, sequitur ex eo, quòd licet postea cõstet de hæresi patris defuncti, & propter illam damnetũ post mortem, bona illa, quæ iam filius habet non erunt ab illo auferenda, & fisco applicanda: quia non est iustum, ut quis sine culpa sua priuetur bonis suis, quorum uerus erat dominus. Hoc tñ falsum esse conuincitur, per cap. Accusatus, parag. in eo uero casu. de hæret. lib. 6. Rursum, hęc sententia aperte contrariatur textui illius cap. cum secundum leges. Ibi enim decernitur bona hęreticorum esse ipso iure confiscata. Si ad bonorũ hæretici confiscationem (ut hæc opinio ait) requiritur iudicis declaratio, non sunt ergo bona illa ipso iure cõfiscata. Nõ est enim aliud dicere, ĩpso iure: nisi quòd solius iuris potestate, sine alicuius hominis sententia, sunt confiscata. Et (ut nostram sñiam firmiorẽ reddamus) producamus

in simili causa, & negotio exemplū aliquod, per quod res ipsa clarius innotescat. Nam argm̄ à simili, magnam habet apud iurisperitos uim, & ptātem. Qui cōmisit crimen aliquod cui in pœnam est à iure inflicta excōmunicatio, quamuis ad hoc, quòd sit ab alijs euitādus, iuxta Constātiensis cōcilij edictum, requiratur iudicis declaratio, ut tñ ille in excōicationem incidat, nulla requirit sententia, aut declaratio. Nam per hoc differt excōicatio inflicta à iure, ab excōicatione inflicta ab hoīe, quòd prima nullam requirit hominis sñiam, ut illa suum sortiatur effectum: secundam uero sine sententia iudicis nullus incurrere potest. Hæreticus ante dānationem est excōmunicatus, ergo ante damnationem est ēt bonorum suorum dñio priuatus. Consequentia probatur esse bona: quia hæc pœna etiam est ipso iure inflicta sicut illa: ergo etiam ante iudicis declarationem incidat in hanc sicut in illam, cum non ob aliam cām statim sine iudicis declatatione (ut diximus incidat in excōicationē: nisi qa illa est ipso iure inflicta. Deinde si fiscus ante condēnationem hæretici, non acquisisset dominium bonoꝝ illius, sequeretur fiscum ante talem sñiam peccare, qñ à iudice petit donari sibi bona alicuius, quē intendit probare esse, aut fuisse hæreticum: hoc aūt nullus sanæ mētis concedet. Quod aūt hoc ex illo sequatur, per hoc fit manifestum, quod fiscus sic petens, petit, quod non est suū sed alienum: ergo iniuste petit: præsertim cum non ob aliam cām bona illa petat: nisi ob solum hęresis crimē, in quod certissime scit illū cuius bona petit, lapsum fuisse. Quod autem hęc opinio pro se affert, paꝝ, uel (ut uerius dicam) nihil sñiæ fauet. Nam quod dicitur in parag. confiscationis. nō respicit hęreticum: sed fiscum: nec in illa parte textus, Papa loquitur de hæretico, an amittat dñium bonoꝝ suoꝝ ante iudicis declarationem: sed loquitur de apprehensione, aut occupatione bonoꝝ per fiscum facienda, quam omnino fieri prohibet ante iudicis ecclesiastici declarationem. Et merito id prohibet:

q̄m ad laicam,siue prophanam ptātem non spectat de crimine hæresis iudicare: quia in illius iudicio sæpissime errare posset. Vt autem quod dicimus clarius ostendamus, oportet in hac causa duas considerare personas, duas ēt operationes iuxta personarꝫ diuersitatem ualde diuersas,quarum una uni conuenit personę,altera alteri. Sunt qdem in hoc negotio hęreticus, & fiscus personæ ualde diuersæ. Sunt ēt dñium,& possessio,res inter se diuersæ: quarum q̄libet ab alia separari pōt. Nam potest esse dñium sine possessione,& possessio sine dñio,ut cuilibet est notissimum. Iuxta has duas personas, & has duas rerum qualitates, duæ ēt sunt partes in illo cap.cū secundum leges. Prima habet initium capit. Secūda ps est illo paragr.confiscationis. In prima agitur de dñio bonorꝫ hæretici,& illud ab hæretico tollit, & fisco tribuit: decernens,ut bona hæretici sint ipso iure confiscata. Sed quia dñio ablato ab hæretico, non statim erat ablata possessio: & sīr quia dominio concesso fisco,nō statim intelligebatur concessa illi possessio: ideo in secūda parte illius cap.in illo paragr.confiscationis, agitur de concessione possessionis.Et hanc dicit fiscum capere non posse: nisi prius per aliquam personā ecclesiasticā quæ hoc facere possit,sñia fuerit sup crimine ꝓmulgata. Nullus.n.potest rem suam ab iniusto possessore detentam,per uim,& uiolētiam ab illo capere: sed iudicis authoritate id faciendum est.l.siquis ad se fundum.&.l.fi. C.ad legem Iuliam de ui publica,siue priuata. Quia igr̄ Papa in illa prima parte cap.dñium bonorum hæretici abstulerat ab ipso hęretico,& concesserat fisco, ꝓhibet in secūda parte:ne p̄textu huius dominij,talium bonorꝫ possessionem, authoritate propria capiat: sed publicā expectet potestatem,q̄ sibi bonorum possessionem tribuat. Talem aūt publicam ptātem, dicit esse personam ecclesiasticam potētem de crimine hæresis iudicare, & illius declaratione super crimine hęresis promulgata, satis esse dicit ad hoc,ut fiscus bona hęretici occupare pos-

sit. Textus ergo illius, paragr. confiscationis. dicit necessariam esse iudicis ecclesiastici declarationem, ad hoc, ut fiscus possit bona hæretici apprehendere, & illorum possessionem capere, non autem ad hoc, ut talium bonorū dominium acquirere ualeat: qm̄iam ante talem sn̄iam in prima parte cap. cō cesserat illi talium bonoꝝ dn̄ium. Per talem ergo sn̄iam, qua aliquis damnatur ut hæreticus, ille non priuatur dn̄io bonoꝝ suoꝝ: sed per illā declaratur, & innotescit illum esse iam priuatum tali dn̄io, quæ quidem priuatio ante talem sn̄iam alijs non erat ita manifesta, & per talem sn̄iam habet, quòd possit capere possessionem. Et certe si hanc reꝝ diuersitatem aduertisset Archidiaconus uir alioq; doctus, aliter sensisset. Hac igitur opinione tanquam falsa reiecta, est alia uerior opinio Ioannis Andreæ in hoc eodem cap. cum secundum leges. qui dicit hæreticum à die cōmissi criminis amittere dominium omnium bonorū suorum. Hanc opinionē tuentur multi alij docti uiri in iure canonico. Abbas ī primo cap. Excōicamus extra de hæret. Dn̄icus de sancto Geminiano in præfato capit. cum scd̄m leges. Petrus de Ancharrano super sexto. in eodem cap. Hi oēs censent hæreticum à die commissi criminis esse priuatum dn̄io bonorum suorum. Quod aūt dn̄ta à die criminis cōmissi intelligendum est, non de solo crimine hæresis: sed de crimine pertinaciæ, & obstinationis in hæresi. Quia nō eo ipso, quòd quis labitur in crimen hæresis, amittit bonoꝝ suoꝝ dn̄ium, sed solum postquam tam pertinax est in hæresi, ut iam merito (iuxta ea, quæ libro primo diximus) hæreticus censeri debeat. Sicut.n. non omnis, qui labitur in hæresim: nisi adsit pertinacia, est censendus hæreticus, ita nec omnis talis seclusa pertinacia amittit bonoꝝ suoꝝ dn̄ium. Nam in cap. cum scd̄m leges, Papa non decernit esse confiscata bona lapsoꝝ in hęresim: sed bona hæreticorū, ex quo sequitur, quòd lapsus in hæresim) si admonitus de illa statim reuocat errorem suū, non est ipso iure priuatus, imò nec priuandus omnibus

bonis suis. Quod bene notandum est non solum in hac pœna: sed in omnibus aliis, quas iura hęreticis decernūt, siue illæ sint ipso iure inflictæ, siue per iudicem infligēdę. Nullam siquidem illarum pœnarum ius statuit esse dandam illi, qui solum lapsus est in hæresim: sed illi, qui est hæreticus. Illis aūt qui admoniti statim reuocant, & damnāt errorem suum, pœna est ad arbitrium iudicis imponēda, consyderata prius erroris & personæ qualitate. A solo ergo illo tpis momento, quo merito censeri pōt hæreticus, censendus est etiam amittere omnium bonorum suorum dominium. Ab illo tpe hæreticus usque ad sui criminis damnationem, habet solam bonorum suorum nudā possessionem, absque ullo illorum dominio. Fiscus uero circa illa bona contrariam tenet conditionem: habet.n. circa illa ante criminis damnationem dominium solum absque ulla possessione. Et inde necessario sequuntur duo, unū ratione amissi dñii, alterum ratione possessionis retētæ, ex hoc, quòd possessionem retinet, quamuis (ut postea dicemus) non a iure sibi concessam, sequitur hæreticum illo tpe non posse excludi ab agendo contra proprios debitores per exceptionem hęresis: quia antequā sit possessione priuatus, sicut retinet bonorum possessionem, ita etiam illorum administrationem, & per consequens tanquam administrator illorum potest agere contra proprios debitores. Ratione dominii amissi sequitur omnes illorum bonorum alienationes illo tempore ab hæretico factas nullius esse roboris, aut momenti, & per fiscū facile reuocari posse. Et ex hoc etiam necessario sequitur fiscum posse reuendicare bona illa sic alienata de manibus cuiuscunque possessoris, hac tn̄ conditione, ut pretiū, quo bona illa distracta fuerant, restituat emptori, si tale pretium, aut aliquid illi æquiualens apud hæreticum inuenatur. Si autem nec pretium bonorum, illorum, nec aliquid aliud loco pretii apud hæreticum reperiatur, poterit tunc fiscus bona illa etiam nullo dato pretio reuendicare: quamuis emptor bona fide emerit. Hoc doce

Ioannes And.loco superius allegato,& post illum Dominicus de sancto Geminiano eo.loco. Et pro huius rei confirmatione afferunt argumentum ex.l.si cum dotem, paragrapho fina.&.l.seq.ff.so.ma.&.ff.de legat.1.l.Imperator.&.l.seq. Ego aũt adduco simile: quod rem pro positam maxime confirmat. Si Petrus emit bona fide à Ioanne rem furtiuam,quam Ioannes furto surripuerat à Fráciſco,& postea Franciſcus rem illam ab eo furto sublatam inueniat apud Petrum,iuste reuendicabit eam à Petro,etiam si non inueniatur apud furem pretium, aut aliquid aliud tantundem ualens. Hoc aũt non ob aliam causam iuste faciet,nisi quia rem suam à quocunque possessore iuste repetere,& reuendicare põt. Cum igitur hęreticus à die cõmissi criminis,sit priuatus dño omnium bonorum,sequitur inde illum: si aliquid ex illis bonis uẽdiderit,rem non suam: sed fisci uendidisse. Et per consequens fiscum à quocunque possessore illam posse repetere. Hoc tñ intelligendum est anteq̃ legitimum pręscriptionis tp̃s sit elapsum. Nam bona hæreticorum tenentes perscribere pñt etiam contra Romanam ecclesiam spatio annorum quadraginta,ut patet in cap.fi.de præscript.lib.6.Ex quo textu apertissime colligitur illũ qui aliquid ab hæretico bona fide emit putans eum esse catholicum,post spatium quadraginta annorum præscribere contra fiscum,& post illud tp̃s elapsum, fiscum nõ posse illud ab emptore uendicare. Nam textus ille non solum filijs hæreticorum,sed etiam alijs extraneis concedit præscriptionem: modo illi catholici sint, & bona fide possederint, credentes se à uiro catholico bona illa recepisse, licet ante talem receptionem ille fuerit factus hæreticus. Ex hoc etiam dominio bonorum perdito,sequitur hæreticum non posse facere testamentum, & si quod forte constituerat in morte testamentum, nullius esse roboris, aut momenti: quia de proprijs faciendum est testamentum non de alienis. Sicut.n.non potest bona illa uendere,nec permutare,ita etiam non potest quo

uis modo,in alicuius alterius dominium, & prętem de riuare,siue hoc faciat per donationem inter uiros, siue p testamentum: quia omnes tales bonorum trãslationes, ut ratæ permaneant & firmæ,exigunt, ut sit in transferẽte uerum dñium, quo cum priuatus sit hæreticus,sequitur illum nullam talem bonorum translationẽ iuste facere posse. Ex hoc bonorum dominio ante iudicis sñiam amisso,sequitur etiam hæreticum ante talem condẽnationẽ teneri reddere fisco omnia bona,quę habebat: q̃n effectus est hęreticus,& si nõ reddiderit, peccat mortaliter. Scio.n. hanc conclusionem esse contra oĩum ferè iuristarum sñiam,ideo illam tam manifestis euidentibusq́ rationibus probare intendo,ut quisquis eas legerit, manibus (ut dicitur) & pedibus in meam transeat sñiam.

Primo quidem probatur per hoc,quòd bona illa iã non sunt hęretici(ut manifeste ostendimus, & maior iurisperitorum pars concedit)sed sunt fisci: ergo hęreticus illa retinens,non suum,sed alienum retinet, ergo retinendo peccat, pręsertim cum inuito fisco retineat. Consequentia ista probatur per beatum Augustinum ĩ epistola ad Macedonium dicentem. Si res aliena pp quam pctm̃ est,reddi possit,& non redditur, pnĩa non agitur: sed simulatur. Hęc Augustinus. Et habentur in capit. si res. 14. q. 6. Forte aliquis hic respondebit: Augustini uerba non esse proposito nostro conuenientia: quia Augustinus loquitur(ut ex eius uerbis constat)de re aliena,ex cuius acquisitione,aut possessione habenda cõmissum est aliqđ peccatum? bona aũt hęretici non sunt talia: quia hęreticus pro talium bonorũ acquisitione(ut pręsuppono)nõ peccauit. Quo fit,ut bona hęretici talia non sint,ut iuxta dictum Augustini,hęreticus illa reddere teneatur. Aliter ergo,& apertius hanc meam sñiam sic probo. Per pręceptum istud non furabetis,nõ solum prohibita est rei alienę ablatio: sed etiam quis rei alienę detentio inuito dño. Alioqui oporteret dicere furem solum peccare, q̃n rem alienã inuito dño aufert,& non quando domino inuito

Augu.

retinet, quod est aperte erroneum. Nam beatus Hieronymus super illud Prouer. 29. Qui cũ fure particip. &c. sic ait: Non.n. fur solummodo: sed etiam ille reus tenetur, qui conscius furti, quęrenti possessori pecuniam, qui perdidit, non uult indicare cum ualet. Hæc Hieronymus. Et habentur in cap. Qui cum fure. extra de furtis. Quæ uerba sic intelligenda sunt, quòd tenetur indicare non furem, sed furtum: & hoc qñ furtum recuperari posset. Si ille, qui non indicat rem furtiuam, cum põt, reus tenetur furti: multo magis reus tenebitur, qui uere detinet apud se. Et ita consequens est, ut non solum rei alienæ ablatio: sed etiam detentio sit diuino præcepto prohibita. Ex quo apertissime conuincitur hæreticum peccare, cum bona olim sua apud se retinet, & non reddit fisco: quia retinet alienum inuito dño. Siquis forte obstinato animo uolens partem oppositam tueri: responderit fatens per tale præceptum diuinum prohiberi detentionem rei alienæ, non tñ oẽm: sed solam detentionem rei furto sublatæ. Hoc dictum facile refellitur & conuincitur, esse falsum: quoniam iuxta illud oporteret fateri hæredem non peccare, cum non reddit, & potest redde re legatum in testamento relictum legatario: nam ille, & si rem alienam retineat, non tñ furto sublatam, & ita iuxta præfatam responsionem oporteret dicere illũ sic retinendo non agere contra illud præceptum: Non furaberis. Et si contra illud non peccat, non est aliud contra quod peccet. Eadem etiam ratione oporteret concede re illum, qui depositum ad custodiam sibi commissum non reddit, domino suo illud petenti non peccare, quãuis depositi dñs sit cordatus uir, & ad usum rei honestæ depositum petat. Is.n. non detinet rem furto sublatam, quo sit (ut iuxta concessa) non agat contra illud præceptum: Non furaberis. Et per consequens sequitur illum non peccare cum non contra aliud præceptum agat. Hoc autem tam aperte est falsum, ut nullus homo sanæ mentis illud cõcedere audeat: quia lege naturali tenetur

Hiero.

hõ depositum reddere, pſertim qñ ſic reddens nõ maius irrogat damnum dño quàm ſi retineret. Multa alia abſurda, & abſona inconuenientia ſequerentur ex illa præcepti diuini erronea interpretatione: quæ quia longum eſſet, & tędioſum ſigillatim recenſere, ideo prętermitto. Fateantur igitur neceſſe eſt per illud præceptum: Non furaberis, eſſe prohibitam omnem alienæ rei inuito dño retentionem, quæ non eſt iure diuino, aut humano conceſſa. Quo fit, ut qſquis alienum, contra dñi uoluntatem retinet, per talem retentionem peccet: niſi forte talis alieni retentio ſit illi à iure, aut à iudice recte iudicãte, aut mãdata, aut conceſſa. Nam ſi authoritate iuris, aut iudicis recte iudicantis retineret, ſic retinendo nõ ageret contra præceptum diuinum: & per conſequens non peccaret. Tunc.n.licet contra uoluntatem dñi actualem alienum retineret: non tñ contra uoluntatem debitam, quam ipſemet dominus habere tenebatur. Ipſe enim dominus deberet tunc uelle rem ſuam apud alium detineri qñ talis detentio eſt à iure, aut à iudice recte iudicante mandata. Et ſi tunc uellet rem ſuam ſibi reddi, male uellet: & ſic uolendo peccaret. Ob hanc cãm, is qui nõ reddit domino furioſo petenti gladiũ ab eo ad cuſtodiam cõmiſſum, non peccat: quia iure naturali prohibet̃, ne reddat. Ob eandem cauſam ſi iudex præciperet ei, qui depoſitũ cuſtodit, ut domino non reddat: ſed nomine ſuo cuſtodiat, propterea quòd creditor petit ex tali depoſito ſolutionem debiti ſibi dari, quam aliũde ſe habere diffidit, ſi depoſitum dño reddatur, eo caſu, is qui depoſitũ non redderet, non peccaret: quia authoritate iudicis recte iudicantis, qui creditoris indemnitati iuſte proſpicit, hoc faceret. Dixi authoritate iudicis recte iudicantis: quoniã ſi mihi conſtaret iudicem iniuſte iudicare, cum mihi alienæ rei inuito domino detentionem præcipit: quamuis ille præcipiat: ego male agam, ſi retineo. Ex quo ſequitur, ut ſi de re, quam ſcio uere eſſe alienam, ego cũ domino illius coràm iudice aliquo contendam, & iudex, aut

amore,aut odio, aut imperitia deceptus, pro me iudicauit decernens rem illam esse meam, tunc iniuste rem illam detinebo: quis authoritate iudicis detineam: quia iudex tunc iniuste iudicauit. Si tñ res mihi esset dubia: de qua cum alio coràm iudice contendo, & iudex decerneret esse meam: tunc ego iuste retinere possum, quamuis illa esset aliena: quia ego ignoro esse alienam, & authoritate iudicis, quem credo recte iudicasse, illam retineo. Quoties autem quis sine iuris, aut iudicis authoritate retinet alienum inuito dño, peccat & agit contra pręceptum illud: Non furaberis, per quod non solum prohibetur rei alienę ablatio: sed etiam detentio inuito dño. Ex his apertissime conuincitur hęreticum teneri ad reddendum fisco bona, quę nunc retinet, & olim fuerunt sua, etsi non reddiderit peccabit mortaliter: quia retinet alienũ inuito dño. Nam bona, quę hęreticus retinet (ut iam probauimus) non sunt sua: sed fisci, cui ipso iure applicata sunt: quę bona hęreticus inuito fisco, & sine aliq̃ iuris authoritate retinet, ergo iniuste retinet quousq; fisco, qui est uerus illorum dñs, illa reddat. Nullũ est.n.ius, quod concedat hęretico cum priuatione dñij possessionem bonorum olim suorum usq; ad iudicis condemnatio nem. Si.n.aliquod tale ostendatur, ultroneus cędam arenæ, & quę dixi libentissime recantabo. Scio tñ nullam talem esse legis concessionem in toto iure canonico, à quo petendum est huius causę iudicium. Forte hic mihi aliquis obijciet textum cap.cum secundum leges. de hęreticis.libro 6.in quo prohibetur fiscus, ne bona hęretici ante illius condemnationem apprehendat. Sed certe si litra illius textus diligenter (ut decet) circunspiciatur, nullo pacto meæ snię contradicit, imò potius illi fauet. Nã textus ille priuat quidem (ut ante diximus) hęreticum dñio bonorum: non tñ concedit illi possessionem illorum usque ad condemnationem. Qm̃ etsi in parag.confiscationis.prohibeatur fiscus ne ante condemnationem hęretici bona illius capiat; non tñ per hoc concedit hęretico

retentionem illorum bonorum usque ad præfatam condemnationem. Nam ex hoc, quod fiscus capere non potest: non est consequens, ut hæreticus reddere non teneatur. Possunt enim hæc duo in multis sæpe cohærere, ut Petrus rem aliquam authoritate sua à me capere non possit: & tamen ego illi reddere tenear. Primo casus est expressus in l. si quis ad se fundum, & l. fi. C. ad leg. Iul. de ui publica, siue priuata. Deinde, legatarius non potest legatum in testamento sibi relictum authoritate propria sibi capere, & tamen hæres tenetur illi reddere. Rursus, qui fraude aliqua alium in uenditione alicuius rei læsit, tenetur ille ad damni recompensationem: ipse tamen authoritate propria, talem ab illo recompensationem sumere non potest, præsertim si illam potest à iudice impetrare. Multa alia sunt similia exempla, quæ non est opus recensere, per quæ ostenditur non esse consequens, ut hæreticus non teneatur bona sua ante condemnationem reddere fisco: ex hoc quod fiscus ante talem condemnationem non potest illa apprehendere. Cum igitur nullum sit ius quod hæretico bonis suis priuato concedat bonorum suorum possessionem, quousque sit à iudice competente de suo crimine damnatus conuincitur inde hæreticum teneri ad reddendum bona sua fisco, absque aliqua iudicis condemnatione: ita ut si illa non reddat, peccet mortaliter. Hoc tamen solum credo esse uerum, postquam sibi iam constat se esse, aut fuisse hæreticum: quia ante hoc forte per ignorantiam excusabitur. Potest etiam hæc sententia probari per illas omnes rationes, quibus probatur legem pœnalem ipso iure inflictam obligare reum in conscientia ad pœnam à iure decretam, absque aliqua iudicis sententia sustinendam. De qua re, quia satis diffuse tractabo in eo opusculo, quod de lege pœnali nunc edere paro: ideo nihil amplius nunc dicere statui. Ad illum igitur locum mitto lectorem, ut ex illo loco hauriat, quæ huic proposito conueniunt. Ex his ergo patet errasse omnes illos, qui docet hæreticum ante sui criminis condemnationem, non teneri ad reddendum bona olim sua fisco, qui ipso

iure à die cōmissi criminis factus est illorum dominus. Et certe (ut ingenue fatear) ego non possum intelligere, quo pacto hæc duo cohærere possint, ut fiscus sit ipso iure dñs omnium bonorum hæretici, & quod hæreticus bona illius retinens, non teneatur illa reddere fisco, qui iam est uerus illorum dñs, præsertim cum nulla lege sit hæretico concessa bonorum illorum possessio. Pugnant.n. uelut ex diametro hæc duo. Hæreticus absq; aliqua iuris, aut iudicis, authoritate retinet bona fisci, & non tenetur illa reddere fisco. Necesse est igitur, ut quemadmodum hæreticus ipso iure ptiuat⁹ est dñio bonorum suorum, & fiscus factus illorum dñs: ita etiam hæreticus ipso iure teneatur reddere bona sua fisco: præsertim cum ius non concedat hæretico, ut quāuis sit dñio bonorum suorum priuatus, possit illa retinere, quousq; de crimine hæresis sit à iudice competente damnatus. Et hanc meam opinionem tenet Abbas in cap. dilecti, extra de arbitris. An autem hæreticus resipiscens, & sui criminis pœnitēs, recuperet talium bonorum dñium, quod iam p hæresim amiserat, par uæ difficultatis qō mihi vr̃ esse: cum tam expresse sit de illa definitum in cap. uergentis. extra de hæreticis. Considerata.n. personæ, & erroris qualitate, compensata ēt eiusdem hæretici præterita obstinatione, & p̃nti pnía, q̃ ex signis exterioribus utcunq; coniectari potest: poterit iudex, aut omnia bona, aut aliq; illorum partem misericorditer illi condonare. Tam longa etiam potuit esse, & tā ferrea hæretici obstinatio, ut etiam si illum postea pœniteat, iuste agat iudex: si decernat nihil ex bonis illius esse illi relinquēdum. Nam q̃uis hæreticus pœnitens pœnā mortis effugiat: non tñ ideo consequēs est, ut à reliquis omnibus pœnis ipso iure absoluatur.

De secunda hæreticorum pœna, quæ est priuatio cuiuslibet dominij super quoscunque subditos. Cap. VII.

Altera hæreticorum pœna est, priuatio cuiuscunq; prælationis iurisdictionis, & dñij: qđ antea super homines cuiuscūq; conditionis habuissent. Nā qui hæreticus est,

ipso iure omnibus talib⁹ rebus priuatus est: sicut apte decernitur in capitulo finali. extra de hæreticis. Sed quia multa circa textum illum notatu digna occurrũt: decreui uerba textus in medium ꝓponere, ut hi, qui legerint, rei difficultatem animaduertere possint, & quæ circa illum textum dixerimus, notatu digna esse intelligãt. Lr̃a illius capituli sic habet: Absolutos se nouerint à debito fidelitatis, dñij, & totius obsequij, quicunq; lapsis manifeste in hęresim aliquo pacto, quacunq; firmitate uallato tenebantur astricti. Hactenus lr̃a illius finalis capituli, de hęreticis. In uerbo, Absolutos, aperte oñdit sñiam esse à iure latam, & non à iudice inferendam. Non.n.ꝑcipit, ut absoluãtur: sed ipsis obligatis dicit, ut nouerint se absolutos. Quo fit, ut ad hãc pœnam sustinendã reus in conscientia obligetur, etiam ante omnem aliam iudicis sñiam, sicut supra diximus de priuatione cęterorũ bonorũ. Per hoc qđ dicit, à debito fidelitatis, oñdit aperte illum, qui custodit depositum ab hęretico sibi ad custodiam cõmissum: non debere reddere hęretico depositũ suum petenti. Nam etsi lege naturę teneantur omnes in reddendo depositum, fidelitatem seruare: ab hac tñ obligatione fidelitatis liberatus est quisquis ab hęretico depositum accepit, ut iam post illius manifestam hęresim, non teneatur illud hęretico reddere. Quo fit, ut si hęretico per ecclesiam damnato, fiscus bona illius apud alium sub sacro fidelitatis deposita, apphendere uelit, is qui depositum custodiebat teneať illi dare, nec possit à non reddendo per exceptionem depositi, aut fidelitatis se excusare: qm̃ iam ab hoc debito fidelitatis est per ecclesiam absolutus. Eadem ratione præses alicuius oppidi, aut arcis munitę, qui sub fidelitate, & iuramento illud ab aliquo domino accepit, si talis dñs factus fuerit hęreticus non tenebitur illi castrum, aut arcem restituere: nec ad mandatum illius alicui alteri reddere, pręterquam fisco, cui iure ipso competit talium rerum dominium. Multa etiam sunt, quæ domino tenetur redde-

re quisquis illi fidelitatem iurauit, uidelicet, incolume, tutum, honestum, utile, facile, possibile: quæ omnia referuntur, & declarãtur in cap. de forma fidelitatis. 22. q. 5. Ab his omnibus fidelitatis partibus ipso iure absolutus est quisquis ad fidelitatem alteri seruandam, obligabatur postquam ille, cui tenebatur, factus est hæreticus. Nisi forte in aliquo casu ad aliquam illarũ reddendam iure obligaretur diuino, quod per ius humanum tolli non potest. Credo. n. humanitatis iura in casu extremæ necessitatis etiam hæretico esse iure diuino debita. Necessitas enim non est subdita legi. Propter hanc eandem absolutionem à debito fidelitatis coniux fidelis non tenetur coniugi hæretico debitum reddere: quia per hæresim alterius ipse ab hoc fidelitatis debito liberatus est. Non tñ ab omni: sed solum ab illo, quod præcepto exprimitur affirmatiuo, coniuges. n. pp sacrm mrimonij, quo sunt astricti, duplici fidelitatis uinculo sibi inuicem obligantur, altero affirmatiuo, altero negatiuo. Nam quisque coniugum: tenetur alteri debitum reddere. Tenetur etiam non reddere corpus suum alicui alteri, quàm suo coniugi. Ab hac fidelitate, quæ præcepto negatiuo exprimitur, nunquam alter coniugum potest esse liber, quãtumlibet alter coniux peccet, etiam si labatur in crimen hæresis. Quia etsi pp alterius adulterium, aut hæresim, possit innocens petere, & impetrare diuortium, diuortio tñ inter eos facto, nullus eorum altero uiuente poterit alicui alteri, quàm suo coniugi quolibet copulari, ut aperte docetur in cap. quæsiuit. & in cap. quanto. extra de diuortijs. A sola ergo illa fidelitate, quæ præcepto exprimitur affirmatiuo, liberatus est ipso iure coniux fidelis, postquam alter in manifestam lapsus est hæresim, ita ut iam non teneatur illi debitum reddere. Sed hæc fidelitatis, & debiti absolutio non solum hoc humano, & canonico iure: sed etiam diuino roboratur. Nam sicut per adulteriũ corporale priuatur adulter iure debitum exigendi: ita & per adulterium spirituale, quod est hæresis, eodem iure

priuatur:quia peius est adulterium spirituale,quam corporale. An autem hæreticus resipiscens recuperet per pniam hoc ius petēdi debitum,quod per hæresim amiserat:dubia aliquibus vr̄ esse q̃o. Vrbanus tertius in ca. de illa. extra de diuortijs. decernit mulierem,quæ sine iudicio ecclīæ separata est à uiro lapso in hęresim, esse reddendam uiro,postq̃ ad fidem catholicam reuersus fuerit,compellendamq́ esse iubet,si illa ad uirꝝ reuerti noluerit. Si uero iudicio ecclesiæ ab eo recessit, ad recipiendum illum nullatenus dicit esse compellendum: glossa uero super capitulum,quanto.eod.titu.& super capitu. final.de conuer.coniugat.non ueretur aperte contra illum textum sentire,dicens:mulierem, quæ à uiro hæretico recessit,si ille ad fidem redeat esse semper compellendam ad recipiendum uirꝝ suum, etiam si iudicio ecclesiæ ab illo recessisset. Etsi illa ad uirꝝ redire noluerit: dicit illam esse cogendam ad monachatus religionem suscipiendam.Pro huius sn̄iæ probatione citat cap.ultimum.de conuersione coniugatoꝝ. Ad præfatum uero capitulum,de illa. respondet illud esse correctum per sequens capit.quanto.eod.tit. Abbas in eisdem capitulis, glossæ sn̄iam,& opinionem nō usquequaq; probat: sed utcunq; ab ea discedit, nullam tn̄ affert rationem,p quā se merito ab illa discessisse nobis ondat.Ego uero rōnes proferam: quibus glossam tota aberrasse uia apertissime conuincam. Et primo suo ipsius gladio glossatorem transfigam:quia illud capitulum ultimum de cōuersio. coniuga.quod pro se citauit, clarissime contra illum pugnat. Nam capitulum illud (ut ex lr̄a illius facillime colligi potest)non loquitur in fauorem hæretici resipiscentis,& pniam agentis:sed mulieri,quæ à uiro hæretico iudicio ecclesiæ fuerat separata, fauet,cōceditq́ illi,ut ipso nolente libere ad Monachatus religionem, si uelit cōuolare possit.In quibus uerbis id summopere annotandum est,quod ait: libere conuolare: non ergo cogenda est ad religionem, etiam si ad uirum reuerti noluerit.

Alioqui

Alioqui si ad religionem (ut glossa docet) cogenda est, non ergo libere ad religionem conuolabit, quemadmodum textus ille dicit. Preterea si mulier libere, & nō coacta potest nolente marito intrare religionem: ergo etiā potest nolente marito manere extra religionem separata ab illo. Consequētia ista inde manifeste conuincetur esse bona, si ostendamus cām, & originem, ex qua orit, ut mulier fidelis, q̄ iudicio ecclesiæ fuerat à uiro suo hęretico separata, illo ab hæresi reuerso nolente possit intrare religionem. Causa certe non est alia: nisi quia ille per hæresim tanquam per adulterium spirituale amisit ius petendi debitum ab uxore, & sic illa facta est libera ab hoc debito. Nam si ille non incidisset in hæresim, mulier non posset illo inuito intrare religionem, sicut expresse definitum est in cap. quidam. & in cap. cum sis. extra de cōuersione coniugato. Causa igitur illius diuortij per ingressum religionis facti aperte ostensa, percōtabor glossatorem, an maritus hęreticus ad fidē rediens recuperet per pn̄iam illud ius petendi debitum: quod per hęresim amiserat, an non? Si dicit hæreticū recuperasse tale ius, oportebit fateri uxorem illius ipso nolente non posse libere intrare religionem: quia per talem ingressum negaret marito, quod illi iam iure debebatur. Si uero dicit hęreticum per pn̄iam non recuperasse tale ius per hæresim semel amissum, consequens est, ut non teneatur uxor illi post pn̄iam debitum reddere, sicut nec ante pn̄iam: q̄a (ut concessum est) hæreticus post pn̄iam non habet maius ius ad petendum debitū ab uxore, quàm habebat ante pn̄iam. Quo fit, ut sicut post pn̄iam mariti olim hæretici, potest uxor eius illo inuito libere itrare religionē: ita etiam possit illo contradicente libere manere in seculo, absque cohabitatione cum uiro, & absq; redditione debiti: nam una prorsus & eadem est utriusque separationis ratio. Verum (ut apertius loquar) nō est opus dare optionem glossatori: quia uelit, nolit, tenetur fateri hæreticum post pn̄iam non recuperare ius petendi de-

bitum ab uxore: quia obligatio semel extincta non reuiuiscit. Nam ob hoc hæreticus post pñiam non necessario (ut supra diximus) recuperat bona quæ per obstinationem hæresis amiserat, ut definitum est in cap. uergentis. extra de hæreticis: ergo eadem ratione ñ non recuperabit ius petendi debitum, quod semel amiserat. Et inde necessario consequitur, ut uxor illius libere possit illi negare debitum coniugale, & per consequẽs nõ erit cõpellenda ad reciuiendum uirũ, ab infidelitate reuertẽtẽ, à quo iudicio ecclesiæ fuerat separata. Et certe miror qũo in tam apertum errorem fuerit lapsus glossator, p̃sertim cum tam expressa habeatur cõtra suam sñiam ecclesiæ definitio, in p̃fato cap. de illa. Quod aũt dicit illud cap. correctum esse p̃ sequens cap. non ita est: qa sequens cap. nullo modo contradicit primo, cũ loquatur de diuersis. Nam cap. de illa. loquitur de muliere, q̃ iudicio ecclesiæ separata est: q̃ cogenda non est ad uirũ ab hæresi reuertentem redire. Cap. aũt sequens in fine loqtur de illa, quæ proprio iudicio separata est à uiro infideli, quæ post uiri pñiam cogenda est ad illum redire, quãuis hoc non satis clare ibidem exprimatur: sed per coniecturas ex eo elici debet. Causa aũt huius discriminis inde (meo iudicio) p̃uenit, quòd ecclesia uult nullam pœnam hæretico infligi, antequam ille sit ab eadem de crimine suo damnatus, ut patet in cap. ut inquisitionis, & in cap. cũ secũdum leges. de hæret. lib. 6. Et siquid contra hoc tentatum fuerit, ipso iure hr̃ pro infecto. Mulier ergo quæ proprio iudicio se à uiro infideli separauit: qa uirũ suum pœna hæretici puniuit, antequam ille fuisset ab ecclesia damnatus, ideo talem separationem pro infecta iudicat ecclesia: & ideo tanquã si ab illo nunquã fuisset separata, illi adhęrere compellit. Quæ aũt iudicio ecclesiæ separata est: uirũ suum punit, postquam ille de suo crimine ab ecclesiastico iudice damnatus est. Ego enim iudicium illud ecclesiæ, quod dicitur esse necessarium ad hoc, ut illa possit nolente marito intrare religio

nem,non aliud puto esse quàm sñia iudicis ecclesiastici, qua declaretur uir illum esse hæreticum, qua sñia data sine ulteriori separationis sñia,satis esse cẽseo, ut mulier possit a' uiro suo separari, & ut separata non possit cõpelli ad recipiendum uirum suum ab hæresi redeuntem. Sed iam opus est,ut pergamus ad explanationem reliquarum partium illius præfati cap. Absolutos. Nã illos, qui hæreticis erant aliqua obligatione astricti, non solũ dicit esse absolutos ab omni debito fidelitatis: sed etiã ab omni debito dominij. Pro cuius particulæ clariori intelligẽtia oportet prius lectorem de multiplicitate dñij admonere. Quoddam enim est dominium super homines,aliud super cæteras res irrationales hoĩbus seruientes,ut sunt pecuniæ, uestes, domus, agri,uineæ,pecora, & cætera his similia. De dominio istarum rerum non est nobis sermo in isto cap. qm̃ de illo deseruimus superius,iuxta id,quod definitum est in cap. cum secundum leges. Dominiũ super homines est adhuc multiplex: qa quoddam est naturale,aliud ciuile, aliud euangelicũ. Dñium naturale super hominem aliquem nullum est nisi paternum,hoc est,quod habet pater super filios. Omnes.n. in lege naturæ fuissent liberi: nec dominium aliquod esset in statu innocẽtiæ nisi paternum. Pater enim tũc aut mater sicut modo, haberet potestatem docẽdi, admonendi & corrigendi filios, & filij tunc tenerentur, sicut nunc tenentur obedire parentibus, & illis in necessitate si aliquam paterentur, seruire. Hoc dominium ideo dicitur naturale: quia naturalis ratio docet, ut filius subueniat patri, & seruiat illi, à quo recepit esse, & obediat illi ad quem spectat admonere, & corrigere eũ. Hoc dominium ẽt si naturale sit,non est adeo fixum, & imobile ut tolli nõ possit,sicut est reliquum dñium naturale: qđ quisque homo hẽt super res necessarias ad suæ uitæ conseruationem. Nam(ut recte beatus Thomas docet) prima, & maxima naturalis inclinatio est ad esse: & ideo supra quãlibet rem necessariam ad suæ uitæ sustentatio-

nem, habet naturale dominium. Hoc dominiū, nec homo a se abijcere potest: nec propter quodcunq; pctm̄ per iudicium tolli. Vnde idem beatus Thomas Secūda Secundæ. q. 69. art. 4. in solutione secundi argumenti dicit: quod si aliquis sit condemnatus, ut fame moriatur, non peccat, si cibum sibi occulte ministratum sumat: quia non sumere esset (ut ait) seipsum occidere. Non est tam firmum, & fixum dominium patris super filios: qm̄ filius re ipsa non est tam necessarius patri ad suæ uitæ sustentationem, sicut reliquæ res. Quo fit, ut pater possit illud à se abijcere dñium: & superior in pœnam alicuius delicti illud à patre tollere. Primum patet in emancipatione: qm̄ per illam pr̄ filium in sua constituit ptāte, & renunciat iuri, & dñio quod super filium hēt. Secūdum patet instit. Quibus modis ius patriæ ptātis soluitur, ubi inter alia hæc hn̄tur. Cum aūt is, qui ob aliquod maleficium in insulam deportatur ciuitatem amittit, sequitur, ut qui eo modo de numero ciuium Romanoꝝ tollitur, perinde quasi eo mortuo desinant liberi in ptāte eius esse, hæc ibi. Ad eundem modū fit in peccato hæresis: qm̄ pp hoc crimē pater amittit dñium, quod super filios habebat, & filij efficiuntur sui iuris. Nam filij, qui alioq fuissent subditi patri, illo in hęresim obstinate labente, sunt ipso iure absoluti ab oī debito dñij, quod super illos pr̄ habuisset, ut dicitur in præfato. c. absolutos. Veꝝ quia multi putare potuissent, hoc nō tā aperte in illo. c. fuisse definitū, ideo spāle de hac re decretū eccl'ia statuere uoluit, quo apertius id, quod nunc proxime diximus declaratum est. Tale decretum hr̄ in. c. qcunque, paregr. illorum. de hær. lib. 6. Et inde sequit̄ pr̄em hęreticum nō posse filio impuberi substitutionem facere pupillarem. Qm̄ inter cętera reqsita ad pupillarē substitutionē hoc est p̄cipuū, ut testator impuberē in ptāte hēat. l. ij. ff. de uulg. & pupil. Hoc ēt corrolariū aliunde deduci pōt: ex eo. s. qd' hęreticus intestabilis est. Nemo aūt ꝓ pupillo substituere pōt, nisi prius sibi fecerit testm̄. d. l. ij. parag. pri.

Sed quęstio posset de hac re moueri, si pater ad suę uitæ sustentationem antequam fieret hęreticus indigeret filio, & postea eadem indigentia perseuerante laberetur in hęresim, an filius patri hęretico indigenti sua opera, teneretur illi suas operas dare, illi usque ad supplendam indigentiam ministrare. Cui quęstioni ego ita respondendum esse censeo, ut filius eo casu maiori obligatione teneatur patri, quàm teneret alicui alteri in necessitate existenti: quia licet filius sit iure ipso à patris hęretici dominio, & potestate liberatus, non tñ quo ad opera misericordię illi exhibēda, in quibus pater quamuis hęreticus est pręferendus. Hanc sñiam docet glossa. dist. 30. cap. 1. & Panor. in cap. si quis. De hęreticis. Aliud est dominium super personas non naturale, sed ciuile, hoc est, quod non à natura: sed ab humanis statutis sumpsit initium. Et hoc etiam uarium est, & multiplex, iuxta uariã authoritatem, & potestatem, quam habent dñi super eos, quibus dominantur. Est enim quoddam dñium, quod inducit seruitutem in eo cui aliquis dominatur. Per hoc dominium habetur potestas utendi seruo ad omnia, quę uoluerit: exceptis criminibus, quę sine Dei offensa perpetrari non pñt. Per hoc dominium habet dominus super seruos suos plenam potestatem utendi illis ad suam utilitatem: & non ad utilitatem illorum. Et per hoc differt dñium hoc à dominio regali: quia Rex nisi tyrannus esse uelit, non utitur subditis ad suam ꝓpriam utilitatem: sed ad utilitatem subditorum. Dñs autem utitur seruo non ad serui utilitatem: sed ad suam propriam, quemadmodũ utitur pecoribus suis. Potest enim dominus seruum uendere, permutare, donare, locare, prout facere potuisset de iumento aliquo. Quę quidem misera seruitus, & si propter peccatum introducta sit, iure tñ gentium approbata est, ut habetur in cap. ius gentium. dist. 1. Hoc dominium statim amittit quisquis in manifestam hęresim lapsus est, & seruus illius si in hęresim domini nõ consensit, eo ipso est à debito domini absolu

tus. Sed difficultas oriri poſſet, an dominium illius ſerui transferatur ad fiſcum, ſicut cæterarum rerum, ita ut poſt hæreſim domini, ſeruus illius fiat ſeruus fiſci, an uero ſeruus fiat ſui iuris, & ſit ipſo iure libertus. Saluo meliori iudicio, ego cenſeo ſeruum, qui in hæreſim domini conſentire noluit, non eſſe inter reliqua bona computãdum, ut in dominum fiſci cum reliquis bonis tranſeat: ſed eo ipſo redditum eſſe ſuæ libertati, ita ut iuſte, et abſq; ullo peccato poſſit fugere ab hæretico qui fuerat dominus eius, & omnem illi negare obedientiam. Nam in præfato illo capit. fin. extra de hæretic. abſoluuntur omnes ab omni obligatione, qui hęreticis quomodolibet tenebant adſtricti: ergo etiã ſerui ſunt abſoluti, & per conſequens ſiunt liberti. Præterea de hoc habetur expreſſa in iure Cęſareo diffinitio. Nam in. l. Manichæos. C. de hæret. ſtatuit Imperator Theodoſius, ut ſeruus, qui noluerit obedire domino hæretico, fiat ipſo iure libertus. Iuſta quidem lex, per quam & hæretico domino pœna, & ſeruo catholico præmium tribuitur. Ius autem Cæſareum, et ſi non poſſit de fide, aut hæreſi definire: poteſt tamen & hæreticos pœna, & fideles afficere præmio. Quo fit, ut ſaltem in terris, quæ legibus ſubſunt Cæſareis, ſeruus q dño hæretico obedire recuſauit, & illius hæreſim ſuſcipere noluit, ſit ipſo iure redditus libertati: quia ſic præcipitur in præfata. l. Manichæos. Et idem faciendum eſſe cenſeo in terris eccleſiæ Romanæ, quæ nullo modo ſubduntur Imperatori. Qm̃, & ſi in illis locis non habeant uim iura Imperatorum: habet tamen uim ſuam illud c. fina. extra de hæretic. Quo iubetur omnibus, ut nouerint ſe abſolutos ab omni debito dominij, qui lapſis manifeſte in hæreſim quomodolibet tenebatur adſtricti. Aliud eſt dominium ciuile, & politicum, quod non inducit ſeruitutem in eo, ſuper quem habetur: ſed ſolum confert habenti dominium, authoritatem, & poteſtatem p̃cipiendi ea, quę ad bonum regimen reipublicę, cui p̃eſt, ſunt neceſſaria, aut ſaltem commoda, & conuenientia,

& puniendi transgressores eorum, quę ab illo pcepta sunt. Hoc dominium habent Reges, Duces, comites, & reliqui domini, qui populis præsunt. Hi super quos tale dominium habetur, non dicuntur serui: sed subditi, & uocabulo iam ab omnibus recepto, dicuntur Vasalli. Hoc dominium etiam amittitur per hæresim manifestam, ita quod Rex factus hæreticus, ipso iure est regno suo priuatus, & Dux suo ducatu, & comes comitatu, & idem de aliis populorum dominis quocunque nomine censeantur, dicendum est: nam de omni dominio generaliter loquitur illud capit. fina. de hæret. Nec mirari debet aliqs quod Papa pp hæresis crimen. Regem a regia dignitate deponat, & regno priuet: qm in negotio fidei etiam Reges sicut & alij inferiores subduntur summo Pontifici. Quo fit ut illos sicut quoslibet alios punire possit. Nam Regem Francorum Zacharias Papa ob multo minorem causam regno priuauit, ut refertur in cap. Alius. 15. q. 6. Imperium Romanorum, sedes Apostolica transtulit a Græcis: quia ecclesiam non defendebant in Germanos. ut habetur extra de elect. cap. uenerabilem. Multo ergo iustius est, ut propter crimen hæresis Reges regno priuentur. Posset tamen hoc loco aliquis merito quærere: si Rex fiat hæreticus, ad quem regni illius dominium, & potestas iure deuoluetur. Non quidem ad Imperatorem, præsertim si Rex non erat Imperatori subiectus, quales sunt Hispanorum, Gallorum, & Angelorum Reges. Nam bona hæreticorum, laicorum quæ iure canonico, & Cæsareo, applicantur fisco, non cuilibet fisco sine discrimine applicata esse intelliguntur: sed soli fisco illius, qui dominium & iurisdictionem supremam secularem supra hæreticum habet. Consequens igitur est, ut regnū, & reliqua bona hæretici Regis, qui non subditur Imperatori: non sint ipso iure fisco Imperatoris applicata. Nec dicendum est regnum illud ipso iure ad ecclesiam pertinere: quia ipso iure non applicantur ecclesiæ bona laicorum hæreticorum: nisi illorum solum: qui in terris ec-

clesiæ uiuunt, ut patet in capit. uergentis, & in cap. Excommunicamus. extra de hæret. Ad quē igitur regnum illud iure pertinebit? Si Rex ille hæredem legitimū habet, & fidelem, ego dicerem illum esse iustum, & legitimum regni successorem. Quoniam cum nihil sit de Rege hæretico in iure definitum, consequens est, ut idem de illo censeatur, quod de homine ab intestato decedente diceretur. Nā cū ille per hæresim sit ipso iure, regno priuatus, quantū ad regni possessionem censendus est mortuus: & quia de regno illius, cui tribuendum sit, nihil iura disponunt, oportet necessario, ut regnum ad legitimū hæredem deuoluatur. Et idem mihi uideretur dicendū de quocunque alio dominio cuiuscunque rei, cui est annexum uinculum primogenituræ, ita ut si possessor illius fiat hæreticus, bona illa non sint fisco applicata, sed legitimo illius primogenituræ successori. De hac tamen re nihil certum definire uolo: sed illam ciuilis iuris peritis relinquo, ab illis definiendam, quorum hoc proprium est munus. Si Rex hęreticus nullum habet hęredem, aut ille quem habet, est etiam hęreticus, tunc si regnum non est etiam hęresi infectum, dicerem regnum ipsum habere ius, & potestatem eligendi sibi Regem, iuxta id, quod in primo libro Regum dicitur. Populus facit sibi Regē. Si uero regnum est etiam eadem peste infectū sicut Rex, regnum etiam erit ipso iure priuatum, potestate eligendi sibi Regem, & tunc negotium deuoluetur ad summū Pontificem, ut ille tanquam summus ecclesiæ iudex decernat, quid sit agendum, sicut facile colligi potest ex dictis in cap. Excōmunicamus, paragrapho moneantur. extra de hęreticis. Aliud est deniq; dñium Euangelicū, & est potestas alicui ex Dei Euangelio, & non aliunde concessa, qualis est potestas absoluendi peccatorem à peccato, & potestas excōmunicandi, & absoluendi ab excōmunicatione. Hoc dominium habent soli uiri ecclesiastici curam animarum tenentes, ut sunt Episcopi, Archiepiscopi, Papa. Et dicitur hęc talis potestas dñium

1. Reg.

Euãgelicum:quia ex sola Euangelij authoritate illud hã betur. Vocatur ẽt dominium hoc à theologis potestas iurisdictionis ecclesiasticę. De hoc dominio difficillima inter theologos uersatur quæstio: an hęreticus sit etiam ipso iure priuatus hoc dominio, sicut cæteris, hoc est, an Prælatus ecclesiasticus quicunque ille sit siue Papa, siuẽ quiuis alius, postquam factus est hæreticus sit ipso iure potestati prælationis priuatus? De hac re non conuenit inter oẽs theologos. Quidam.n. dñt prælatum ecclesiasticum factum hæreticum: diuino iure esse priuatum p̄latione sua. Alij uero contrasentiunt prælatum ecclesiasticum quantumlibet in hæresi pertinacem: non esse diuino, aut humano aliquo iure potestate prælationis priuatum. Et qui sic sentiunt, coguntur dicere hoc dominium Euangelicum non esse sub illa generali locutione comprehendendum, cum dicitur in illo cap. fin. de hęret. Absolutos se nouerint a' debito fidelitatis dominij, & totius obsequij &c. Oportet.n. ibi excipere dominiũ Euangelicum, a' cuius debito (iuxta istoꝝ opinionem) non sunt ipso iure absoluti, qui lapsis in hæresim erant per illud adstricti. Huius nodosę quęstionis solutionem: quoniam difficilis est, & longum requirit tractatum, usque ad aliud capit. differimus, quod totum huic soli negocio impendemus, quando de pœnis spiritualibus disputabimus. Tales enim potestates, & talia dominia magis spiritualia, quàm corporalia censenda sunt.

Circa has omnes hæreticoꝝ pœnas, de quibus in hoc c. disseruimus, dubitatur ab aliquibus: an hæreticus occultus in has incidat pœnas. Ratio dubitationis est hæc: quia illud sæpe citatum cap. fina. de hæreticis. uidetur solos manifestos hæreticos afficere. Nam solos illos absoluit a' debito fidelitatis, & dominij, qui lapsis manifeste in hæresim quomodolibet sunt adstricti. Phil. dicit hoc etiam uerum esse in occulto hæretico, si illius hæresis probari possit; quia tunc potest manifestari licet actu non sit manifesta. Eandem sñiam docere uidetur Ioan-

nes And.hac tñ addita conditione,quòd processum fuerit ad probationes.quia probatio(ut ait)tunc facit delictum manifestum,ut in cap.cum olim.de uerb.signif.Secus tñ dicendum esse putat,si non est processum ad probationes: quia ecclesia non iudicat de occultis. Et illius sententiæ subscribit Angelus de Clauasio in sua summa. eandem amplectitur syluester de Prierio in sua summa. Ego tamen(absit precor uerbo inuidia)puto hos omnes quamuis in iure doctissimos, non intellexisse ueram, & germanam illius textus sententiam. Nam quod textus ille ait de lapsis manifeste in hæresim, non est intelligendum de manifestatione, quæ competit hæretico, ita qd' ille in publico,aut in manifesto hæresim asseruit. Potest enim quis publice, & coràm mille testibus hæresim aliquam asserere, & non esse hæreticus: quia potuit illam asserere ex ignorantia, putans talem assertionem esse catholicam, potuit etiam asserere sine ulla pertinaci animositate: sed paratus obedire ecclesiæ aliud docenti. Quorum alterum si contingat, etiam si in fide erret, hæreticus minime censebitur:ut habetur in c.dixit apostolus.24. q.3. Si hæreticus non est, necessario inde sequitur:ut pœna hæretici non sit puniendus, & per consequens pœna illius cap.fina.de hæret.non comprehendat illum. Alioqui fieret necessario, ut qs sine culpa sua, & sine culpa aliena: imò & sine iusta aliqua causa puniatur, quod est contra ius naturale, diuinum, & humanum. Nam textus ille eos, qui lapsis manifeste in hæresim erant obligati, absoluit à debito fidelitatis, & dominij. Et tñ (ut diximus) pōt quis sine ullo peccato manifeste labi in aliq̃ hæresim. Quod ergo textus ille ait de lapsis manifeste in hæresim, non est intelligendum de manifestatione, q̃ se tenet ex parte asserentis: quia siue in occulto, siue in publico labatur in hæresim, non incurret pœnam, si non est hæreticus. Intelligenda sunt ergo uerba illius textus de manifestatione, quæ competit hæresi, ita ut ille dicatur labi manifeste in hæresim, qui labitur in hæresim ma-

nifestam, quam scit esse ab ecclesia damnatam, quãuis illam occulte, & sine ullo teste asserat. Qui uero ex ignorantia labitur in hæresim, non dicetur labi manifeste in hæresim, quamuis illam in publico foro coràm mille testibus asseruerit: quia non erat sibi manifestum talem assertionem esse hęreticam, & ab ecclesia damnatam. Is autem, qui iuxta hunc intelligendi modum labitur manifeste in hæresim, hoc est in hæresim manifestam, eo ipso est necessario censendus hæreticus. Quia is (ut supra lib.1.cap.10. docuimus) sine ulla ulteriore monitione est iam pertinax censendus: quia errorem suum non est paratus corrigere. Quod facillime, uel ex eo colligi potest: quia ecclesiam, à qua corrigendus esset, aperto Marte oppugnat, cum eam non ueretur asserere propositionem, quam scit ab ecclesia damnatam. Si uero quis ex ignorantia lapsus est in hæresim, & postea legitime admonitus obedire cõtemnit, tunc primo dicetur labi manifeste in hæresim, quando legitimę admonitioni obtẽperare recusat. Is igitur, qui iuxta hunc intellectum labitur manifeste in hęresim, cum sit iuxta prędicta censendus hęreticus merito hęreticorũ pœnam incurret, quantumlibet sit occultus, si tamen hæresim, quã mente concepit, aliquo uerbo explicauit. Et de talib⁹ sic lapsis manifeste in hęresim, intelligenda sunt uerba illius cap.fin. de hęret. quibus dicitur, quod qui talibus sic lapsis manifeste in hęresim erant aliqua obligatione adstricti, ipso iure sunt ab omni tali obligatione absoluti. Nam per illa uerba: Lapsis manifeste in hęresim, idem intelligit, ac si dixisset, hęreticis. Et hi tales licet occulti sint, sicut incidunt in pœnam cap. cum secundum leges. ita etiam ipso iure incidunt in pœnam pręfati cap.fin.de hęret. Si hęresim suam quamuis occulte, exterius prodiderunt. Nam (ut ait Abb. in isto cap. Absolutos) pœna ipso iure imposita afficit ipsum delinquentem, quamlibet occultum, pro qua sñia adducit glossam, quam dicit esse notabilem in Cle.1. de hęret. in uerbo: Eo ipso. Ex quibus

colligit Abbas, ut hęreticus quãuis occultus ipso iure amittat omne dñium, sicut & reliqua omnia bona ipso iure amittit: sed non poterit talis absolutio dñij (ut ait) allegari, nisi prius manifesta causa probetur. In quibus omnibus etsi bene dicat, tñ in intelligentia illius uocis, manifeste etiam mihi errasse uidetur, sicut alij.

Probatur manifestis rationibus iustam esse hæreticorum pœnam, de qua in præcedenti capit. tractatum est. Cap. VIII.

Quia totius huius nostri operis finis, & primus scopus, ad quem nostram hanc pugnam dirigimus, est, ut iustam esse punitionem, qua ecclesia hęreticos ferit, ostẽdamus; opus est, ut eam pœnam, de qua in præcedenti cap. disputauimus, merito hæreticis fuisse inflictam pbemus. Quisquis diligenter consideraueri quantũ ualeant superiorꝝ hominum exempla ad mouendos subditorꝝ affectus facile intelliget, quàm iustum imò (ut uerius dicam) necessarium sit, omnem prælationis ptãtem ab hæreticis auferre. Scipio Africanus dicebat nullo se magis animari ad uirtutem, quàm suorꝝ maiorꝝ exemplis: quorꝝ imagines in foro depictas uidebat. De Iulio Cæsare refert Plutarch. ꝙ cum ille in Hispania res quasdam Alexandri pictas cerneret, secum diu cogitabundus, postmodum lachrymas fudit, cuius rei cãm admirantibus socijs: Non'ne (inquit) iure dolendum arbitramini, quod huius ætatis Alexander tot gentes suo subdidisset imperio, qua nullum adhuc præclarꝝ facinus ipse gesserim? Et inde ad res præclaras gerendas expeditior, & fortior effectus est. Si eorꝝ, qui iam prærerierunt exempla tñ uiuorꝝ animos mouere pñt multo magis id posse credendum est exempla eorꝝ, qui supersunt, præsertim ea, quæ non solum audiuntur: sed oculis inspiciũtur. Multo. n. magis mouent uisa, ꝙ̃ audita. Temistoclẽ enim ualde multum iuuauerunt ad uirtutem Milciadis exempla. Nam Temistocles cum esset adolescens, in compotationibus, alijsqꝫ carnis illecebris uolutabatur. At postꝙ̃ Milciades factus Imperator, apud Maratho

nem deuicisset Barbaros, nullus illum deinceps uidit qd-
quam agere indecorę. Percõtantibus autem multis qd
fuisset in causa, ut sic fuerit repẽte mutatus: rñdebat, Mil-
ciadis Trophæis se fuisse à somno suscitatum. Cic.lib.4.
Tusc.quęst. refert: Demosthenem adeo uigilasse, ut cũ
opificibus de uigilia contenderit, & dolere se aiebat, si-
qñ opificum antelucana uictus esset industria. Hñt tan-
tam uim, & ptãtem exempla pręsertim illorę, qui autho
ritate aliqua reliquos pcellunt, ut ad illa imitanda sub-
ditorę animos non solum urgeant: sed quasi cogere ui-
deantur. Ideo Paulus reprehendens Petrum, eo ꝙ pp Iu
dæos, quia Iacobo Hierosolymorę Epõ uenerant, simu-
late se à gentibus subtrahebat nolens edere cum illis, di
xit illi: Gentes cogis iudaizare. Nam quia Petrus supre *Gal.2.*
mus erat totius ecclesiæ pastor, & rector, cuius uestigia
cæteri sequi debebant: ideo tanti æstimauit Petri exem-
plum Paulus, ut suo exemplo illum nõ solum ad Iudaisi-
mum alios suadere, sed cogere dixerit. Et merito sic di-
xit, cogitans ꝙ multo plus mouent exempla, quàm uer
ba. Propter quod filius Dei factus pro nobis homo, uo-
lensq; hominibus certissimam uiam, qua ad glĩam cœ-
lestem peruenirent, ostendere: prius exemplis, & post-
ea uerbis nos ad illam instruxit. Nam prius (ut ait Lu- *Act.1.*
cas) cœpit facere, & postea docere. Quem locum per-
tractans Chrysostomus Homil.1. super Actus Aplorę, *Chrys.*
ait: Eoq; apostoli prius uitæ exemplis docebant, dein-
de uerbis. Quin potius ne uerbis quidem erat opus, cũ
clamarent opera. Hæc Chrysostomus. Hinc oritur, ut
peccata publica grauiora censeantur, q̃ secreta, & tan-
to grauiora, quanto à persona maioris authoritatis, &
quæ magis tenebatur bonum alijs præbere exemplum,
fuerint cõmissa. Ideo de malis sacerdotibus, dñs per pro-
phetam Ezechielem ait: Facti sunt domui Israel in of- *ez.44*
fendiculum iniquitatis. Quæ uerba pertractans beatus
Gregorius parte prima Pastoralis cap.2. ait: Nemo qp-
pe amplius in ecclesia nocet, quàm qui peruerse agens, *Greg.*

nomen, uel ordinem sanctitatis habet. Delinquentem nanq; hunc nemo redarguere præsumit, & in exemplũ culpa uehementer extenditur, qñ pro reuerentia ordinis peccator honoratur. Hæc Gregorius. Causa autem huius inde prouenit, ꝙ qui publice peccat, alios ad idẽ faciendum suo exemplo hortatur, & ob hanc cãm scandalizare dicitur: quia suo exemplo aliis offendiculum ad ruinam parat. Propter quod Saluator noster hmõi scandalizanti acerbe minatur, sic inquiens: Qui scandalizauerit unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Qui sic alium scandalizat, non solum de suo: sed etiam de alterius peccato, qui illius exemplo ad peccandum motus est, rationem reddet. Quod non fieret: nisi quia ille peccati alterius causa fuit, suo exemplo illum ad pctm̃ uehementer impellens. Hæc omnia, quæ diximus, huc tendunt: ut per illa notũ omnibus fiat quanta sit exemploꝝ potentia. Etsi tñ ualent quorumlibet hominum exempla ad mouendos alioꝝ hominum affectus: multo magis ualebunt exẽpla illoꝝ, qui aliqua authoritate, & ptãte reliquos præcellunt. Et hinc luce clarius constare poterit iustum esse, ut omnis ab hæreticis auferatur prælationis, & dñij ptãs. Timetur. n. iuste, ne his, qui præest subditos suos ad eandem hæresim suo exemplo trahat. Filij parentes suos ferè semper imitari nituntur: et ad illoꝝ exemplum uitam suam frequentissime componunt. Est. n. à natura insitũ filijs, ut parentes suos ament, & inde euenit, ut quæcũq; in parentibus uiderint, bona esse censeant. At qđ quisq; bonum existimat: illud appetit, & illud imitari conat. Præter hunc mutuum parentum, & filioꝝ amorem, est adhuc alia, & quidem potissima cã: quæ filios ad parentum suoꝝ imitationem uehementissime impellit. Hæc est assidua parentum, & filioꝝ mutua conuersatio. Parentes. n. suos filij uident, cum comedunt, cum bibunt, cum ludunt, cum iocantur, cum irascũtur, cũ subsannãt,

Mat. 18

Vident illorum ingluuies, ebrietates, prodigalitates, tenacitates, fornicationes, adulteria, & cætera id gen⁹ uitia. Audiunt illos detrahentes, adulantes, mentientes, iurantes, peierantes, blasphemantes, atque alia multa, quę uirum pudicum non decent loquentes. Raróque contingit, ut rē alicuius momenti parentes domi faciant, aut dicant: q̄d filios lateat. Quantum autem nocere possint mali hominum mores, his qui perpetuam cum illis hn̄t consuetudinem, sacra scriptura multis in locis nos apertissime docet. Qui cum sapientibus graditur (ait Salomon) sapiens erit: amicus stultorum similis efficietur. Et iterum: Noli esse amicus homini iracundo, neque ambules cum uiro furioso: ne forte discas semitas eius, & summas scā dalum animæ tuæ. Et Ecclesiasticus eleganti similitudine hoc ipsum explicat, dicens: Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea: & qui cōicauerit superbo, induet superbiam. Denique propheta Regius ait: Cum sctō sanctus eris: & cum peruerso peruerteris. Si conuersatio bonorum proficere potest: conuersatio malorum multo magis obesse poterit, quia sumus omnes natura p̄cliuiores ad malum, quam ad bonum. Difficillimū est. ut quis inter malos innocenter conuersetur. Propter hanc duplicem causam parentes suos filij magis q̄ cæteros homines imitātur. quia illos magis diligūt, & longiorem cum illis hn̄t conuersationem. Faciliusque eorum malos imitātur mores, q̄ bonos, quia natura iam per pc̄tm̄ quodammodo corrupta fortius impellit ad malum, qua ad bonū. Et hinc euenit, ut raro cōtingat pr̄i uitioso filius studiosus. Scio quidem aliq̄n ita cōtingere: sed hoc rarum est, & albo notatum, ego autem de his, quæ frequenter, & quasi semper eueniunt loquor. Pater si est mercator, filios habeat mercationi deditos, si lusor, filios habet lusores: si fornicator, filios nutrit fornicatores: si idololatra, filios docet idololatriam: si denique hæreticus est, eadem hæresū inficit filios. Hoc manifesta experientia in multis comprobatum est, qui filios suos in eandem traxerunt hæresim;

Pro. 13.
Pro. 22.
Ecc. 13.
Ps. 17.

in quam ipsi fuerũt lapsi. Testis est Bohemia, quæ postquam sub Vuenceslao illoꝝ Rege, & Sigismundo Romanoꝝ Imperatore, annis ab hinc plus q̃ cētum & quadraginta à fide catholica defecit, nunq̃ ad illam hucusque rediit, non ob aliam cām: nisi quia filii illoꝝ eũdem à teneris annis imbibunt errorem, quo parentes suos affectos esse uident. Timeo certe, ut (quod Deus pro sua pietate auertere dignetur) idem eueniat Germaniæ, & Angliæ. Quia si filii eadem hæresi Lutherana à parentibus imbuuntur, qua illi nunc sunt infecti, tarde illæ prouinciæ ad fidem catholicam conuertentur. Adolescens enim (ut ait Salomon) iuxta uiam suam etiam cũ senuerit, non recedet ab ea. Et egregius poeta dixit:

Pro.22.

Orat.

Quo semel est imbuta recens seruabit odorem
Testa diu.

Iustum igitur fuit, & necessarium, à parentibus hæreticis patriam omnem auferre ptãtem, & filios sui iuris suiq́ arbitrii facere, ne parentes sua authoritate, suoq́ exemplo filios in eandem hæresim traherent, & filii, iuris authoritate fulti, possint, si uelint parẽtibus resistere, tanq̃ qui iam sunt ipso iure ab illoꝝ potestate liberati. Propter hanc causam multi Theologi, è quoꝝ numero est sanctus Thomas, docent nõ esse licitum infidelium paruulos inuitis parentibus baptizare: quia talis baptizatio (ut aiunt) uerteretur postea in contumeliam fidei Christianæ: quia parentes nutrirent filios in errore suo: qui sic in pueritia nutriti, nunquam postea fidem catholicam, quam in baptismo susceperunt, perfecte tenerẽt. Alii tñ theologi, inter quos recensetur doctor subtilis Scotus, qui oppositam sententiam tuentur, pp eandem causam censent, filios infidelium, qui inuitis parentibus fuissent ex imperio principis baptizati, esse statim post baptismum à parentum cura, & potestate semouẽdos, ne si apud illos manerent, à parentibus suis in eundẽ infidelitatis errorem traherentur, quo illi sunt infecti. Si iustum est, ut patriæ ptãtis dñium à parentibus hæreticis

auferatur,

auferatur,ne ipsi filios suos eadem hæresi inficiant,multo iustius est, ut aliud quodlibet ciuile,& politicum dominium sit ipso iure a dñis hereticis ablatũ. Nam q hoc tenent dñium pluribus nocere pñt,quàm qui solum dominio gaudent paterno,eo quòd latius est dñium politicum, aut regale,quã paternũ.et pluribus imperat rex, aut dux,aut Marchio,aut quiuis alius dñs,quàm qui solum est pater. Deinde plus põt rex erga subditos,quã pater erga filios,& hinc euenit,ut sępe subditi magis conentur regem suum imitari,quàm filij parẽtem. Possunt quidem reges eo quòd diuitijs pollent,munera plurima dare,& quia tam potentes sunt,ut nullus subditorꝝ illis resistere ualeat pñt subditos suos,cum eis libuerit.uarijs pœnis affligere. Ex primo orit̃ apud inferiores homines spes alicuius muneris recipiẽdi. Ex secũdo oritur in subditis metus principis,ne uidelicet circa eos quidqd pœnarum põt,cũ libuerit exerceat. Hæc duo uidelicet metus,& spes solent animos hoĩum in adulationem impellere,quidam.n.ut ea,quæ anxie cupiunt, assequi possint: alij uero ne pœnas,quas uehementer metuũt, incurrãt, principibus suis omni ex parte placere procurant. Ea faciunt,& dicunt,q̃ sperant principi suo grata esse futura, ea dicere,& facere omittunt,q̃ principi displicere intelligunt. Qui mollibus uestiuntur(inqt saluator nr̃) in domibus regum sunt. Nam in domibus Principũ sunt adulatores & qui hoĩbus placere student. Optime igitur, et eleganter Claudianus poeta in libro de quarto Honorij Augusti consulatu dixit.

Mat.11

Componitur orbis
Regis ad exẽplum,nec sic inflectere sensus
Humanos edicta ualent, quàm uita regentis.
Mobile mutatur semper cum principe uulgus.

Clau.

Et libro primo de laudibus Stiliconis iterum ait:
Scilicet in uulgus manant exẽpla regentum,
Vtq; ducum lituos,sic mores castra sequuntur.
Ex his igitur oĩbus apertissime colligere licet, quantum

rex hæreticus possit subditis suis in fide nocere. Illius.n. exemplum multos à fidei ueritate deflectet: quia ps me tu, pars amore illius, aut suarū rerū idem quod ille, asseuerabunt, docebunt, pdicabunt. Cum Magi ab oriente uenissent Hierosolymā quærentes regem Iudæorū tunc recens natū, turbatus est Herodes, & oīs Hierosolyma cum illo. Non est mirū, quod Herodes, qui alienigena, et tyrānus erat, turbetur audito noīe regis, & illum perdere uelit. Ita.n. se res habet, ut siquis regnante ipso, alterū appellet ibidem regem, mille eū periculis exponat atq; in apertum tradat interitū. At quod Hierosolyma audito nomine sui regis, tunc nati, turbetur, res est admiratione digna: quia magis ob eam rem lætari, & exultare debuisset, quā turbari: quia sciebat Herodem alienigenam esse, & nihil de regni iure hñtem. Quo fit, ut de eiectione tyrāni, & regis aduentu lætari debuisset. Sed si Claudiani sniam ad memoriam reuocemus, facile intelligemus ita fieri oportuisse, ut rege turbato oīs Hierosolyma simul cum illo turbaretur. Quia (ut Claudianus dixit) mobile mutatur semper cum principe uulgus. Rege ergo hæretico exñte necessario eueniet, ut ppl's in eādem hæresim trahat. Quod si facere contempserit, multis tormentis, uarijsq; cruciatibus ad id faciendum compelletur. Huius rei plura, quàm uellem, extant manifestissima exempla, è quibus aliqua producere decreui, ut quæ diximus illorū testimonio comprobemus. Multi fuerunt in populo Israel reges idololatræ, ut Ieroboam, Baasa, Ela, Zambri, Amri, Achab, & Ochozias. His autem regnantibus, populus Idolis sacrificare nō destitit, eo quod sequebatur perfidam regum suorū insaniam. In noua lege, & euangelica multi fuerunt reges hæretici, q ecclesiam catholicam acerrime uexauerunt, adeo ut illorum cā multi à fide catholica defecerint. Iulianus apostata postquam fidem deseruit, ecclesiam catholicam plusquam quilibet alius rex gētilis est persecutus. Multos fidem negare coegit, multos ad martyrium perdu-

Matt. 2

xit. Reges Gothorum eo quod Arriana hæresi erant infecti, magnam ob hanc cām christianorum stragem fecerūt in Italia, & Hispania. De atroci crudelitate, quā in christianos Vuandali exercuerunt in Africa, extat historia duobus libris partita, & à Victore epō conscripta. Solum unū ex Gothis, quod in Hispania contigit exēplum proferam: cuius meminit beatus Greg. lib. 3. dialogorum, cap. 31. quod satis esse arbitror ad oñdendum, quātum sit rex hæreticus ecclesiæ catholicę noxius. Leonigildus Hispaniarum rex, & à Gothis originem trahens, Arriana hęresi cū fuisset infectus, eadē hæresi filios suos, regnūq́ suum inficere nitebatur. Ermigildus aūt primogenitus eiusdem regis filius, ac proinde solus regni hæres, suadēte beato Leandro tunc Hispalēsi epō, hæresim Arrianā deserens, ad fidem catholicam conuersus est. Quem p̄r Arrianus, ut ad eandem reuocaret, primū blanditijs, & pręmijs, deinde minis, & terrorib⁹ erga illum egit. Quę omnia cum non possent animum illum cōstantissimū à fide catholica, uel tantillum deflectere, iratus p̄r illū prius hæreditario iure regni priuatum in uincula, & carceres coniecit. Adueniente aūt paschatis festo, quo ex more, & ecclesię uniuersalis decreto, Christiani sacrum domini corpus sumere solent, perfidus p̄r Arrianum epm ad filium misit, ut ex manu illius cōionem perciperet, ut per hoc illum sibi p̄r conciliaret. Sed uir Deo plenus Ermigildus hoc facere recusauit, & epō uenienti exprobrauit, & magna constantia illum à se duris increpationibus repulit. Hoc cum Arrianus p̄r audiret, īfremuit: statimq́ paternæ pietatis oblitus apparitores suos misit, q filium suum occiderent, quod & fecerunt. Quid q̄so hæreticus cōtra fideles facere destitisset, qui pro tuenda hęresi Arriana proprio filio non pepercit: sed carnificibus tradidit illum? Qui tam atrociter insectatus est propriū filium, putas'ne æquo animo cæteros prosequeretur fideles? Sed opus est, ut ex nostro hoc seculo aliqua proferamus exempla: qm̄ hæc magis, quam reliqua: q̄ iam

Greg.

Leoni.

Ermi.

prǽterierunt, animos intuentium mouere poterunt. Cũ Martinus Lutherus annos ab hinc triginta suos in Saxonia effundere cœpisset errores: statim illi acqeuit Fridericus dux Saxonũ, cuius exemplo, & authoritate populus motus in eandem lapsus est hæresim. Idem contigit Lantsgrauio Hessię Philippo. Merito igitur decretũ est, ut rex, aut quis alius secularis dñs factus hæreticus, ne populis fidelibus sibi subiectis nocere possit, sit ipso iure dñio regni, & qualibet alia seculari ptãte priuatus.

De alia hæreticorum pœna, quæ est infamia, & de cæteris, quæ ex illa sequuntur. Cap. IX.

Inter alias pœnas, quibus ecclesia hæreticos merito puniendos fore decreuit, infamia recensetur, quæ tanto cæteris pœnis grauior æstimari debet, quanto fama reliquis omnibus merito anteponitur transitorijs bonis. *Pro. 22.* Melius est nomen bonum (inquit Salomon) quam diuitiæ multæ. Hoc aũt bono nomine priuatus est, qsqs hæreticus est, siue occultus ille sit, siue manifestus. Hoc tũ interest inter occultũ hæreticũ, & manifestũ, qđ occultus hrticus sola iuris ĩfamia censet infamis & nõ ĩfamia facti: quia eius crimen cum nondum sit manifestum, famam illius tollere non ualet. Hæreticus autem manifestus, & infamia facti, & infamia iuris iudicatur infamis. Infamiam facti incurrit quisque per criminis sui manifestationem, & tanto grauiorem incurrit infamiam, quanto grauius est crimen, quod commisit, & tanto maiorem, aut latiorem, quanto peccatum est pluribus manifestum. Non est enim eadem mensura metienda infamiæ grauitas, & eius latitudo, siue extensio. Nam si Petrus graue aliquod crimen paucis manifestum committat, & Ioannes leue aliud crimen multis scientibus perpetrauerit, infamia Petri grauior censebitur, Ioannis uero maior, aut latior. Quo fit, ut infamia facti, quam hæreticus ex criminis sui manifestatione incurrit grauissima sit censenda: quia hæresis (ut supra libro primo, capitulo secundo docuimus) inter gra-

uissima recensetur peccata. Infamia iuris est illa, ad quam ex iuris decreto aliquis damnatus est: Sunt.n.peccata aliqua, quorum quodlibet, si quis cõmittat, iure ipso censetur infamis, ut qui exercet improbum fœnus, exigens usuras usurarum. Tertia.q.7.paragrapho Porro. Et qui contrahit simul cum duabus, uel qui simul duas habet sponsas. lege, quid ergo.ff.de his, qui no.infam.& in cap. Nuper a' nobis. extra de bigamis. Et qui locauit operas suas, ut pugnaret cum fera.ff.de postulando.lege prima, paragrapho bestias. Et gñali eloquutione quisquis per sñiam iudicis damnatus est de crimine publico, ipso iure censetur esse infamis. Hoc autem ultimum solum censetur uerum, qñ damnatus est per sñiam diffinitiuam, non aũt per sententiam interloquutoriam, & qñ damnatus est ab ordinario iudice, & nõ si damnetur ab arbitrio.l.quid ergo, paragrapho. Ex cõpromisso.ff.de his.qui no.infa. Heresis autem utroque iure, & ciuili, & canonico publicum censetur crimen: quia illud iure ciuili publicum dicitur crimen: cuius denunciatio, uel accusatio non solum personæ, quæ ex crimine illo aliquã passa est iacturam: sed cuilibet ex populo competere põt. Snnt enim aliqua peccata a' iure signata, quæ propter illorum grauitatem ab omnibus accusari pñt: ne maneant impunita, ut sunt homicidia, parricidia, adulteria, crimẽ læsæ maiestatis. Atque ideo publica dicuntur crimina: quia ad publicam spectat utilitatem, ut talia puniantur: qñ nisi id fieret, plurima inde reipublicæ euenirent incõmoda. Nullum est autem hæresis crimine nocentius, & quod grauius reipublicæ incommodare possit. Propter quod Paulus de hæreticis loquens, dixit: Sermo eorum, ut cancer serpit. Merito igitur quilibet ex plebe de crimine hæresis accusare potest: ne licentiosa impunitate amplius grassetur, & totam suo ueneno inficiat rempublicam. Ea enim, quæ in religionrm diuinam cõmittuntur, omnium respiciunt iniuriam.l. Manichæos.C.de hæreticis. Quæ autem omnibus inferunt iniuriam: ab om-

2.Ti.2.

nibus accusari pñt. Quo fit, ut crimen hæresis ab omnibus possit accusari, & inde sequitur, ut iuxta iuris ciuilis regulas, & præcepta, inter publica crimina sit recensendum. Iure autem canonico id multo apertius ostenditur: quia scdm ius canonicum, omne crimen dicitur publicum: qm̃ ad publicam spectat utilitatem, ut nullum crimen sit impunitum, ut patet per c. crimina. de colluf. dete. iuncta glossa. Vnde consequens est, ut quisquis ab ecclesiastico iudice de crimine aliquo est damnatus, sit eo ipso infamis, ac si damnaretur de crimine publico. Quod (ut notat Angelus de Aretio. Instit. de suspect. tu. patagrapho suspectus) eo solo casu est uerum, quando talis damnaretur pp dolum, non pp culpam. Quisquis ergo de hæresi damnatus est, utroque iure censetur infamis, & tanto magis quanto hæresis cæteris peccatis est peius. Sed dubium est, an hæreticus antequam de crimine hæresis a iudice damnetur, sit ipso iure infamis, an requiratur, quod sit prius de crimine hęresis damnatus, ad hoc, ut infamiam iuris incurrat. Et forte alicui uidebitur hæreticum ante damnationem non esse dicendum infamem: quia regulare esse dicitur in criminibus publicis, quod nunquam in illis incurritur iuris infamia: nisi post iudicis ordinarij sententiam diffinitiuam. l. prima. ff. de his, qui no. infa. & notat Dinus in regula, infamibus. & Panor. in cap. Testĩũ. de testibus. & in cap. exceptionẽ. de exceptionibus. Sed his non obstantibus mihi uidetur dicendum hæreticum ante damnationem esse ipso iure infamem. Ad quod dicendum aliquibus persuadeor rationibus. Primo quidem inde moueor, quod credẽtes hæreticorꝝ, & eorꝝ receptatores, qui propter hoc excõmunicati, satisfactionem congruam infra annum reddere neglexerunt, uelut hæretici reputantur. ut patet in capitulo Contumaciam. de hæreticis. lib. 6. Inter Cæteras autem pœnas, quibus huiusmodi credentes, & recetatores hæreticorꝝ à iure puniuntur: una est, quod ipso iure sunt infames, ut patet in cap. Excommunicamus pa

ragrapho credentes. extra de hæretic. Quibus uerbis aperte insinuatur hæreticum omnem esse ipso iure infamem. Præterea, propter unum quodque tale (ut ait Aristoteles) & illud magis: ergo si credentes, & receptatores hæreticorum, sunt pp hęreticos ipso iure infames, oportet, ut hęretici ipsi, pp quos est illis hęc pœna inflicta, sint etiam ipso iure infames. Rursum omnia, quæ conueniũt his, qui sunt ipso iure infames (ut ex sequentibus patebit) conueniunt etiam hæreticis. Consequens est igitur, ut hæretici censeantur ipso iure infames. Nec opus est declaratione aliqua, aut criminis condemnatione: sed eo ipso, quod facti sunt hęretici, iuris infamiam incurrũt. Quemadmodum supra diximus de dñio bonorum omnium, quod a die cõmissi criminis absque aliqua alia damnatione, aut declaratione, hæreticum amisisse ostendimus. Et iustum quidem erat, ut talem infamiam ipso iure incurrerent hæretici: qm̃ hęresis crimen multo grauius est omnibus illis, quæ supra recensuimus, propter quorum quodlibet ipso iure icurritur infamia: ergo multo iustius erat, ut propter hæresim iuris infamia incurreretur, quã propter reliqua omnia. Quod autem dicitur regulare esse in criminibus publicis, ut nunquam propter illa incurratur infamia: nisi post iudicis ordinarij sententiam: quanquam ueritatem habeat in reliquis omnibus criminibus, fallit tamen in illis, quæ sunt a iure norata, quæ si quis commiserit, est ipso iure infamis. Ex istorum numero (ut diximus) est crimen hæresis. Quo fit, ut hæreticos etiam ante condemnationem sit ipso iure infamis. Hæc pœna non solum ipsos hæreticos: sed etiam illorum filios punit, ita ut parentum hæreticorum filij quamuis fideles ipso iure censeantur infames. Et merito quidẽ hãc pœnam ad filios usque extendẽdam esse definitum est. Quia sicut gloria, & nobilitate parentum gaudent filij, ita iustum erat, ut econtrario parentum ignobilitatem, dedecus, & infamiam in se ipsis sentirẽt. Gloria filiorum (inquit Salomon) parentes eorum. Nam qui a parenti- Pro. 17

bus bonis genitus est, naturalem quandam inclinationem ad bonum, ut in plurimum ab ipsis parentibus suscipit. Quoniam ab illis corporis complexionem deducit, quae si bona est: non paruum est ad uirtutem adiutorium, & incitamentum. Vnde Aristoteles libro primo Politicorum, cap. 4. ait: Vt ex hominibus hominem, ex bestijs bestiam: sic ex bonis bonum generari: sed natura quidem hoc uult, attamen plerunque non potest. Hæc Aristoteles. Præter illam inclinationem, quam a parentibus suscipiunt filij: inest etiam ipsis filijs naturalis quædam parentum suorum imitatio, quæ multis magnum est, semperque fuit uirtutis adiumentum. Nam iuuenes, qui aliquid indolis habent, ne degenerare uideantur: solent maiorum suorum dignitatem æmulari, & ad paternarum laudum aspirare felicitatem. Sic Philippi nomen Alexandrum, sic maioris Aphricani gloria minorem Scipionem: sic Iulij Cæsaris fama Octauianum excitauit. Sic denique fuit Pyrrhus Achilleides animosus imagine patris. Hinc suspitio oritur de filijs, ut tales illi sint, aut saltē futuri sint, quales parentes eorum fuere. Et hæc est illa filiorum gloria, quæ ex parentum nobilitate, & uirtute oritur. ut bonus, & studiosus ille credatur: quia bonorum est filius. Pro hac sententia est, quod Aristoteles loco præfato, ait: Helenā apud Theodectum in sui laudem dixisse. Ex dijs (inquit illa) ab utraque stirpe prognatam, quisquam appellabit seruam? Et beatus Paulus in ea, quæ est ad Romanos epistola ait: Si radix sancta, & Rami: Sic ex Abraham ortus est Isaac, & ab hoc genitus est Iacob, ex Thobia Seniore prodijt Thobias Senior prodijt Thobias Iunior æque bonus, & sanctus, ac pater. Ad eundem modum de malis sentiendum est: quoniam ex prauis parentibus procedunt ferme semper filij peruersi, paternæ iniquitatis imitatores, quemadmodum ex Cicuta oritur fructus uirulentus, aut ex sentina aliqua defluit aqua putrida, et sordida. Et hoc ipsum Salominis testimonio comprobatur, qui in libro sapientiæ ait: Ex iniquis enim omnes fi-

Arist.

Ro. 11.

Sap. 4.

lij, qui nascuntur, testes sunt nequitiæ aduersus parentes in interrogatione sua. Tam uera semper reputata est hęc sentētia, ut ueteri adagio celebretur, quod ait: Mali corui malum ouum. Non sunt tñ hęc omnia tam constanti, & inuariata lege firmata, ut contrarium euenire non possit. Nam aliquando accidit, ut ex bonis parentibus mali procedant filij, tanquam pestilens fructus ex arbore bona, aut aqua amarulenta de dulci fonte profluens. Sic ex Adam ortus est Caim: Ex Noe Chā: Ex Isaac natus est Esau. Et (ut ad prophanas ueniamus historias) Scipionis Aphricani filius (ut de illo refert Valerius Maximus) uecors, & ignauus fuit. Quinti Fabij Maximi Imperatoris clarissimi filius tam perditam luxuria uitam (eodem Valerio referente) egit, ut bonis omnibus paternis sit illi ab Vrbano Prætore interdictum. Econtrario ex malis parentibus etiam aliqñ oriuntur boni, & uirtutis studiosi filij, quemadmodum Rosæ de spinis. Nam ex Achaz pessimo Rege & idololatra (ut Regum narrat historia) natus est fidelis, & sanctus Rex Ezechias. Et Iosias ille Rex sanctus, qui tulit abominationes impietatis, cuius memoria (ut inquit Ecclesiastic.) quasi mel indulcabitur, filius fuit impij, & idololatræ Regis Amon. Sed hæc rara sunt exempla, quod uero frequenter, & quasi semp euenit, est malos ex malis parentibus generari, & bonos ex bonis. Huius rei tam multa, & tā aperta sunt exempla, ut non sit opus recensere. Causam uero huius siquis nosse cupit, illi libenter offerimus. Certum est uarias aiorum inclinationes, ex uarijs corporis cōplexionibus oriri. Nam q cholera abundat, facile irascitur, facile q; remittit. In quo pituita uiget somnolētiam, & pigritiam patitur. Qui sanguine pollet, lætis gaudet, & ad oēs carnis delitias est facile procliuis. Qui bilem atram, aut melancholiā plus satis habet, tarde irascitur, tardeq; remittit, læta ferè oīa fugit, tristibus delectatur: solitudines quærit, frequentias hoīum deserit. Corporis complexiones, & qualitates tam uariæ, ex uarijs paren-

Adag.

4. Re. 16.

Ecc. 49

tum cõplexionibus ferè semp oriuntur. Qm̃ ex semine a' parentibus in actu gñationis deciso, filij corpus coagulatur, & coalescit, & deinde ex sanguine mr̃is paulatim formatur, et nutritur, et sic simul cũ corpore, corporis inclinationes à parentibus recipit. Hanc rñam duobus uersiculis elegãter cõplexus est Baptista Mãtuan⁹, sic inquiens:

Bapt. Mant. Qui uiret in folijs, uenit à radicibus humor,
Et patrum in natos abeunt cum semine mores.

Et hæc est infamia, quam filij a' parentibus iure contrahunt. Præsumit. n. ius, & merito, filios tales esse futuros, quales eorum parẽtes fuisse experientia cõpertum est. Nã in c. siquis. 6. q. 1. dr̃ quod in filijs, paterni, hoc est, hæreditarij criminis exempla metuunt. Iuste igitur hæreticorum filij censentur infames: qa merito de illis suspicandũ est, ut (nisi aliũd e adiuuentur) in eum, quo parentes infecti fuere, labantur errorem. Hanc tñ iuris infamiã non sustinebunt filij eorum hæreticorum, qui ab hæresi resipiscentes, ad fidem catholicam redierunt, & ecclię unitati adhęserũt. c. statutum. 2. de hæret. lib. 6. Ex hac iuris infamia, ueluti ex radice quadam, aliæ pœnæ oriuntur. Hæreticus nõ pt esse testis, ut patet in c. 1. extra de hæreticis. & c. ipsa pietas. 23. q. 4. Et merito repellitur hæreticus a' testimonio perhibendo: quia inter multa, quæ in teste requiruntur, est fama, c. testim̃. extra de test. & attest. & cap. pręterea de testibus cogendis. Et Isidorus in lib. Etymologiarum de testis qualitate loquens, ait: Si uita bona defuerit, fide carebit. Non. n. põt iustitia cum scelerato homine hr̃e cõmercium. Hæc ille Et hñr hæc uerba in cap. Forus. extra de uerb. signif. Deinde (ut dr̃ de regulis iuris. lib. 6.) semel malus semper p̃sumitur malus: pręsertim eodem gñe mali. Hæreticus igitur, q falsum dedit de fide catholica testim̃: iuste præsumitur de qualibet alia re falsum datur⁹ testimonium. 2. q. 7. cap. Non potest. Præterea sapiens Ecclesiasticus ait: A' mendace quid uerum dicetur? Quibus uerbis satis aperte sapiens docet non esse reddendã homini mendaci fidem. Non est ergo præbenda fides

Isidor.

Ecc. 34

hæretico: quia semel in graui, perniciosoq́ mēdacio est deprehensus, & inde consequens est, ut non sit accipiendus in testem. Hoc tamen non absolute, & uniuersaliter accipiendum est: quia inde excipienda est causa hæresis, in qua hæreticus contra hæreticum pōt reddere testimonium. cap. in fidei fauorem. de hæreticis. libro 6. & secunda quæst. 7. capite. si hæreticus. Nam regula illa, qua docetur socios criminis non esse in testes admittendos, sicut fallit in crimine læsę maiestatis, & simoniæ: ita etiam fallit in crimine hæresis. Hæreticus igitur contra hæreticum testificari potest: non tñ contra fidelē. Ex quo infero, quod hæretico semiplenæ probanti contra catholicum Christianum non deferetur iur͞m in supplementum semiplenæ probationis: quamuis oppositū sit lege statutum. Nam lege præcipitur, ut semiplene ꝓbanti deferatur iur͞m necessarium in supplementum ꝓbationis. l. Admonendi. ff. de iureiurando. l. in bonæ fidei. C. de rebus creditis. & cap. super eod. extra de his, quæ ui, metusue causa fiunt. Tale autem iur͞m non est concedendum hæretico semiplene ꝓbanti contra Christianum: quia tale iur͞m supplet locum cuiusdam testimonij. Hæreticus autem cum à testimonio reddendo sit iure repulsus, consequens est, ut iur͞m non sit illi deferendum ad supplementum semiplenæ probationis. Præterea antequam iur͞m alicui deferatur ad supplendam semiplunam probationem, inspicienda prius est personæ qualitas, & anxie examinanda, ut. s. uir bonus ille sit, uerax, fidelis, timens Deum, qui pro magno aliquo pretio peierare non auderet. Quæ omnia cum longe absint ab hæretico, consequens est, ut non sit illi deferendum iur͞m ad supplementum semiplenæ probationis. Eadem etiam ratione hæreticus catholicum accusare non potest. 2. quæst. 7. cap. alieni. & cap. Pagani. Qui alterius crimina iuste accusare, aut reprehendere uoluerit, oportet, ut ab eisdē criminibus ipse sit alienus. 3. quęst. 7. cap. qui sine. & cap. Postulatus. Et hoc ipsum egregius

poeta eleganter docuit, sic inquiens:

Iuuen. Loripedem rectus derideat Aethiopem albus.

Altera est adhuc hæreticorum pœna, quæ etiam ex prædicta iuris infamia deducitur, & est priuatio cuiuscunque dignitatis, & officij publici, & cuiuscunque beneficij ecclesiastici, & indignitas, & inhabilitas, ad aliquid horum in posterum suscipiendum. Circa hæc tamen oportet admonere lectorem, quod hæc duo uidelicet, priuatio susceptorum, et indignitas ad suscipienda, non sunt æqua lance pensanda. Nam priuationem officij, aut beneficij suscepti, non incurrunt ipso iure hæretici: sed solum postquam ad illam priuationem fuerint à iudice condemnati. Nam uerba, quæ habentur in cap. ad abolendam. parag. præsenti. extra de hæreticis. non exprimunt sententiam à iure latam: sed sententiam à iudice ferendam, sic. n. ibidem dicitur. Totius ecclesiastici ordinis prærogatiua nudetur, si dixisset, sit ipso facto, aut ipso iure nudatus, sententiam expressisset latam. Dicens autem: Totius ecclesiastici ordinis prærogatiua nudetur, aperte expressit sententiam à iudice ferendam. Et in cap. Excõicamus. parag. credentes. uerba eiusdem notæ ponuntur, quæ ferendam exprimunt sententiam, & non latam. Quo fit, ut hæreticus presbyter antequam per ecclesiasticum iudicem sit ecclesiastici ordinis prærogatiua nudatus, & per Episcopum degradatus, non possit propter crimen hæresis, aut propter quoduis aliud crimen à seculari potestate puniri. Et si quis iudex secularis ante huiusmodi prærogatiuæ denudationem in talem presbyterum hæreticum per se, aut per alium manus iniiceret uiolentas, incideret in sententiam canonis, si quis suadente diabolo. Quia ille talis quamuis hæreticus, gaudet ecclesiastici ordinis priuilegijs, quousque per sententiam competentis iudicis ecclesiastici sit illis priuatus. Sequitur etiam inde hæreticum, qui aliquod officium publicum habet, antequam officio spolietur, facere fructus, qui ex tali officio proueniunt suos, qui statim in ius, & potestatem fisci succedunt. Huius corrolarij pars prima inde est manifesta, quod hæreticus ille adhuc retinet of-

ficium, & habet in illo ueram, & plenam possessionem, & per consequens habet etiam ius ad fructus percipiẽdos. Tale.n.ius ad fructus recipiendos oritur ex possessione officij, ergo cũ nullo alio iure sit impeditus, ne tales fructus percipere possit. Sequitur inde necessario, ut officio retento, retineat etiam fructuum receptionem q̃ ex tali officij possessione oritur. Nam concesso principali, conceditur quidq̃d ex illo pendet: nisi sit aliunde sublatum. Hoc autem non eueniret, si hęreticus esset ipso iure omni officio priuatus. Tunc.n.fructus officij acq̃rere non posset: quia nullum ius ad illos fructus percipiẽdos h̃ret. Alteram corrolarij partem probo, quia hæreticus ipso iure priuatus est dñio omnium bonorũ suorũ, & in eius locum subrogatus est fiscus, cap. cum secundum leges. de hæret. lib. 6. Et inde sequitur, ut fructus, quos hæreticus acquirit, eo ipso quòd sunt ab eo acquisiti, transeant in ius, & potestatem fisci. Potest etiam aliter dici, ꝙ hæreticus licet non sit ipso iure officio & dignitate priuatus, est tñ ipso iure priuatus iure pcipiendi fructus, qui ex tali officio proueniunt, & ius illud succedit fisco, sicut cætera bona. Et iuxta hunc modum dicendi, hæreticus quamuis offm̃ retineat, non faceret fructus suos: sed fiscus ratione iuris, quod sibi pp hæreticum competit, eos acquireret sibi. Et forte hoc ultimum est magis iuri consonum, ppea ꝙ in cap. fin. extra de hæreticis. dr̃ esse absolutos ab omni debito dñij, fidelitatis, & obsequij, qui hæreticis erant q̃nolibet obligati. Et inde consequens est, ut qui hæretico ratione alicuius officij publici, aut dignitatis aliquos redditus debebat, sit absolutus à tali debito reddẽdo, & ita hæreticus non habebit ius ad tales redditus exigendos, & per consequens nũquam faciet fructus suos: quamuis offm̃, aut dignitatẽ retineat. Hæreticus igitur licet non sit ipso iure priuatus officio, aut dignitate, est tñ ipso iure priuatus, iure exigẽdi fructus, aut redditus, qui sibi ratione officij, aut dignitatis competere poterant, & ius illius succedit fisco, do-

nec hęreticus sit officio illo, aut dignitate priuatus. Alia pœna, quæ est indignitas, aut inhabilitas ad officia publica, aut ecclesiastica beneficia recipienda, duriore, & acerbiore constringitur lege. Nam ut hãc pœnam incurrat hæreticus, non est opus aliqua iudicis sñia, quæ illum censeat indignum, aut inhabilem: sed postquam factus est hæreticus ipso iure censetur inhabilis, & indignus ad talia officia publica, aut ecclesiastica bñficia recipienda. Hoc apertissime docetur in cap. Quicunq;. paragr. hæretici. de hæreti. lib. 6. Ibi. n. decernit Papa, ut si secus actum fuerit, sit irritum, & inane. Nec solum ille indignus, & inhabilis est: sed etiam omnis uir ecclesiasticus, qui ad preces hæretici, uel fautoris dignitates, personatus, & q̃cunq; alia eccl'iastica bñficia est adeptus, est illis omnibus ipso iure priuatus, & indignus, & inhabilis factus ad alia in posterũ recipienda. Quæ pœna solos illos respicit, qui sciuerunt talia beneficia ad hæretici preces sibi conferri. Nam qui ignorauit beneficium sibi ad preces hæretici esse collatum, licet sit ipso iure tali beneficio priuatus, non tñ ad alia in posterũ recipienda censetur inhabilis. Quæ omnia aperte docentur in cap. quicunq;. parag. ad hæc. de hæret. lib: 6. Hæc pœna indignitatis, & inhabilitatis non in solis parentibus sistit: sed ad filios usq; protenditur, & aliqñ latius euagata etiam in nepotes grassatur. Quę diuersitas ex solo parentum discrimine oritur: quia si pater est hæreticus, indignitatem, & inhabilitatẽ suam ad filios suos, & ad nepotes usq; mittit. Si uero sola mater est hæretica solis filijs, & non nepotibus inhabilitatem impingit. Etsi pater, aut mater postquam alter eorũ fuit factus hæreticus, deinde pœnituit, & hæresim deserens ecclesiæ unitati se firmiter coniunxit, neq; nepotes, neq; filij ullo pacto cẽsebũtur ad ecclesiastica beneficia indigni, aut inhabiles. Hęc omnia hñr in capite statutum. 2. de hæreticis. libro 6.

An iustũ sit, ut pp hæresim patris filius Catholicus puniatur. C. X.

Multi sunt qui iniustum, & plus satis acerbũ esse pu-

tant,ut hæreticorum filij catholici, propter suorum parentum hæresim, eisdem quibus illorum parentes pœnis puniantur, ita ut sint infames quemadmodum illi, inhabiles ad officia, aut beneficia recipienda perinde ac illi, bonis omnibus paternis quæ sibi hæreditario iure conuenire poterant, priuati ut illi. Vidi.n.ego multos in Flandria, cũ illic ante annos decem uersarer, qui licet iustum esse censebant hæreticos puniri, male tñ illos habebat parentũ hæreticorum pœnas ad filios eorum esse protensas, accusabantque eam hæreticorum punitionem, quæ canonico, & ciuili iure præcipitur: & Hispaniam impetebant, propterea quod audierant omnia iura, quæ à summis Pontificibus, aut à Cæsaribus sunt contra hæreticos statuta, ad unum usque in Hispania obseruari, & in me tanquam in iuris propugnatorem uehementer inuehebant. Dicebant.n.indignum esse, ut quis sine culpa puniatur, cum Deus (ut aiebant) neminem pœna aliqua citra culpam afficiat. Et hoc ipm testimonio cõfirmabant Augustini dicẽtis: Nõ prius Deus est ultor, quàm aliquis sit peccator. Deinde ad suæ sñiæ robur addebant illud, quod Deus per Ezechielem prophetam loquutus est, sic dicens: Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur, filius non portabit iniquitatem patris: et pr̃ non portabit iniquitatem filij: iustitia iusti super eũ erit, & impietas impij super eum. Quibus uerbis aperte (ut dicebãt) nos docet Deus neminem pro peccato alieno puniendum: sed unumquenque pro suo. His ergo rationibus, quæ sibi uidebantur tãquam nodus Herculeus indissolubiles illi moti dicebant, iniustum esse, ut hæreticorum filij pro parentum iniquitate puniantur. Sed certe illi, & quotquot alij ita sentiunt, tota aberrant uia, & suam magis, quàm catholicæ fidei causam agere uĩr. Istorum error inde conuincitur, quod sic sentientes non solum iura, & decreta humana: sed etiam Deum accusare, & criminari uĩr, qui sæpe filios pro peccatis parentum punit, ipsemet testante, qui ait: Ego sum Dñs Deus tuus fortis zelotes, uisitans iniquitatem patrum in filios in

Augu.

Ez.18.

exo.20

tertiam,& quartam generationẽ eorꝝ, qui oderunt me. Visitans dixit:pro eo,quod est,puniens, aut uerberans, aut castigans. Nam cum aliquod horꝝ erga nos in hac uita exñtes pro nostris peccatis Dñs facit:tunc nostras uisitare dicitur iniquitates. Sic.n.ipsemet per Dauid prophetam ait: Si iustitias meas prophanauerint, & mandata mea non custodierint:uisitabo in uirga iniquitates eorꝝ,& in uerberibus peccata eorum. Iuxta hunc modũ uisitare se dicit Dñs iniquitatem patrum in filios in tertiam,& quartam generationem:quia pro iniquitate parentum Deus punit filios usq; ad tertiam, & quartam gñationem. Filij.n.res quædam sunt ad parentes spectãtes,& quæ inter omnes res externas magis ipsos parentes contingunt,& propius ad ipsos accedũt. Et hic euenit, ut illorꝝ morbos ægreferant, perinde ac suos, de illorꝝ aduersitate doleant,ut de sua,de illorꝝ morte uehementius lugeant,quàm de cuiuslibet supellectilis amissione. Deinde filij sunt sub dño,& ptãte parentum constituti,& sunt quasi quædam parentum possessio. Vnde sequitur,ut quemadmodum infirmitas, & mors serui cedit in damnum dñi, cuius est seruus: ita etiam effictio filij in damnum cedat ipsius patris: potest.n.pater operis filij uti, & illas locare,quemadmodum serui. Et inde necessario sequitur, ut filio, aut mortuo, aut ægrotante,damnum patiatur pater,& sic in morte,aut ægritudine filij pater puniatur,perinde ac puniret in morbo, aut morte serui. Cum ergo Deus filijs morbos,uulnera, famẽ,iniurias,aut quoduis aliud aduersum immittit, nõ tam illos, quam illorꝝ parentes in ipsis punit. Sic punit⁹ est Dauid in morte filii ex adulterio nati,ut in illo dolorem,& pœnam sentiret,quẽ ex illicito coitu,& dãnato genuerat. Puer.n.non est punitus: sed potius Deo miserante ante usum rationis raptus est, ne malitia mutaret animam illius. Mors ergo pueri quatenus ipm respicit puerꝝ,non punitio fuit:sed opus misericordię, quatenus puero ad ipm Dauid illius parẽtem spectat,opus fuit punitionis,

Ps. 88.

2.re.12

nitionis,& uindictæ,per quam in eo,qd' peccauerat,ille punitus est. Sic etiam paruulos Sodomæ sine ullo pc̄tō proprio simul cum parentibus suis igne consumptos,& paruulos cum Dathan & Abiron sine proprio peccato uiuos à terra deglutitos dominus non puniuit: sed potius illorum misertus est,cum illos innocentes ex hac uita migrare compulit: ne si in illa diutius perstitissent,paternarum iniquitatum fuissent imitatores effecti,& sic grauiores postea pœnas sustinerent. Aliqn̄ etiam filios pro uectæ ætatis deus pro parentum peccatis affligit, p quā afflictionem non filios: sed ipsos parentes punit. Filijs quidem talis afflictio cedit in bonum: quia per illā cautiores fiunt ad futura peccata cauenda, & eorum uirtus, & meritum per illam si patiēter feratur,crescit. Quo fit, ut licet talis afflictio sit illis grauis, & acerba: nūquam tn̄ respectu illorum pœna dicetur,neque punitio, secundū quod pœna,aut punitio dicit ordinē,& respectū ad culpam. Parentibus tn̄ comparata talis filiorum afflictio pœna dicetur: qm̄ pro ipsorum parētum peccato est filijs inflicta,in quibus simul etiam parentes affliguntur. Hinc est,quòd peccante Cham peccato irreuerentię in patrē, filio ipsius Cham uidelicet Chanaā maledixit Noe sic dicens maledictus Chanaā seruus seruorum erit fratribus suis. Chanaam puero filio Cham maledixit Noe,ut per illam maledictionem grauius affligeret, & puniret Cham,cum ille uideret non solum se: sed etiam filiū suū à patre maledici. Et iuxta hunc modum non solū filios: sed etiam nepotes,& deinceps usque ad quartam gn̄ationem dominus pro peccatis parentum affligit, ut in illis puniat auum illorum,siue proauum, siue tritauum. Visitans(inquit Deus)iniquitatem patrum in filios usque filios usque in tertiam,& quartam gn̄ationem. Non dixit ultra quartam gn̄ationem: quia uita parentum raro adeo protēditur,ut post quartam,aliam ex se illi uideāt gn̄ationem,per cuius afflictionem possint ipsi puniri. Nam quia afflictio filiorum pro peccatis parentum,infer-

Gen. 19

Nu. 17.

Gen. 9

Exo. 20

tur à Deo ad ipsoꝝ parentum punitionem: ideo cõgruũ est, & necessarium, ut in solis illis filijs, siue gñationibus fiat, quas uidere potest ipse peccãs. Nicolaus Lyranus super Exodum hanc diuinæ ultionis sñiam interpretãs, data prius hac, quam nunc retulimus expositione, aliã postea subiũgit, sic inquiens: Alio modo intelligitur de pœna æterna, quæ infligitur filio pro iniquitate patris, inquantum est imitator paterni sceleris: ideo subditur, Vsque ad tertiã, & quartam gñationem. Quia sicut dictum est, aliqñ mali homines uident filios suos usq; ad tot gñationes, & sic informãt eos suis malis exemplis, uel illi imitantur, quod uiderunt in patribus. Hæc ille. Et eandem sententiam uidetur innuere sanctus Thomas in Secunda Secundę. q. 108. art. 4. in responsione ad primũ principale argm̃, ubi enumerans rationes, ꝑp quas unus pro peccato alterius potest temporaliter puniri, sic ait: Alio modo inquantum pc̃tm̃ unius deriuatur in alterũ, uel per imitationẽ, sicut filij imitantur peccata parẽtum, & serui peccata dominoꝝ, ut audacius peccent. Vel ꝑ modum meriti: sicut peccata subditoꝝ merentur peccatorem prælatum, secundum illud Iob. 34. Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi, Vnde & pro peccato Dauid ꝑplm numerãtis populus Israel punitus est, ut hr̃. 2. Regum ult. Siue etiam per aliqualem consensum, seu dissimulationem: sicut ẽt interdum boni simul puniuntur in tpalibus: quia eoꝝ peccata non redarguerunt, ut Aug. dicit in primo de Ciu. Dei. Hactenus sanctus Thomas loco supra citato. Sed salua reuerentia, quæ tantis uiris debet̃, mihi illoꝝ sentẽtia nõ placet, nec placere poterit alicui rem bene considerãti: nisi forte ille affectu potius, quàm rõne ducatur. Filius si quidem paternę iniquitatis imitator, si pro hac imitatione punitur à Deo, non pro peccato patris punitur: sed ꝑ suo: quia talis imitatio peccatum propriũ est filij. Hoc autem filij pc̃tm̃ quamuis non fuisset ad patris imitatio nem factum, nihilominus puniretur à Deo in ipso filio

Nicol. de Ly.

illius perpetratore: ergo qñ fuerit ad patris exemplum cõmissum, etiã erit puniẽdum in ipso filio. Per hoc enim, quod filius patris excẽplo facinus aliquod perpetrauit, non tollitur ab eo tota facinoris culpa: quamuis quodam modo minuatur. Consequens igitur est, ut si Deus filiũ aliquem ꝑ paternæ iniquitatis imitationẽ puniat, pro peccato proprio illum punire dicatur, & non pro paterno: quia talis imitatio (ut diximus) proprium est filij pc̃tm̃. Non conuenit ergo talis interpretatio literæ textus ex lib. Exodi supra citati, quæ ait: Visitans iniquitatem patrum in filios in tertiam, & quartam gñatioñẽ. Tunc enim (ut oñsum est) nõ uisitat Deus iniquitatem patrum: sed iniquitatem filioꝝ in ipsismet filijs. Præterea si iuxta illum modũ deus punit peccata parentum in filijs, non solũ usque ad tertiam, et quartam gñationem debet punire: sed in mille: quia quotquot patris iniquitatem fuerint imitati punienẽ a' Deo, ẽt si usque ad mille gñationes illa paternæ iniquitatis imitatio progrederetur. Constat.n. quod sæpe ultra quartã, & quintam generationem filij sunt paternaꝝ iniquitatum imitatores: quia sola fama, & alioꝝ relatu sciunt parentes suos, & auos, & proauos, & tritauos, & alios superiores ita fecisse. Pater quidem aut uerbo, aut malo exemplo male instruit filium suum, & iste hanc malam, quam a' patre accepit doctrinam, ad eũdem modum tradit filio suo, & iste alteri, & sic deinceps usque ad multas gñationes. Peccata autem ista semꝑ uocari solent peccata illius primi, qui talia egit, ut facile est uidere in tertio, & quarto libro Regum, quibus locis cum describuntur gesta Regum Israel, de multis malis Regibus idololatris, dicĩ. Et non declinauit a' uia Ieroboam filij Nabath patris sui, qui peccare fecit Israel. Qui successionis ordo ultra decimam Ieroboam gñationem, nedum ultra quartam protensus est. Forte aliquis cupiẽs Nicolao Lyrano patrocinari: dicet terminum punitionis filioꝝ ꝑ peccato parentum, nõ esse a' Deo limitatum usque ad quartam

generationẽ: ſic ut ultra nunquã progrediatur talis punitio: quia ibidem non eſt dictũ, quòd uiſitet Deus iniquitatem patrum in filios in tertiã, & quartam gñationem præciſe. Quo fit, ut licet ultra decimã, & uigeſimã gñationem extendatur imitatio paternæ iniqtatis, poſſit oĩs talis (iuxta dei ſñiam) ꝓ peccato pr̃is puniri. Hanc expoſitionem aperte expugnant ea q̃ in eadem litera textus continuo ſequũtur. Nam quòd poſtquã dixit: Ego ſum dñs Deus tuus fortis zelotes, uiſitans iniquitatẽ patrum in filios in tertiam, & quartam gñationem eoꝝ, q oderunt me, ſtatim ſubdit: Et faciẽs miſericordiã in milia, his qui diligũt me, & cuſtodiunt præcepta mea. Per quæ uerba aperte ſatis docuit latiſſimam eſſe drĩam inter punitionem maloꝝ, & præmium bonoꝝ. Quia peccata parentum punit in filijs uſque in tertiã, & quartam gñationem. Virtutes aũt patrum, & bona illoꝝ geſta remunerat in filijs uſque in mille gñationes, hoc eſt, in ualde multas. Hoc.n. ſignificauit per illa uerba: Et faciẽs miſericordiam in milia his, qui diligunt me, & cuſtodiũt præcepta mea. Deus ſiqdem, quia pronior eſt ad parcẽdum, quàm ad puniendũ, ideo breuiorem facit punitionem maloꝝ parentum: quia filios pro paterna iniquitate non ultra quartam gñationem punit. Bonis uero parentum operibus, multo longiora p̃bet munera: quia filios pro parentum uirtutibus poſt multas generationes beat, & muneribus uarijs donat. At ſi Deus uiſitat iniqtatem patrum in filios, non ſolum in tertiam, & quartã gñationem: ſed ẽt in mille, nulla iam eſſet differentia inter punitionem maloꝝ, & remuneratiõẽ bonoꝝ, cum ẽt illa (iuxta Lyrę expõnem) debeat in mille, & inumeras extẽdi gñationes ſicut iſta. Rurſum ſicut lege diuina docemur neminẽ pro bono alterius eſſe ſaluãdum, ita ẽt inſtruimur neminẽ pro pctõ alterius eſſe ppetuo dãnandum. Nã Paulus de oĩum ſiue maloꝝ, ſiue bonoꝝ retributione loquens ait: Reddet unicuiqꝫ ſecũdũ opa eius. Non ergo ſecũdum opa parentũ. Et iteꝝ: Vnuſquiſqꝫ no

Rom. 2

Ro. 14.

strum pro se rationem reddet Deo. Vide quid dicit pro se. Filius ergo non reddet rōnem Deo pro parentibus suis. Et sapiens ait: Per quæ peccat quis, per hæc & tor- quetur. Vnde sequitur, ut filius non sit torquendus in æ- ternum per ea, quę parentes eorꝝ peccauerunt. Hęc igi- tur Nicolai Lyrani sñia: qua dicit pœnam ęternam infli- gi filio pro iniquitate patris, inquantū ille est paterni sce- leris imitator, non est ullo pacto toleranda: sed quę ma- le, aut saltem minus caute super Exodum locut⁹ fuerat, correxit super decimum octauum caput Ezechielis ꝓ- phetę, dicens filium puniri pœna spūali, & ęterna ꝓ pec- cato patris occasionaliter: quia peccatum patris ꝓbuit filio occasionem peccati, pro quo filius tandem punitus est. Nam in illo loco Nicolaus Lyranus hęc, quę sequū- tur ait: Sciendum tñ quòd filij parentum maloꝝ frequē- ter imitatores sunt paternoꝝ sceleꝝ, eo ꝙ sunt inter eos nutriti, & facta parentum hñt in authoritate maiori, & sic frequenter puniuntur etiam corporaliter, et spūaliter pro peccato parentum: occasionaliter tñ inquantum ac- cipiunt ab eis exemplum: sed pro peccatis proprijs sim- pliciter. Hęc ille. In quibus uerbis, aut quod super Exo- dum male dixerat, correxit, aut quod illic obscure dixe- rat, hic clare exposuit. Beatus Thomas cautius locutus est: & ideo uerba illius non tanta indigent excusatione, aut interpretatione. Nam uir sanctus loco supracitato aperte fatetur neminem pro peccato alterius esse pœna spirituali puniendum. De hoc tñ inter illum & Nicolaū Lyranum conuenit, quòd ille etiam docet filium esse ꝓ peccato pr̄is tp̄ali pœna puniendum, qñ peccatum pa- tris deriuatur in filium per imitationem, hoc est, qñ filius est paterni sceleris imitator. Sed quia (ut diximus) illa pa- ternę iniquitatis imitatio proprium est filij peccatum: quamuis illius occasionem prębuit pater: ideo conse- quens est, ut tunc etiam temporaliter filius pro peccato suo, & non pro paterno puniatur. Et eodem modo dicē- dum est de peccato alicuius, quod deriuatur in alterum

Sap. 11.

Nicol. de Ly.

ratione consensus, uel dissimulationis, ob quam causam (ut dicit sanctus Thomas) aliqñ boni puniuntur cũ malis: quia illorũ peccata non redarguerunt. Qui in pctõ alterius consentit, proprium cõmittit peccatum: & ideo propriam exigit pœnam & similem illi, quam meretur is, qui scelus perpetrauit. Ideo Paulus de peccatoribus loquens, ait: Qui talia agunt, digni sunt morte, non solũ qui ea faciunt: sed etiam qui consentiunt facientibus. Proprium etiam cõmittit peccatum, q alterius peccatũ dissimulat, & non corripit, aut arguit. cũ arguere tenere tur. qa is pro consentiente apud Deum, & homines æstimatur. Nam Glossa ordinaria super illum Pauli locum, quem nunc proxime citauimus, ait: Consentire est silere, cum possis arguere. Et Leo Papa Epsa. 71. ca. 15. Qui alios cum potest ab errore non reuocat, se ipm errare demonstrat. Quę uerba hñr extra de hęreticis. cap. Qui alios. Si consentientes, & dissimulantes proprio peccato consentiunt, & dissimulant, conuincitur inde, ut si cũ alijs criminum perpetratoribus simul puniuntur, p peccatis proprijs puniantur & non pro alienis. Potest tamẽ hęc beati Thomę snĩa etiam excusari, & optime exponi, ut q illum tueri uelit, facile possit, dicẽs beatum Thomam non negare filium paterni sceleris imitatorem esse pro peccato proprio puniendum. Sed ultra dicit esse & pro peccato patris, puniendum, ita ut filius, q p̃rem isce lere imitatur simul pro suo, & pro paterno puniatur peccato. Et huic snĩę fauet Augustinus in prima expositione (duas. n. fecit) sup et Psalmum. 108. in uersu: Fiant nati eius in interitum. sic dicens: Quemadmodũ bonorum imitatio facit, ut etiam propria peccata deleantur, sic malorũ imitatio facit, ut non solum sua: sed etiam eorũ, quos imitati sunt merita sortiantur. Hęc Augustinus. Qui quamuis loq̃tur de imitatore solo, q tñ beato Thomę patrocinari cupit, oportet, ut idem dicat de consentiente, & dissimulante, ita ut siue consentiẽs siue dissimulans: non solum puniatur pro suis peccatis: sed etiam p

Rom. 1

Aug.

illis,qbus consensit,aut q̃ dissimulauit. Sed iuxta hanc expositionem difficilis adhuc manebit q̃stio de filio paternam iniquitatem imitantem, quare non punitur pro peccato alterius,quem imitatur,sicut punitur pro pc̃tõ paterno? Siquis uero concedat ẽt hominem puniri pro peccato aliorꝝ,quos imitatur:sicut pro peccato paterno,causam suscipiet difficillime sustinendam. Qm̃ hoc dato,oportebit ẽt concedere,ut si mille homines quis in aliquo scelere imitetur, non solum pro suo peccato: sed etiam pro peccatis omnium illorꝝ,quos in eodem scelere imitatur,sit puniendus. Quod siquis concedere uelit, duram certe,& nimis acerbam faciet iustitiam diuinã. Ideo ut ab omnibus his angustijs liberemur,melius dicẽdum esse putamus,filium innocentem pro peccato pr̃is puniri ob eam solam causam: quia filius est res quędam patris ad illum spectans, & quædam illius possessio, in cuius afflictione punitur pater tanquam in re sua,& tanto magis quanto filium pater magis diligit, quàm reliquas omnes tp̃ales possessiones. Certum enim est patrẽ acrius puniri,q̃ñ scit filium suum priuatum esse successione bonorꝝ suorꝝ,quàm si sciret bona illa,quibus ipse priuatus est,transitura in dñium,& possessionem filij. Nam licet pater acerbe doleat, ꝓpea quòd priuatur dñio, & possessione omnium bonorꝝ suorꝝ,aliquod tñ suscipit solatium,q̃ñ scit filium suum successurum in dominium omnium bonorꝝ suorꝝ,taliq; solatio utcunque lenit doloris sui acerbitatem. Vnus enim ex doloribus,qui parentes morientes acriter pungunt,est cum pręsciunt inopiã, aut iniuriam,aut quamlibet aliam calamitatem, quam post mortem suam passuri sunt filij sui. Si uero filios suos incolumes, & rebus omnibus tp̃alibus affluentes relinquunt,leuius mortem ipsam ferunt. Licet igitur hæreticorꝝ filij affligantur, per priuationem paternorꝝ bonorum,& infamiam,& alias similes pœnas: quia tamẽ parentes per hm̃oi filiorꝝ afflictionem torquentur: ideo ꝑ illam parẽtes ꝓ suorꝝ criminum meritis puniunt. Nullo

itaq; alio modo admittendũ est, ut filius innocens ꝓ peccato patris puniatur, siue (ut rectius loquar) affligatur: nisi quia talem filioꝝ afflictionem pater grauiter ferẽs, in illa affligitur, & punitur. Forte contra hanc sniam aliquis mihi obijciet, definitionem ecclesiæ datam in cap. accusatus, paragrapho in eo uero casu. de hæret. lib. 6. ll lo. n. loco Papa decernit hæredes cuiuscunque hæretici: cuius hęresis ante mortẽ non fuit declarata, debere post mortem: si tunc de hæresi defuncti constiterit, tota hæreditate, quam ab hæretico habuerunt, priuari. Si filius, iuxta hoc decretum, post mortem patris, bonis paternis priuetur, non est dubium ipsum tunc pro peccato patris torqueri: nec tñ per illam filij torturam, pr̃ punitur, cum iam ille defunctus seculo sit, & pœnas filioꝝ, quas ĩ hac uita patiuntur, iam sentire non possit. Falsum est igitur, quod nunquam filius innocens pro peccato patris affligitur: nisi quia per talem afflictionem pr̃ punitur. Hanc tñ obiectionem nos multis modis facile reijcimus. Primo quidem non est usquequaque certum, parentes defunctos, aut alios cognatos, qui in purgatorio, aut in inferno sunt non sentire eas pœnas, quas sui propinqui in hoc seculo patiuntur. Nam beatus Augustinus sup Psalmum. 108. de hac re differens, non est ausus aliquid definire: sed hanc rem dubiam, & incertam reliquit, sic inquiens: Etiam'ne hoc ad pœnam Iudæ pertinere credẽdum est, quod post eius mortem ad mendicitatem uxor eius, & filij eius peruenerunt, & translati sunt, & eiecti de habitationibus suis, scrutante fœneratore oẽm substantiam eius, & diripientibus alienis oẽs labores eius, nemine adiuuante, nec miserante pupillos eius, & quod cito sunt sine posteris mortui? Nunquid etiam de his, quæ in suis post mortem cuiusque contingunt, ullus mortuos tangit dolor? Aut hæc saltem scire putandi sunt, quoꝝ sensus alibi est pro meritis, seu bene, seu male? Cui respõdeo magnam quidem esse qõnem: nec in præsentia differendam, quod sit operis prolixioris, utrum, uel quate-

Augu.

nus,uel qūo ea,quæ circa nos aguntur,nouerint spiritus mortuorꝝ.Et aliquibus interiectis subdit. Quapp quod Iuda tam infeliciter mortuo, ita uxor eius uidua, & filij eius orphani remanserunt,ut fœneratore scrutante oēm substantiam eius,et diripientibus alienis omnes labores eius,de suis habitatoribus eijcerentur: nec aliquem pupilli eius miserantem inuenirent, & in una gñatione sine posteris interirent. Si hæc sentiunt,mortui, cumulus malorꝝ est: si hæc non sentiunt,formido uiuorꝝ est. Hucusq Augustinus. Qui definire non est ausus,an mortui sciant infortunia suorꝝ charorꝝ uiuentium. Si hæreticus defunctus noscit miserias,& calamitates,quæ filijs suis ob suā hæresim accidunt,non est dubium illum per illas miserias torqueri. Deinde & si defunctos lateret,quid circa propinquos uiuentes agatur,nulla tñ ex parte nr̄æ sn̄iæ refragatur,quod adducitur ex cap. Accusatus,paragr.in eo uero casu. Nam hæreticus (ut iam superius docuimus) non à solo tpe damnationis: sed ab hora commissi criminis,amittit dñium bonorꝝ suorꝝ,& ab eadem hora filius ēt priuatus est iure succedēdi in bonis paternis. Vnde necessario consequtur,ut hæreticus occultus,cuius hæresis post mortē declarata est,sit dicendus fuisse ante mortem à iure punitus in se,& filijs suis: quamuis non fuerit ante mortem hanc punitionem expertus, Indignū quippe fuisset filium hæretici iam defuncti nullis suis hoc exigentibus demeritis,paterna hæreditate priuare: si illius uerum dñium per mortem patris acquisiuisset. Sicut ēt iniustum esset filium ob patris hæresim priuare alijs bonis,quæ nullo hæreditario iure acceperat:sed proprio labore conquisierat. Filius autem hæretici defuncti,postquam declaratum est patrem fuisse hæreticum, iuste priuatur possessione bonorꝝ paternorꝝ: quia nullum in illis habebat dñium, sed fiscus: qm̄ à die commissi criminis pater (ut diximus) fuerat omnibus bonis illis priuatus, & fiscus in eius locum subrogatus. Et certe ex hoc loco fortissimum(mea sn̄ia)pōt sumi argumētum ad confir-

mandum nr̃am opinionem, quam supra ꝓposuimus cõtra Archidiaconum dicentem, hereticũ non statim post delictum esse priuatum dñio bonoꝝ suoꝝ: sed necessariam esse iudicis sñiam, quæ declaret illum esse hereticũ. Si hoc uerum esset, sequeretur inde hæreticum in hæresi occulta decedentem habuisse dñium bonoꝝ suoꝝ usque ad instans mortis suæ cum ante illud tp̃s nunquam fuerit de hæresi damnatus. Hoc concesso, sequitur inde necessario, hæredem, qui tali hæretico successit, hr̃e post mortem illius ueꝝ dñium bonoꝝ illoꝝ, quoꝝ erat dñs hæreticus moriens. Et inde ultra sequitur, ut quamuis mortuus declaretur fuisse hæreticus hæres non sit sine culpa sua priuandus bonis illis, quoꝝ iam fuerat factus dñs: sicut non priuatur bonis alijs, quæ ipse proprio labore conquisierat. Sed cum hæres iure priuetur bonis, quæ possedetat hæreticus defunctus postquam declaratum est illum fuisse hæreticum, et non priuetur bonis, quæ ipse hæres ante possidebat, conuincitur inde hæredem hæretici nunquam illoꝝ bonorum habuisse dñium sicut aliorum, & hoc non ob aliam causam: nisi quia hæreticus, cui ille successit, tale dominium amisit a' die, & hora commissi criminis.

Respondetur obiectionibus, quas in principio præcedentis cap. pro parte contraria proposita sunt. Cap. XI.

Superest iam, ut illis rõnibus, & argumẽtis rñdeam⁹, quibus (ut in principio huius c. diximus) innituntur hi, qui oppositam tuentur partem. Primo quidem probant iniustum esse, ut filius pro peccato parentis puniatur: qa Deus (ut dicunt) neminem pro aliena culpa punit: sed pro sua. Quales, quantósque hæc argumentatio habeat neruos, ex his, quæ diximus facile cuique constare poterit: quia manifestis scripturæ testimonijs ostendimus Deum uisitare iniquitatem patrum in filios. Quapropter hanc argumentationem in illos facile retorquere poterimus, ut suo ipsorum gladio illos transfigamus, sic dicentes; Iustum est, ut filius pro patris peccato pu-

niatur: quia Deus, qui iustissimus est, & errare non potest, sæpe in hac uita filios pro peccatis parentum punit. Sed hanc suam sniam illi confirmant testimonio Augúst. dicentis: Non prius Deus est ultor quàm aliquis sit peccator: Sed hoc Augúst. dictum nihil nos mouet: quia si bene aduertantur illius uerba nihil contra nos agunt. Nam licet Deus nunq̃ se de aliquo uindicet, quin prius ille sit pctõr, sępe tñ Deus multos absq; aliqua illoꝝ culpa affligit, & torquet. Non.n. sunt prorsus idem uindicta, siue punitio, & afflictio. Vindicta siquidem habet quendam respectum ad iniuriam præcedentem, sine qua nulla pœna uindicta, aut ultio dici potest. Punitio etiam siue castigatio: si iuxta ueram, & propriam illaꝝ uocum sigñationem, quælibet illaꝝ sumatur, respectum dicit ad culpam, sine qua nullus proprie puniri dicitur, siue castigari: quamuis acerbissime torqueatur: afflictio uero siue tortura, nullum hoꝝ dixit respectuum. Nam si quolibet quis tribulationem patiatur, siue pp culpam, siue sine illa: semper affligi dicet̃. Iusti.n. quibus Deus tribulationes uarias in hac uita ad eoꝝ meritum augendum, dat, affliguntur quidem, & torquentur: sed non puniuntur, neq; castigantur: quia non est in eis culpa quæ debeat puniri, aut castigari, et si aliqua erat, non tanta indigebat castigatione. Neq; Deus de illis uindictam sumit, aut ultionem: quia non inuenit in illis offensam, quam debeat ulcisci. Optime ergo locutus est Augustinus, cum dixit: Non prius Deus est ultor quã aliqs sit pctõr: quia Deus non ulciscitur nisi pctm̃, quod est q̃dam illius offensa. neq; uindictã sumit Deus: nisi de peccatore, qui illi iniuriam per pctm̃ irrogauit. Sępe tñ punitio capi solet non iuxta propriam illius uocis sigñationem: sed ut latius se extendit, pro omni afflictione, siue illa sit pp pctm̃ inflicta, siue absq; pctõ. Et hoc mõ capit̃ nomen punitionis in cap. Vergentis. parag. Nec hmõi. extra de hæreticis. Ibi.n. dr̃, qđ in multis aliis casibus et secundum diuinum iudicium, filij pro parentibus tpãr

puniuntur. Quo loco apertissime constat nomen punitionis positum esse pro afflictione. Filij.n. qui non peccauerunt, non proprie puniri dñr: sed affligi: patres autem qui peccauerunt per filiorū afflictionem puniuntur. Dixit igitur, puniuntur, pro eo, quod est affliguntur. Quāuis autem Deus neminem sine culpa puniat, aut castiget: sępe tñ sine culpa affligit, aut torquet: sed hoc nunq̃ facit sine multiplici causa, & quidem iustissima, licet illarū afflictionum causa frequenter homines lateat: sic ẽt leges humanæ sæpe hominibus pœnas aliquas sine culpa infligunt, nunq̃ tñ, si iustæ leges sunt, eas infligunt sine causa. Multiplex.n. potest causa suffragari, ut ppillā possit aliquis merito affici aliqua pœna tpali. Primo q̃dem potest aliquis sine culpa sua per aliquod accidens effici ineptus, & indignus ad aliquod bonum habendū, uel consequendum. Pñt.n. multa deesse alicui sine culpa sua, quæ iure exiguntur ad aliquod offm̄ assequendum, aut recte exercendum. Ad sacerdotium, & ad Ep̄atum requiritur ætas debita, sufficiens literarū notitia, aliquorum corporis membrorū sanitas, quibus omnibus quisque potest sine culpa sua carere, & ita sine culpa sua iuste ab Ep̄atu, & à sacerdotio repelletur. Ita leprosus sine culpa sua repellitur ab administratione ecclesiæ. Et pp bigamiam, aut iudicium sanguinis sine culpa sua remouetur à susceptione ordinis sacri, & impedit̄, ne exerceat iam susceptum. Propter hanc causam filius hæretici sine culpa sua repellitur ab offō, & beneficio: quia ipso iure est infamis, etiā sine sua culpa. Ad offm̄ uero, aut beneficium iuste assequēdum: fama bona est potissimū necessaria. Secunda causa esse potest: quia bonum quo quis priuatur non est bonum proprium: sed cōmune, & iustum est, ut quis pp bonum cōmune assequendū, uel conseruandum, patiatur in se detrimentum aliqđ. Quod ciuitas aliqua habeat Ep̄alem sedem: non solum ad clericos spectat: nec solum est bonum illorū: sed bonū totius ciuitatis, & pp inopiam ciuitatis iuste posset

ab illa sedes Epālis auferri: & quamuis esset diues, si po pulus, clero etiam repugnante, & contradicente, interfecisset Epm suum, tota ciuitas priuanda esset dignitate Epātus. Quo facto clerus tot⁹ afficietur pœna, & pa tietur dānum sine culpa sua: non tñ sine causa: quia bonum quo tunc clerus priuatur, non erat proprium: sed cōmune bonum totius ciuitatis. Punita autem ciuitate, & priuata tali bono, consequenter affligitur clerus, & priuatur tali bono: quia pars est corporis illius. Nō est enim iustum, nec rationi consentaneum, ut pars ciuitatis Episcopum habeat: reliqua parte eadem dignitate carente. Ob hanc etiam causam hæreticorum filij sine culpa sua non admittuntur ad officium publicum: neq; ad beneficiū, neq; ad electionem faciendam: neq; ad testimonium dicendum: quia quodlibet istoꝝ non particulare: sed cōmune totius ciuitatis est bonum. Qm̄ ad totam rempublicam spectat, ut officia publica, & bñficia habeantur à personis bonis, & omni prorsus mali suspicione carentibus. Tertiam adhuc beatus Thomas assignat causam, pp quam iuste potest aliquis sine culpa sua puniri, uel (ut rectius loquar) affligi, siue torqueri: quia. s. bonū unius dependet ex bono alterius, & dat exemplum in crimine læsæ maiestatis, ubi filius sine cul pa sua amittit hæreditatem pro pctō patris, & posset idem dici de crimine hæresis, in quo etiam filius (ut diximus) amittit hæreditatem pro peccato pr̄is. Nam quia pater propter huiusmodi crimina omnibus suis bonis priuatur, q̄ ipso iure sunt fisco applicata: ideo consequēs est, ut filius amittat hæreditatem, quam ex bonis paternis habiturus erat. Nō. n. poterat filius esse hæres ei⁹, qui moriens nihil prorsus habebat. Secundo cōtra hāc nostram sn̄iam arguūt hęretici, obijcientes nobis illud, quod Dn̄s per Ezechielem prophetam ait: Anima, quę peccauerit ipsa morietur: filius non portabit iniquitatē patris, & pr̄ non portabit iniquitatem filij. Quę Dei uer ba uelut ex diametro cum nostra sn̄ia: imò cum aliis ip-

Ez. 18.

sius Dei uerbis pugnare vñr, quibus dixit se uisitare iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam gñationem. Hoc argũ difficiles certe vr hre nexus, & circa illorꝫ dissolutionem, à multis doctissimis uiris anxie satis laboratũ est. Nam aliqui (ut Hieronymus refert) dixerunt uerba illa Exodi, quibus Dñs ait se uisitare iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam gñationẽ: non esse iuxta literam: sed parabolice intelligenda, ita ut aliud in sensu teneant, q̃ in uerbis sonãt. Sed constat non esse parabolam, uel ex eo solo, q͏ tunc Dñs legem ferebat, cum illa dixit, & transgredienti legem pœnam cõminabatur, per quam illos ad legis obseruantiam p-urgeret. In legibus autem ferendis nullus debet esse parabolis locus: sed nudæ, & apertæ debent esse leges, ut possint ab omnibus intelligi. Et beatus Hieronymus dicit nunq̃ sibi psuasisse, ut illa uerba parabolica esse putaret. Verumtñ (ut ingenue loquar) nec ipse sufficiẽtem illorꝫ uerborꝫ præbet expositionem. Nam illa uerborꝫ diuinorꝫ facialis dissonantia adeo uehemẽter btm̃ Hieronymum torsit: ut illum coegerit dicere, nunq̃ filios p parentum iniquitatibus puniri: nisi quia sunt paternarꝫ iniquitatum imitatores. Exponens siquidem 18. caput Ezechielis prophetę postq̃ dixerat ea, quæ in Ezechiele hñr, in faciem pugnare cum his, quę citata sunt ex lib. Exodi: hæc quæ sequuntur, ait: Et nos usq; in pñtem diẽ putamus, duo testimonia Exodi, quæ supra posuimus non esse parabolam: sed simplicem explicare sñiam. Et q̃q̃ non auderemus quippiam dicere, nec uas fictile loqui contra figulum: quare ita, uel ita me fecisti, tñ scandalum patiebamur occultum, quod iniustitia uideretur Dei, alium peccare, & alium luere peccata. Si.n. reddit peccata patrum super filios in tertiam, & quartã gñationem: iniustum vr, ut alius peccet, & alius puniatur: sed ex eo, quod sequit. His q oderunt me, cõminationis, siue præcepti scandalum soluitur. Non.n. ideo puniuntur in tertia, & in quarta generatione: quia deliquerunt

exo. 20

Hiero.

patres eorum, cum patres potius, qui fuerunt pctõres, puniri debuerint: sed quia patrum extiterunt æmulatores, & oderunt Deum hæreditario malo, & impietate in ramos quoque de radice crescente. Hactenus beatus Hieronymus. De hac tñ expositione ille non adeo securus & quietus mansit, ut per illam satis sibi, aut aliis fecisse crediderit: sed scrupulus aliquis de hac re illum semper pupugisse vr̄. Qm̄ postq̄ præfatam dixerat expositionē, & multa uerba circa hanc rem expēderat: tandem hęc, quæ sequuntur subiecit. Hoc interim inquit ille de puerbio, siue parabola dixisse sufficiat, q lex, & prophetæ: Exodus, & Ezechiel: imò & ipse Deus, qui & hic, & ibi loquutus est nequaq̄ in sententiis discrepare uideatur, aut hic corrigere, quod ibi maledixerit. Siquis autē uel meliorem, uel alterum sensum potuerit reperire, qui contrariorum inter se testimoniorum scādalum tollat, illius magis acquiescendum sniæ est. Hæc Hieronymus. Vide q̄ parum sibi Hieronymus de præfata expositione fidebat, qui coactus fuerit aliam multo peiorem sub disiunctione præbere, dicens, aut Deum hic corrigere, qđ in Exodo maledixerit. Absit.n.lōgissime à uiro Christiano, ut Deum aliqñ male aliquid dixisse credat. Et tandem uelut qui nulla illarum expositionum erat cōtentus, dixit acquiescendum esse illi, qui meliorem sensum reperisset. Quo fit, ut iuxta ipsius sniam, magis aliis posterioribus doctoribus, q̄ Hieronymo in hac parte credere cogamur, qui multo rectius, q̄ ille uerum illius lrǣ sensum penetrarunt, & nullam esse inter illa duo testimonia contradictionem, apertissime declararunt. Nec mirum, qm̄ (ut est in prouerbio) quandoque bonus dormitat Homerus. Et non omnia possumus omnes. Nam quæ beatus Hieronymus in hac præfata expositione retulit (absit p̄ cor uerbo inuidia) nec uera sunt, nec literæ Exodi ullo pacto conueniunt. Tam aperta sunt in sacris literis testimonia, quæ filios pro peccatis parentum fuisse à Deo punitos asserunt, ut nulla possint tergiuersatione cæla-

Gen.9. ri. Cham siquidem peccauit in patrem suum Noe, uerenda illius denudata aliis manifestans, pro quo pctō filius eius Chanaan maledictus est à patre suo. Quæ maledictio ex Dei snīa, & decreto processisse conuincitur per hoc, q̄ illius maledictionis executionē Deus postea in eodem Chanaan, & filiis eius opere compleuit: sed quia aliqui sentiunt Chanaan non pro solo pctō patris fuisse maledictum: sed etiam pro suo: ppea q̄ ille prius uidit, & patri nūciauit, ideo opus est, ut aliud multo clarius, & fortius proferam testimonium. Paruuli infantes,

Gen 19 qui erant in Sodomis filꝫ cum suis parentibus sunt igne combusti: non tñ pro suis peccatis, quæ nulla adhuc fecerant: sed pro peccatis parentum hoc illis euenisse constat. Filium quoq; Dauid, qui illi ex adulterio natus est, fuisse pro pctō patris morte interemptum: uerba, quæ illi Nathan propheta dixit, apertissime cōuincunt. Nam postq̄ Dauid pctm̄ suum confessus est dicens: Peccaui

2.re.12 Dño. Statim propheta Nathã dixit ad illū: Dñs quoq; transtulit pctm̄ tuum: non morieris: Verumtñ qm̄ blasphemare fecisti inimicos nomen Dñi: pp uerbum hoc,

Iosue 6. filius qui natus est tibi morte morietur. Filii, & filiæ Acham, qui furatus est de anathemate ciuitatis Hiericho contra præceptum Dñi, filꝫ cum ipso Acham eoꝝ pr̄e, ex mandato Iosue interfecti sunt. Quo facto placatus

4.Re.5 est Dñs, qui de pctō Acham iratus fuerat. Filii Ghiezi pueri Helisei prophetæ percussi sunt lepra, pp pctm̄ patris, qui contra uoluntatem Helisei à Naaman leproso ob collatam illi sanitatem, munera accepit. Ex his ergo testimoniis apertissime conuincitur falsum esse, qđ beatus Hieronymus ait: nunquam filios puniri à Deo in tertiam, & quartam gñationem: quia deliquerunt patres eoꝝ: sed quia patrum fuerūt imitatores: Præterea si nūquam filii pro peccatis parentum punirentur: sed solum quia pr̄es in scelere imitātur, falsum esset quod Dñs ait

Exo.20 in Exo. se uisitare peccata patrū ī filios: qa tūc nō peccata parentum, sed peccata sola ipsoꝝ filioꝝ uisitaret, cū

illos

illos pro suis solis peccatis puniret, & non pro paternis. Deinde ex ipso literæ decursu constat, btũm Hieronymum male intellexisse locũ illum Exodi, & non bene illam literam ordinasse. Nam illa uerba, his qui oderunt me: Hieronymus dicit esse ad filios referenda, ita ut filij sint, qui oderunt Deum, & ob hoc a' Deo puniũtur. Vt aũt clare ostendamus uerba illa non ad filios: sed ad eorum parentes esse referẽda, opus est, ut uerba Exo. citemus: quæ multo clariora sunt, quàm illa, q̃ beatus Hieron. ex. 5. Deut. cap. citat. Vtrobique. n. deus eandẽ, uerbis tñ aliquantulũ diuersis protulit sñiam. Litera Exodi sic se habet. Ego sum dñs Deus tuus fortis zelotes, uisitans iniquitatem patrum in filios in tertiã & quartã generationem, eorꝶ qui oderunt me. Constat. n. illud relatiuum, qui, debere referri ad pr̃es, & non ad filios: q̃m tale relatiuum ad idem prorsus est referendũ, ad quod refertur ille Gtũs eorꝶ. Illud aũt relatiuum in gtõ positum, nullo modo ad aliud, quàm ad parentes (ut apertissime constat) referri potest: q̃m tertia, & quarta gñatio, quæ ibi exprimit̃, non est gñatio filiorꝶ, sed parentũ. Ipsi ergo parentes: quorꝶ est tertia illa, & quarta gñatio, quam ꝑꝑ peccata parentũ uisitat deus, sunt qui oderunt Deũ, non filij. Ex quibus colligimus, ut ẽt in litera Deuteronomij, quam btũs Hieronymus citat, illud ꝓnomen demõstratiuum, his, non filios, sed parẽtes demonstret: ita ut parentes sint, q deum oderũt, mandata illius nõ custodiẽtes: ob quam cãm deus non solũ ipsos parentes: sed tertiam & quartã illorꝶ gñationem punit. Hanc aũt cõminationem deus faciens in Exodo, hæc uerba p̃misit: Ego sum dñs Deus tuus fortis zelotes. Quę uerba iõ dicta esse intelligere debemus, ut ꝑ illa oñderet nobis se tã tæ esse potẽtiæ ut nõ solũ ipsos patres peccãtes sed ẽt filios pro parẽtibus affligere possit. Hæc ad btĩ Hier. sententiam cõuincendã dicta sufficiãt. Superest ut iam uerꝶ illius literę sensum proferamus, & Ezech. ab Exo. minime discrepare oñdamus. Primo igit̃ dico uerba illa, quę

Exo. 20

Aa

Eze.18. per Ezech.prophetã dñs ait: Anima, q̃ peccauerit: ipsa morieť, & filius non portabit iniquitatẽ patris, esse intelligenda de pœna æterna, q̃ post hanc uitam pctõres manet. Et certe si de illa sola pœna intelligant præfata Ezechielis uerba, uerissima est illoꝝ uerboꝝ sñia. Q̃m nemi nem, nisi pro pctõ proprio deus æternaliter dãnat. Nõ enim dixit, anima q̃ peccauerit, ipsa punieť: sed dixit ipsa morieť. Ex quibus patet, nõ de qualibet pœna sed de sola morte deum fuisse locutum. Mors aũt, q̃ ex lege ꝓ oĩ mortali pctõ datur æterna est, & non tpalis. Possunt & uerba illa Ezec. intelligi nõ solum de pœna: æterna sed & de pœna tẽporali, & spũali, cuiusmodi est priuatio grãæ Dei, amissio iuris ad glĩam suscipiẽdam. Nã istis pœnis nullus etiam nisi ꝓ suo pctõ plecteť. Et certe si ea, q̃ Ezechielis ꝓphetę uerba circũstant, plene cõsiderent, facile quisq;, uel mediocriter doctus agnoscet de sola pœna spũali, siue æterna, siue tpali illa esse intellig ẽda. Qđ aũt in Exodo dñs ait: se uisitare iniqtatẽ patrũ in filios i tertiam & quartam gñationem, de pœna corpali, & tpali intelligendũ est. Punit ergo deus pœna corporali in hac uita filios ꝓ peccatis parentũ: sed pœna æterna, & qualibet alia spũali pœna quamuis tpali, nunquam filium ꝓ peccato patris punit: sed anima, quæ peccauerit, ipsa punietur. Vñ August. super librum Iosue. q. 8. pertractãs

Augu. quare pro peccato Achan, filij eius fuerint puniti, sic ait: Nec tñ credendum est etiam pœnis, quæ post mortem irrogantur, alium pro alio posse damnari: sed in his tñ rebus hanc irrogari pœnam, quæ finem fuerant habituræ, etiam si non eo modo finirentur. Hæc Aug. Qui post prædicta uerba, aliquibus alijs interpositis, rõnem reddit: quare Deus pœnis corporalibus huius uitæ unum pro alio puniat, & non pœnis alterius uitæ, sic inquiens: Visibiles igitur afflictiones hoĩum, siue mortes, q̃m his quibus ingerunť, & obesse, & prodesse pñt, nouit Dñs in occulto prouidentiæ suæ, quẽadmodũ iuste q̃busque dispenset, & cum alioꝝ peccata in alijs uidetur ulcisci.

Pœnas uero inuisibiles, quæ nocent, et prodesse nõ pñt, ita nullus deo iudice pro alienis peccatis luit, sicut hoĩe iudice luere nullus: nisi pro sua culpa istas uisibiles debet. Hactenus Aug. In quibus uerbis plenissimam, atq; sufficientissimã reddidit cãm, quare filium pro pctõ pris deus in hac uita corporaliter puniat: quia.s. talis filij pœna, & patri nocet, & filio ad salutem aiæ suæ pdest. Nã pp eiusdem animæ salutẽ augendã, sæpe iustos absq; illorũ culpa deus in hac uita corporaliter affligit. Nõ igit̃ mirum si iustos filios malorũ parentũ deus corporalib9 pœnis, & transitorijs cruciet, cum per illas simul, & patrum pctã puniat, & salutẽ filiorũ spiritualem procuret. Alia põt adhuc dari expositio illorũ uerborũ diuinorũ, quæ citata sunt ex lib. Exodi, & ex Ezechiele ppheta, q̃ etiam ex btõ Aug. loco præfato colligit̃. Verba Ezechielis prophetæ ad iudiciũ humanum referẽda sunt, ita ut iudici humano non liceat filiũ pro pctõ patris punire, aut prẽm pro pctõ filij: sed quenq; pro suo. Quæ autẽ in Exodo dñr, ad solam pertinẽt diuinã potentiam, qui solus põt peccata patrũ uisitare ĩ filios in tertiã & quartam gñationem. Nam in loco pfato btũs Aug. huic qõni cum dubitatione rñdens, sic ait: An aliud iudicantibus hominibus est pceptum, ne quenquã pro altero puniat: & dei iudicia nõ sunt eiusmodi, qui alto, & inuisibili cõsilio suo nouit quatenus extendat ẽt tpalem hoĩum pœnam salubremq; terrorem: Et aliqbus interpositis subdit: At uero si Achan ab aliquo inuentus, atque cõprehensus, & illius criminis reus ad iudiciũ Iosue fuisset adductus, nequaquam putandũ est hoĩem iudicem, uel p illo, uel cum illo quẽquam aliũ, qui societate facti eius minime teneret̃, fuisse puniturũ. Neque.n. ei mandatum legis licebat excedere, quod datũ est hominibus, ne iudicio suo, quod in hominem homini iussum, siue permissum est, alterũ pro alterius pctõ arbitretur esse plectendum. Longe autem secretiore iustitia iudicat deus q potens est ẽt post mortem, quod hõ non põt liberare, uel

Augu.

perdere. Et post pauca iterum subdit: Hoc enim præcepit homini iudici Deus, in his, quæ ad humanum iudicium pertinent iudicanda, quod in suo iudicio facit ipse, quo potestas non aspirat humana. Hactenus August. Ex cuius uerbis, illud, quod dixit, iudicem humanū non posse unum pro peccato alterius punire, non generaliter est accipiendum, & de omni pœna intelligendum: sed solum de pœna mortis. Quoniam de hac sola pœna inuenio in lege diuina iudices esse prohibitos, ne unū pro alio puniant. Hæc enim sunt uerba legis, quā Deus de hac re in Deuteronomio statuit. Non occidentur (inquit) patres pro filijs, nec filij pro patribus: sed unusquisque pro peccato suo morietur. Cum hic occisionem prohibuisset, nullam prorsus alterius pœnę fecit mentionem. Vt hanc domini legem seruaret. Amasias filius Ioas regis Iuda: quamuis eos, qui patrem suum occiderant interfecit: filios tamen eorum occidere noluit, ut in quarto libro Regum narratur. Propter quod ego nō possum non mirari quo pacto Imperatores Honorius, & Arcadius in. l. quisquis cum militibus. C. ad leg. iul. ma. non sint ueriti dicere, se ex Imperatoria lenitate uitam concedere filiis eorum, qui regiam læserunt maiestatem, tanquā si hac imperatoria lenitate seclusa, iuste potuissent filios pro peccatis parentū interficere. Lege siquidem diuina, quā supra citauimus, erat illis interdictū, ne pr̄es ꝑ filiis, aut filios ꝑ patribus interficerent. Rō aūt, quā in eadē lege afferunt, ut filios ēt iuste occidere possent, nullius prorsus est momēti. Paterno enim (inquiunt Imperatores illi) deberent perire supplicio, in quibus paterni, hoc est, hęreditarii criminis exēpla metuunť. O uanissimum argm̄. Erit igitur iudici licitum interficere Petrum: quia iuste metuit illū fore latronem, aut homicidā, aut aliquid aliud simile. Nunquam. n. debet pœna p̄uenire crimina: sed sequi. Iustum quidē est hoc in filiis metuere, quod scitur patres eorum cōmisisse. Iustum etiā est huic metui mederi, ita ut aliquo iusto remedio adhibito im-

Deu. 24

4. Re. 14.

pediatur ne id, quod timebatur, eueniat. Iniustum tñ est, et iniustissimum, ut pp metum futuri criminis quia punia tur eadem pœna, qua puniretur: si iam illud crimen cõmisisset. Non ergo ex sola misericordia, aut ex Imperatoria lenitate (ut illi loquuntur) sed ex mera iustitia conceditur uita filijs eorꝝ, qui criminis læsæ maiestatis sunt rei. Et idem prorsus dicendum est de catholicis filijs hæreticorꝝ: qui etsi pro hæresi parentum suorꝝ iuste alijs pñt pœnis feriri, nunquam tamen pœna mortis pro illis punietur. Quia (ut diuina lex ait) quisqꝫ pro peccato suo morietur. Quod autem dicit Papa in cap. uergentis. extra de hæreticis. filijs eorꝝ, qui læsæ maiestatis sunt rei, uitam ex sola misericordia esse conuersatam. Papa Innocentius. cuius est textus ille: non dixit definiendo, aut approbando illud: sed solum retulit, quid Imperatorꝝ leges de reis læsæ maiestatis decreuerint: & inde tanquã a' minori ad maius arguit de bonorꝝ confiscatione simile esse circa hæreticos faciendum, quod circa reos læsæ maiestatis, Imperatorꝝ leges decreuerunt. Sit igitur hęc certissima, & infallibilis sententia, ut nulli humano iudici liceat unquam unum hominem pro peccato alterius occidere. Quæ regula non ad solam mortem: sed etiam ad alia corporis flagella, & uulnera, & reliquos corporis cruciatus est extendenda, ita ut etiam intelligatur esse iudici humano interdictum, ne unum pro peccato alteri⁹ flagellet, aut uulneret, aut alia quauis simili corporis pœna puniat. Ita.n. sentiunt illustres theologi, uidelicet Alexãder de Ales. tertia. parte. q. 41. membro. 4. arti. 1. & post illum beatus Thomas Scđa Scđæ. q. 108. art. 3. Et merito quidem diuinam illam legem sic extendendam esse putarunt: quia sicut per præceptum illud, Non occides, non solum prohibetur mors, sed quælibet alia corporis percussio: ita etiam consequens est, ut per præceptum illud, non occidentur patres pro filijs, aut filij pro patribus, sit ẽt flagellatio, aut quælibet alia corporis percussio iudici interdicta, ita ut neminem pro pec

deu. 24

Alex. d Ales.

Thom.

cato alterius possit, aut flagellare, aut fustibus cedere. De hac igitur pœna, quæ mortem, & alios corporis cruciatus comprehendit, quam Alexander de Ales, & beatus Thomas uocant pœnam flagelli, intelligit Augustinus (ut ex toto suæ literę decursu facillimum est colligere) cum dixit non licere iudici humano alterum pro alterius peccato punire. Pœnam etiam spiritualem, & inuisibilem qualis est excõicatio, dicit nunquam esse a iudice humano: nisi pro peccato proprio inferendam: sicut Deus spirituali, & inuisibili pœna nunquam alterum pro alterius peccato punit. Reliquas autem pœnas, quæ neque spirituales sunt, neque ad corporis mortem tendunt, bñ potest iudex humanus alicui, cum iusta subest causa, pro peccato alterius infligere. Nec solum pro peccato alterius: sed etiam absque ullo peccato, nunquam tñ sine iusta causa licite potest iudex hmõi pœnas aliis inferre. Nam filius ex fornicatione natus, pp solum patris peccatum, non admittitur ad sacerdotium, Deo ita fieri præcipiente. Non ingredietur (inquit Dñs in Deuteronomio) mamzer. i. de scorto nat⁹ in ecclñam Dñi, usque in decimã gñationem. Iudex etiam pp sñiam sanguinis iustissime latã, & executioni mandatam, punitur irregularitate. Duo igitur sunt modi (ut ex prædictis patet) p quos ostendimus ea, quæ in Exodo hñr, optime conuenire cum his, quę per Ezechielem prophetam dicta sunt, & nullam esse inter illa duo contradictionem.

Deu. 23

Quod Heretici sunt mortis supplicio puniendi, siue talis mors gladio, aut igne, aut alio quouis modo illis inferatur. Cap. XII.

Vltima se iam offert corporis pœna: mors. s. qua hæreticos, nisi tempestiue resipiscant, iuste puniendos esse apertissime Deo fauente demonstrabimus. Et ut apertius rẽ agamus, primo ante omnia percontari uolo eos, qui contra sentiunt, an licitum sit ob aliquã iustam causam hominem aliquem occidere? Forte dicent, prout Valdenses hæretici olim docuerunt, nullam esse tam iustam causam, ut pp illam merito, & iuste possit aliquis

occidi, etiam si id fiat ex iudicis præcepto. Et certe (si suspitionibus, aut coniecturis aliquis dādus est locus) ego suspicor aliquos ex Lutheranis ita sentire. Nam Otho Brunfelsius in quarto lib. Pandectarū sacræ scripturę, uolens persuadere hæreticos non esse occidendos, inter alia, quæ pro se adducit, effert Esaiam dicentem: Non nocebunt, neque occident, in uniuerso monte sancto meo. Quæ uerba non magis de hæreticis, quàm de quibuslibet alijs loquuntur, ut illi magis, quàm alij prohibeātur occidi. Quapp ego ex hoc loco conijcio, & merito, illū sensisse neminem nulla etiam ex causa esse occidendum. Si ita sentiunt, in alium multo pestilentiorem incident errorem. Talis. n. error præter hoc, quod sacris repugnat literis, humanum tollit conuictum, parem totius reipublicæ perturbat, & oēm prorsus honestam peruertit politiam. Nam & si in lege ueteri fuisset datum præceptū de non occidendo, multæ tñ fuerunt aliæ innumeræ leges, quæ ob aliqua particularia scelera homines morte punire iubebant. Qui declinauerat ad Magos, & ariolos, interfici iubebatur. Qui maledixisset patri aut matri, mortis reus censebatur. Sunt alia huius gñis multa, quæ non est opus nunc recensere. Dimissa lege ueteri, q̄ circa iudicia, et cęremonias, iam per Christi mortē abrogata est. Veniamus ad legis Euangelicæ tps. Beatus Petrus apls Ananiam, & Saphiram morte puniuit ppea q̄ uendito agro fraudauerant de pretio, sibi ipsis aliquid in deseruantes, & non totum pretium (ut facere ex uoto tenebantur) coràm apostolis portantes. Præterea ipse met ueritatis magister, eum hominem, qui alium propria authoritate occidisset, iuste occidendum esse docuit, sic inquiens: Omnis, qui occiderit gladio, gladio peribit. Quibus uerbis Saluator aperte docuit morte plectendū esse illum, qui aliū occiderit. Rursum ex hac sñia alius adhuc apertissime deducitur error. Nam si pp nullam iustā causam licet occidere hominem, necessario consequens est, ut pp nullam causam bellū gerere liceat: q̄m ferè im-

Esa. 65

Le. 20

Ibidem

Actu. 5

mat. 26

possibile est, ut bella gerantur absque hominis alicuius occisione. Quantum uero hæc sñia à ueritate fidei catholicæ sit aliena, non est opus nunc ostendere: q̃m nos iam olim in eo opere, quod aduersus oẽs hæreses edidimus, in titu. de bello, apertissimis argumentis illam expugnauimus. Deinde si pp nullam causam licet hominem quãlibet sceleratum occidere, nulla poterit respublica salua consistere: q̃m nisi sceleratissimi occidantur, nulla erit in ppl̃o quies, nulla pax permanebit in illo. Mali homines quoscunque iustos tanto licentiosius affligent, quanto certius nouerint se pp nullum scelus posse occidi. Et mortem, quam sceleratissimis inferre, scd̃m hanc sñiam iudici non licet, ipsismet sceleratissimis in iustos quosque inferre impune licebit. Si nunquã liceret iudici rempublicam moderanti hominẽ aliquẽ occidere, terra esset plena furibus, & raptoribus, mare piratis, nullæq; res essent tutæ: sed essent homines, iuxta dictum Abacuc prophetæ, ut pisces maris, quorum maiores sæpe deuorant minores. Propter quod nulla unquam (quod sciam) extitit tam barbara, aut inculta respublica quæ ob aliqua certa crimina mortem maleficis infligendam non decerneret. Vt igitur debita sit in populo quies, & tranquillitas, expedit, ut sceleratissimi quiq; homines, præsertim de quibus nulla est emendationis spes, occidantur, ne pp illorum causam tota respublica collabatur. Si qs autem nobis obijciat præceptum diuinum, quod ait. Non occides. Rñdemus per illud præceptum solam illam prohiberi occisionem, q̃ a persona exercetur priuata: non aũt illam q̃ a iudice ob aliquam iustam causam decernitur infligenda. In cuius rei testĩm beatus Hieronymus sup 22. cap. Hieremiæ ita ait. Homicidas, & sacrilegos, & uenenarios punire, non est effusio sanguinis: sed legum ministerium. Hæc ille. Beatus Augustinus lib. 1. de ciuitate Dei, cap. 21. ab illo precepto, Non occides, aliquos dicit eẽ exceptos: quos iuste occidi posse asseuerat. Quibus enumeratis tandem, quę sequuntur ait: His igitur ex

Marginalia: haba. 1 — Hiero. — Augu.

ceptis (inqt ille) quos uel lex iuxta gñaliter, uel ipse fons iustitię Deus specialiter occidi iubet, quisquis hominẽ, uel seipsum, uel quemlibet alium occiderit, homicidij crimine innectitur. Hæc Augustinus. Forte his rõnibus (ut par est) conuicti, hi qui hæreticos non debere occidi contendunt, dicent licitum esse, & iustum ob aliquam iustã causam hominem occidere, negabunt tñ, & ut certo scimus, negant hæresim esse causam iustam, pp quam homo hæreticus sit occidendus, etiam si pertinacissimus ille sit. Vt autem nos apertissime ostendamus eos perniciosissime errare, inuestigare oportet, & diligenter pscrutari, quæ sint iustæ causę pp quas aliquis potest iuste ad mortem damnari. Nolo impræsentiarum omnes huius rei causas sigillatim, aut speciatim enumerare: sed solũ causarum genera. Galenus uir, præter medicinæ scientiam, in omni genere philosophię clarissimus, in illo opusculo, cui titulus est: Quòd animi mores corporis temperaturam sequuntur, aliquas reddit causas, propter quas aliqui merito morte plectuntur, sic inquiens: Deploratos, & facinorosos treis ob causas rõni consentaneas è uita tollimus, ne uidelicet superstites contumeliam nobis inferant: eiusdem notæ homines in terrorem perducant, tanquam pari supplicio excipiendos, si præterius, quid patrauerint. Tertia est, quòd illis ipsis mori pręstet, eo malitiæ profectis, ut nullus animi medicinæ faciundę locus sit, aut qui ne à musis ipsis quidem corrigi, aut à Socrate, aut Pythagora meliores reddi queant. Hęc ille insignis philosophus. Sed quia fortasse Galeni uelut Gẽtilis hominis, & minime Christiani sententiam multi cõtemnere non formidabunt, opus est, ut omnes tres occisionis causas ab illo assignatas ex naturali ratione, & sacræ scripturæ testimonijs, iustas esse comprobemus, & deinde ob easdem treis causas iustam esse hæretici incorrigibilis necem, ostendemus. Primam causam esse dixit, ne uidelicet scelerati, & pessimi homines uiuentes, alijs contumeliam inferant, Iustum quippe est, ut innocentes

Galenus

ſemper ſeruentur indemnes, neque ullo pacto permitte re debet is, cui gubernandæ reipublicæ cura incumbit, ut quis alteri cõtumeliam, aut iniuriam inferat. Quo fit, ut ſiquis nocentiſſimus uir à iudice ſemel, & iterum admonitus, ne alteri noceat, noluerit à ſua mala uita reſipiſcere: ſed ſemper in ſua malitia perſiſtens multis quotidie noceat, iudex illum e uita tollere cogatur, ne alijs amplius nocere poſſit. Tenetur.n. reipublicæ gubernator, magis toti prouidere reipublicæ, quàm uni, aut alteri ciui, magis totum conſeruare corpus, quàm alterꝫ membrum. Hæc tñ intelligenda ſunt: ſi nocumentum eſſet magnum: quia non pro quolibet leui nocumento licet interficere: etiam ſi eſſet in illo pertinax. Præſtat igitur, ut quiuis ſceleratus hõ occidat, quàm quòd tota reſpublica pereat. Periret autem, ſi quamlibet mali homines uiuere ſinerentur. Nam (ut ait Salomon) Homines peſtilẽtes diſſipant ciuitatem, ſapiẽtes uero auertunt furorem. Furorem quidem auertunt ſapientes: cum ipſos peſtilentes homines e uita tollunt, ne ciuitatem illi diſſipare ualeant. Hæc cauſa eſt, quæ iuſtificat leges, quæ præcipiũt occidi fures, piratas, ſicarios, homicidas, & alios eiuſdem notæ hoĩes. Si hæc iuſta eſt cã, ut hõ ſceleratus è uita tollatur, conſequens eſt, ut iuſtum etiam ſit hæreticũ incorrigibilem è uita tollere: quia ſi ſuperſtes eſſet, alijs catholicis uehementer nocere poterit. Quantum.n. nocere poſſit hæreticus, ſatis aperte expreſſit Paulus dicẽs: Prophana autẽ, & uaniloquia deuita, multum.n. proficiunt ad impietatem, & ſermo eorum, ut cancer ſerpit. Sup quod Theophilactus ait: Violentũ (inqt Paulꝰ) hoc malũ eſt, qppe cui neqꝫ mederi quoq̃ pacto põt. Quidã .n. uniuerſa deuaſtant, nec corrigipñt. Cancer ſiquidem morbus eſt, q & circũiecta depaſcitur. Hęc Theophilactus. Et qa tam apertum eſt nocumentũ, qđ hęretici catholicis conferũt: ideo Paulus Galatis ſcribens de falſis pphetis, qui illos ſeduxerant, ait: Vtinam abſcindantur, quos conturbant. Et beatus Hieronymus ait: Reſecan-

Pro. 29

2. Ti. 2.

Theop.

Gal. 5

Hier.

dæ sunt putridæ carnes, & scabiosa ouis à caulis repellenda, ne tota domus, massa, corpus, & pecora ardeāt, corrumpantur, putrescant, intereant. Arrius in Alexandria una scintilla fuit: sed qm̄ non statim oppressus est, per totum orbem eius flamma populata est. Hæc Hieronymus, & hn̄r in capit. Resecandæ. 24. quæst. 3. Huic snīæ consonat, quod Egregius ille poeta dixit: Immedicabile uulnus Ense recidendum est, ne pars syncera trahatur. Altera inferendæ mortis causa, quam docet Galenus, est, ut alij similis pœnæ timore deterreantur à similibus criminibus perpetrandis. Prior causa respicit ciuium inter se pacificum conuictum, & totius reipublicæ conseruationem, per hoc, ꝙ nemo alteꝝ lędat. Hæc uero causa secunda prospicit bonis ipsoꝝ ciuium moribus, ut uidelicet nemo atrocia crimina, etiam si per illa nullus lædatur proximus, cōmittere audeat. Multi.n. sunt ad crimina aliqua proni, atq; procliues: sed metu mortis, quam maxime horrent, & quam alijs ob similia patrata scelera illatam esse sciunt, ab illis criminibus deterrentur, & illa perpetrare reformidāt. Sapiēs nāq; Salomon in prouerbijs ait: Pestilente flagellato stultus sapientior erit. Ob hāc causam iusti (ut ait propheta Regius) de punitione maloꝝ lætantur: quia agnoscunt se ex tali punitione non paꝝ ad uirtutē profecisse, aut sperant se in posteꝝ profecturos. Lætabitur iustus (inquit propheta) cum uiderit uindictam: manus suas lauabit in sanguine pc̄tōris. Sup quo Cassiodorus ait: Quid est hoc, ꝙ ille qui præcepit orare pro inimicis, in peccatoꝝ sanguine pioꝝ manus asserit abluendas? Sed hoc si diligentius intuemur, correctionis potius ꝙ̄ sæuitiæ præstabit exemplum. Nam cū sanguis pc̄tōris effunditur manus. i. actus iustissimi corriguntur. Impio.n. pereunte, cōmonetur innoxius, cautius se, & diligētius tractare. Ita fit, ut manus iusti non crudeliter, sed pie: sanguis pc̄tōris emundet: sicut Salomon dicit: Stulto pereunte sapiens astutior fit. Hæc Cassiodorus. Ex hac radice oritur tam

Ouid.
Pro. 19
Ps. 57.
Cassio.

numerosa legum multitudo pręcipientium homines occidere pp crimina, quæ nulli alteri nisi ipsimet illoꝝ patratori nocent. Qui declinauerat ad magos, & ariolos, lege Mosayca interfici iubebatur. Eadem lege decretū erat, ut blasphemus lapidaretur. Quamuis per hæc crimina nullus præter ipm illoꝝ perpetratorem lædatur, ad illoꝝ tñ criminum horrorem alijs incutiēdum, mortis pœna talis criminibus est à lege decreta, ut uidelicet cæteri intelligant q̃ grauia sint illa crimina, pro quibus tam acerba infligitur pœna, & ut cæteri similis pœnæ horrore, et timore à similibus sceleribus pp etrandis deterreantur. Nam hæc est causa, pp quam in lege ueteri Deus pręcepit rebellem sacerdoti occidi. Qui superbierit (inquit lex) nolens obedire sacerdotis imperio qui eo tpe ministrat dño Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malū de Israel, cunctusq̃ ppl's audiens timebit, ut nullus deinceps intumescat superbia. In quibus uerbis hanc solam, quam nunc pertractam⁹, expressit Deus occisionis causam. Hinc iam clarissime patere potest iustissimum, nedum iustum esse, morte punire hęreticum incorrigibilem: quia (ut in principio huius operis diximus) grauissimum pc̄m̄ est hæresis. Quo fit, ut ad tanti criminis horrorem, & odium alijs in generādum, iustum sit hæretico incorrigibili mortis pœnam inferre, ut uel inde cæteri agnoscant, q̃ graue crimen sit hæresis, pro quo tam tristis est dicta sñia, & ut cæteri similis pœnę timore, & horrore hæreticos esse reformident. Si iustum est per unius punitionem, alijs alicuius criminis horrorem incutere, quanto crimen fuerit grauius, & atrocius, tanto iustius erit per maiorem, & acerbiorem punitionem, alijs maiorem eiusdem criminis horrorem incutere. At nullum est (ut supra libro primo docuimus) grauius hæresi peccatum, nullum est ergo crimen, cuius odium sit christiano uiro magis incutiendum, & inde per consequens sequitur, ut nullum sit crimen pro quo iustius aliquis possit occidi, quā pro

Leu. 20
Leu. 24
De. 17.

hæresi fixa, & insanabili. Si Martinus Lutherus cum primum cœpit effundere uenenū suum, & legitime admonitus noluit resipiscere, fuisset (ut decedebat) capitis animaduersione punitus: cęteri timorem habuissent, & non prorupissent tot tanq̃ pestiferę hęreticorꝫ factiones, quales, proh dolor, hodie Germania sustinet. Sed quia impunis euasit Lutherus, ausi sunt prodire in publicum, & suas effutire hęreses Oecolāpadius, Zuinglius, Carolstadius, & omnium hęreticorꝫ pessimi Anabaptistę. Et hinc patet rīsio cuiusdam argumenti, quo se tueri, & nos expugnare putant hi qui hęreticos quamlibet insanabiles ob crimen hęreseos occidi posse negāt. Dīit enim inanem, & stultam esse punitionem, & delinquentis correptionem, per quam nequit emendari delinquēs. At post mortem nequit hęreticus emendari, iniustū est ergo illum occidere. O' bellum argm̄? Si hoc argm̄ alicuius esset momenti: etiam probaret nunquam esse licitum ob aliud quamlibet graue crimen aliquem occidere, non furem, non adulterꝫ, non homicidam, non sacrilegum. Nullus .n. istorꝫ post mortem emendari potest: sicut nec hæreticus. Esset igitur iuxta istorꝫ sñiam necessarium, ut nullus illorꝫ iuste occidi posset. Rñdemus igitur non omnem punitionem esse ad solam delinquentis emendationem: sed etiam ad aliorꝫ cautelam, ut uideli cet alij timore perterriti à talibus criminibus caueant. Ideo beatus Augustinus super Ioannem ait: Nullus nostrum uult hæreticum perire: sed aliter non meruit hr̄e pacem domus Dauid: nisi Absalon filius eius, in bello esset extinctus. sic ecclesia, si aliquorꝫ perditione cęteros colligit, dolorem materni sanat cordis tātorꝫ liberatione populorꝫ. Hęc Augustinus. Tertia causa ꝑꝑ quam (ut dixit Galenus) iustum est sceleratum hominem occidere, est ipsemet malus homo: quia desperatur, & q̃dem merito (ut ex illius uitę decursu conijci potest) de illius emēdatione, & timet̄ ne si superstes sit, quotidie peior euadat. Ne igitur ultra ad grauissima quęq̃ flagitia

Augu.

progrediatur, iustum est, ut morte illata precludatur illi peccandi libertas. Due prime cause toti⁹ reipublice utilitatem respiciunt, hec uero tertia causa ipsius delinquētis cōmodis prospicit. Prestat.n.mori, quàm male uiuere, & prestat etiam sceleftum hominem mori, quàm in dies peiorem fieri. Sic.n. progrediens, secundum duritiam suam (ut ait Paulus) & impœnitēs cor thesaurizat sibi iram in die ire, & reuelationis iusti iudicij Dei, q reddit unicuiq; secundum opera eius, Ob hanc cām Deus, qui diues est in misericordia, et longanimis in patientia, multos in pueritia, aut adolescentia ex hac uita preripit, ne crimina, à quibus tunc liberi sunt, postea uiuentes cōmittant, sic.n. dicit Salomon: Placens Deo factus dilectus, & uiuens inter pctōres, translatus est, raptus est, ne malitia mutatet intellectum eius. Et post pauca: Placita.n. erat Deo anima illius, pp hoc properauit educere illum de medio iniquitatum. Si hec unquam iusta potest esse causa, ut pp illam quis possit occidi, non est ubi iustior possit esse, quàm occidendo incorrigibilem hereticum, ne uiuere permissus quotidie magis insaniat, & peior fiat. Est.n. proprius hereticoꝝ genius, ut nisi fuerint prohibiti, quotidie malitiam suam augeant, nouos semper suscitando errores. De his.n. loquebatur Paulus cum dixit: Mali homines, et seductores proficient in peius, errantes, & in errorem mittentes. Huius rei, etsi multa possint dari exempla, pro omnibus tñ illis satis erit unius Martini Lutheri exemplum, cuius gesta: quia nostro hoc tpe contingerunt, & contingunt, & multa ex illis toti ferè orbi Xpiano sunt notissima: multo fortius ualebunt prestare pro nostra snia testimonium: quā quelibet ueteꝝ hereticoꝝ, quos non uidimus, exempla. Magis quidem mouēt exempla uisa, quàm audita. Hic enim Martinus Lutherus parua habuit suoꝝ erroꝝ initia, à quibus in tot, tamq; pestiferos (ut nunc uidemus) progressus est errores. Principio quidem solum circa indulgentias, que per Bullas Sūmoꝝ Pontificum pcōni-

Rom. 2

Sap. 4

2. Ti. 3.

bus ad pœnæ remissionem concedi solent, errauit: neq̃ quidquam amplius tunc insaniuit. Tunc siquidem bene de sacris ecclesiæ sentiebat, omnem ecclesiasticę Hierarchiæ ordinem fatebatur Papam, hoc est, Romanum Ep̄m reliquis oĩbus Ep̄is superiorem, & toti orbi Xp̄iano prælatum agnoscebat. Nam in epistola quadam ad Leonem decimum huius nominis, tunc summum Pontificem, hæc, quæ sequuntur, scripsit: Quare prostratum me pedibus beatitudinis tuæ offero, cum omnibus quo sum, & habeo, uiuifica, occide, uoca, reuoca, approba, reproba, ut placuerit, uocem tuam uocem Xp̄i in te prę sidentis, & loquentis agnoscam. Hæc ille. Post hæc paulatim progrediens negauit satisfactionem ullam ꝓ peccatis esse necessariam: sed dimissa culpa, omnem prorsus dixit dimitti pœnam. Inde coactus negauit purgatorium, quod tñ in principio sui erroris apertissime, & publice in disputatione Lypsię habita confessus fuerat. De his erroribus cum fuisset à summo Pontifice Leone decimo admonitus: nec palinodiam (ut tenebatur) cantare uoluisset: Leo decimus illum declarauit hæreticum, & uelut talem publice excõicauit. Videns tandem Lutherus se hæreticum declaratum, & dãnatum, in tot, taléſq; hæreses prorupit: quot qualéſq; ante illum nullus unq̃ hæreticus docuit. Circa errores hæreticoꝝ oĩm inquirẽdos (ut ex opere illo, quod aduersus omnes hæreses edidi, facile conijci potest) tantam adhibui diligẽtiam (absit uerbo iactantia) quantam quilibet alius circa hanc rem unquam adhibuit. Nullum tñ inter tot, etsi multi illi fuerint, reperi, qui tot silr, tamq; pestiferas hæreses docuerit. Melius igitur illi fuisset, ut statim à principio cum legitime admonitus obedire contẽpsit, gladio, aut igne puniretur, quam uiuẽs in tot hæreses laberetur: per quas diuinam in se quotidie augeret iram, illamq; thesaurizatam seruaret in die iusti iudicij Dei, ut ibi tunc acerbius puniretur. Mea quidem sñia nullus esse potuit crudelior hostis Martino Luthero, quam qui potens iuste ab illo

uitam auferre, tandiu illum uiuere permisit. Nisi forte bono zelo quamuis in discreto ductus, diuinam hac in re uoluit imitari misericordiam quæ pc̄tōribus sæpe (ut ait Iob) dat tp̄s ad pn̄iam, quamuis illi abutunrur tpe sibi concesso, & pn̄iam agere nolunt. Sed hæc sunt secretæ quædam diuinæ bonitatis dispensationes, quaꝝ cās cū ignorent homines, non est opus in illis Deum inuitari.

Iob. 24

Quid dicam de Anabaptistis, qui sub ouium pelle, hoc est, sub nomine Euangelij, & fraternæ charitatis, quæ omnia semper ore tenus hn̄t, lupinam induunt personam omni scelere, & impietate refertam? Hi siquidem cum primum insanire cœperunt, in nulla alia re (quod sciam) errabāt, nisi circa sacr̄m baptismi, dicentes paruulis nō prodesse baptismum, ac proinde eos, qui in infantia baptizati fuerant: dicebant fore, cum ad annos discretionis peruenerint, rebaptizandos. Quia tn̄ non fuerunt de hoc errore (ut decebat) coerciti, atq; puniti, licentiosa quadam feritate ad pessima progredientes, in pestilentissimas hæreses præcipites se dederunt. Præstitisset igitur ipsismet Anabaptistis fuisse interfectos, quàm ad tantas hæresum pestilentissimas fæces ebibendas, aut deglutiendas fuisse seruatos. Ecce uidisti iam candide lector tres causas, pp quas hæreticus incorrigibilis iuste prodest occidi. Prima, ne uiuens alijs noceat illos suo errore decipiēs. Altera, ut illius periculo alij cautiores reddantur, & tantæ pœnæ timore ab hæresi deterreantur. Tertia, ne superstites peiores in dies fiant, & maiorē in se diuinam concitent iram. Ex quibus tribus causis apertissime colligimus, ut si aliquis homo iuste potest occidi, nullus maiori causa sit occidendus, quàm hæreticus obstinatus, & insanabilis. Lege diuiua olim præceptū fuit blasphemum hominem extra castra educi, et ab uniuerso populo lapidari. Multo magis ergo hæreticus est iuste occidēdus, cū hæresis (ut lib. 1. docuimus) sit multo grauius blasphemia pc̄tm̄. Præterea in Deuteronomio p̄cepit Deus, pphetā falsum, et somnioꝝ inuentorē̄ interfici.

Le. 24.

fici. Nam postquam præmonuit ut talem ꝓphetam non audirent, hæc subdit: Propheta aũt ille, aut fictor somniorum interficietur: quia locutus est, ut uos auerteret à domino Deo uestro, qui eduxit uos de terra Aegypti, & redemit uos de domo seruitutis. Qui aũt uerius propheta falsus, & q magis auertat ꝑpłum à deo, cẽsendus est, ꝗ̃ hęreticus, q auertit à fide, sine qua impossibile est placere deo? Ille ergo merito iuxta legẽ dei interficiet, ut ꝑpłm amplius à deo auertere non possit. Rursum, scriptura referẽte nouimus, ꝙ Semei sñiam mortis accepit: quia contra prohibitionem Regis Salomonis egressus est de ciuitate Hierusalem. Multo iustius ergo esset hæreticum occidere, qui contra præceptum dei egreditur ab ecclesia, intra quam perpetuo se continere debuisset. Deinde Iosias ille Rex, cui nec ante eum, nec postea fuit similis rex in Iuda, sacerdotes omnes, qui contra legem Domini immolabant idolis hostias, occidit super altaria, in quibus illi sacrificabant. Mathatias etiam ille sacerdos illustris legis, & fidei propugnator, illum, qui ad aram sacrificaturus accesserat, zelo Dei feruens, trucidauit super aram. Quid putas hic Mathatias, aut Iosias ille hæreticis faceret, si illorum alter superstes nunc esset? Non dubito quin uterq; illorũ pro honore Dei, et pro fide ecclesiæ suæ zelans: hæreticos omnes ad unũ usque capitis animaduersione puniret, ut tolleret malũ de ecclesia. Iuste igitur imperatores legibus suis sanxerunt hæreticos obstinatos esse occidẽdos. l. Arriani. C. de hæreticis. iuncta. l. ultimum supplicium. ff. de pœnis. Ostendimus iam satis (ut opinor) aperte, iustum esse, ut hæreticus occidatur, quo autem gñe mortis sit occidendus parum ad rem facit. Nam quocunque modo occidatur, semper consulitur ecclesiæ: quia semper tollitur nocumentum, quod uiuens aliis præstare posset, & aliis incutitur timor, ne similia docere aut quomodolibet dicere audeant. Propter quod apud diuersas nationes, diuerso, & uario gñe mortis, hęretici occiduntur: quia nul

Deu. 13

Heb. 11

3. Re. 2

4. re. 23

1. Ma. 2

lum est genus mortis ciuili, & imperiali lege sancitum. In Flandria, & aliis inferioris Germaniæ partibus, cum ego illic ante annos decem uersarer, uidi hæreticos capitis obtruncatione puniri. In Geldria tamen hæretici manibus, & pedibus ligati iussu Caroli tunc Geldriæ ducis in flumen aliquod mittebantur uiui, ut a flumine absorberentur. Eodem genere mortis (ut a multis, q uiderũt, audiui) punitus est Antuerpiæ quidam insignis Lutheranus iussu dominæ Margaretæ Caroli Cæsaris Amitæ, quæ tunc ob Cæsaris abſẽtiam, prĩam illam gubernabat. Audiui ẽt Brugis in Flandria à multis fide dignis oculatis testibus consuetum esse in illa ciuitate: hæreticos uiuos mitti in oleũ feruens, ut ab eo citissime cõburerent: sed tunc cum ego aderã, sola capitis obtrũcatione peribant. In cæteris christiani orbis regnis, aut prouinciis, q noui perpetua, & inuiolabilis est consuetudo hæreticos igne comburere. Sic uidi fieri in Frãcia, pſertim Lutetiæ. Sic in Hispania, & credo sic factum fuisse semper in Italia. Nam beatus Greg. lib. 1. dialog. cap. 4. narrat Basilium quendam Magum Romæ cõbustum esse, & rẽge ſtam laudat. Et (ut antiquiora reuoluamus) Dioscorus Alexandrinæ urbis ẽps, qui Gregoriũ per aliquot secula præcessit, in Chalcedonensi cõcilio actione prima, cum de erroribus Eutychetis agereẽ ibidẽ, dixit: Si Eutyches præter dogmata ecclesiæ sapit, non solũ pœna dignus ẽ: sed & igne. Hæc ille. Ex qbus uerbis apertissime cõstat non esse recentem inuentionem: sed antiqssimam sapiẽtum christianorꝝ ſnĩam hæreticos esse igne cremandos. Panormitanus in cap. ad abolendã de hæret. refert Hostiensem, & Ioãnem And. in eod. c. dicere hæreticos debere igne cremari. Ad quod persuadendum adducũt illud, quod Saluator noster apud Ioannẽ dixit: Si quis in me non manserit: mitteẽ foras, sicut palmes, & arescet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Quorꝝ ſnĩæ uidetur fauere idem Panormitanus loco præfato. & in. c. Excõicamus, ultimo. de hæret. Sed hi oẽs quam

Ioã. 15.

uis doctissimi uiri, multipliciter errant. Primo, quia etsi hæretici sint occidendi, non tñ est necessarium illos cõburere: quia hoc (ut diximus) nulla lege præcipitur. Deinde, & si esset aliqua lex, quæ hæreticos igne cõburi pciperet: nihil tñ ad legem illam persuadendam agerent uerba illa saluatoris ex euangelio Ioan. citata. Nõ. n. ibi locutus est saluator de huius seculi igne, quẽ his corporis oculis nunc uidemus: sed locutus est de igne ĩferni, quo ardebunt perpetuo peccatores. Nec sermo illius ad solos illos dirigitur, qui per errorem fidei separant̃ à xp̃o, ut sunt hæretici: sed loquitur ibi xp̃s de omnibus peccatoribus, qui pp defectum charitatis separantur a xp̃o, et non manent in eo, & hos omnes perpetuo inferni igne: nisi pœniteant, dicit arsuros. Siquis ergo quærat quare comburantur hęretici: rñdeo hoc non esse ulla lege firmatum: sed sola consuetudine. Quam consuetudinẽ, si quis iustam esse persuadere uoluerit: per hoc melius pbabit, quòd cõueniens est legi diuinæ olim per Mosem datæ, & punitionibus, quibus deus olim similes peccatores puniuit. In seditione quam suscitarunt Chore, Dathan, & Abiron, ducenti qnquaginta uiri ex proceribus Israel, qui illis adhæserunt, igne desuper à Deo misso cõsumpti sunt: quia schismatici fuerunt, & sacerdotale officium contra ius, & fas usurpare tẽtarunt. Omnis aũt hæreticus, schismaticus censetur, & merito: quia separat se ab unitate fidei, quam tota tenet ecclia sanctorum. Deinde, cum ob p̃fatam punitionẽ à deo factam, ois multitudo filiorum Israel murmuraret contra Moysen, & Aaron: dicens quòd illi interfecissent pplm domini, ortaq; seditione tumultus adeo incresceret, ut Moyses, & Aaron pro uita saluanda ad tabernaculum fœderis fugerent: Deus desuper incẽdium super pplm misit, quod magnã in pplo fecit stragem. Fuerunt. n. qui incendio illo perierunt (ut sacra refert scriptura) quatuordecim millia hominum, & septingenti: absq; his, q perierant in seditione Chore. Si deus nũc, deus ultionum esset, ut olim igne

Nu. 16.

Ibidẽ.

desup̃ misso Lutheranos cōbureret: qa seditionē mouerunt, & quotidie mouent contra principes xp̃ianos, dicuntq; illos esse tyrãnos, ppea, q̃ hæreticos incendio pi re faciunt. Non abs re igitur schismatici hęretici cōburũtur, cum deus tot schismaticos incendio deleuerit. Nam ob hanc cãm iusta dicit̃ esse lex, q̃ in aliquibus regnis, ut puta in Hispania, decernit eos, q́ præpostera utuntur libidine, igne fore cōburendos: quia sic pœna deus olim Sodomam, & Gomorrham pp idem pc̃tm̃ puniuit. Inter cęteras leges à Deo per Mosem datas, una erat, qua p̃cipiebatur, ut filia sacerdotis si deprehēsa fuisset in stupro, & uiolasset nomē patris sui, flāmis exureretur. Aĩa cuiuslibet xp̃iani filia censet̃ illius summi sacerdotis, de quo regius ,ppheta dixit: Tu es sacerdos in æternũ secũdum ordinem Melchisedech. Regnata siqdem est per grãm, quæ illi in baptismo per merita passionis xp̃i donata est. Sed hæc in stupro deprehenditur, qñ eam fidei integritatē, quam in baptismo suscepit, p hæresim amittit. Est. n. hæresis quędam fornicatio sp̃ualis. Stupro huiusmodi ppetrato, nomen patris sui uiolasse dr̃: quia cũ a xp̃o nomen p baptismum suscepisset, ut xp̃ianus hōille diceret: postquam in hæresim lapsus est, non iã xp̃ianus dici meret̃: sed Arrianus, & Nestorianus, aut Lutheranus, aut alio quouis nōie censebit̃. Hic talis iuxta legē merito flãmis exurendus tradet̃. Hanc legem p allegoriam exposuimus, non quidem ut p illam cũuincere credamus hæreticũ esse necessario comburendũ. Nonsum .n. adeo ignorãs, ut hoc putarem: qa certo scio iuxta doctrinam August. nō esse sumendũ argumentũ ex mysticco sensu sacrę scripturæ ad doctrinam aliquã confirmandam: sed solum ex sensu literali. Hac igitur sola de causa hic per allegoriam parũper ludere placuit, ut ońderem hanc hęreticorum punitionē per incendiũ habere aliquod in sacra scriptura exēplar cui se possit utcũq; cōfirmare. Potest adhuc hæc cōsuetudo delēdi hæreticos per incendium alia uia persuaderi, q̃ sit iusta: qa uidelicet genus

Leu. 21

Ps. 109

illud mortis uehemẽter animos uidentiũ terret. Quo fit ut uidẽtibus, & audiẽtibus terribilem ĩcutiat timorem, & inde cõsequẽs est, ut per tale genus mortis cęteri magis ab hæresibus deterreantur. Vt igitur quæ tam late dixi, breuibus concludam: dico, & firmissime teneo iustũ esse, ut hæreticus incorrigibilis occidatur. Quo autem genere mortis sit occidendus hoc, an illo, parum interesse censeo: sed liberum erit cuique regno aut prouinciæ, quo genere mortis uoluerit hęreticum interficere, cum nullum sit genus mortis uniuersali lege præfixum.

Respondetur obiectionibus eorum, qui dicunt hæreticos non esse morte plectendos. Cap. XIII.

Ostensa iam, & firmissimis (ut existimo) rõnibus fundata, nostra, & catholica snĩa de hæretici incorrigibilis occisione, ut clarius illius ueritas omnibus innotescat, et firmior illa consistat, necessarium fore existimaui rñdere his, quæ contra nos obijciunt aduersarij, & illa nullius prorsus roboris esse, õndere. Otho quidam Brunfelsius ex familia Lutheranorum in quodam opere, quod uocauit Pandectas sacræ scripturæ, libro quarto, in loco, de hæreticis nõ comburendis: multa hinc inde citat scripturæ sacræ testimonia: quibus probare nititur hæreticos non esse occidendos: sed rationibus conuincendos. Quorũ aliqua neque in cute, neque intus consyderata, ullo pacto illorũ fauẽt snĩæ. Alia uero, & si sol a facie illis si patrocinari ostendant, intus tñ inspecta, & diligenti (ut decet) examinatione discussa, aperte declarabunt se nullum pro illorũ snĩa dicere testĩm. Primo igitur (ut à ueteri exordiar testamento) nobis obijciunt illud Esai. prophetæ: Conflabunt gladios suos in uomeres, & lãceas suas in falces. Quæ uerba ego non uideo quo pacto possint ad hęreticorum punitionem adaptari. Siue. n. sensum literalem, qui solus ad doctrinam aliquam stabiliẽdam est efficax, in uerbis illis spectes. Siue ẽt sensum mysticũ sub litera latentem cõsyderes, nihil quod ad præsens negotium attinet, inuenies. Nam iuxta uerũ illius literæ sen

Esai. 2.

ſum,propheta promittit pacem,quæ Chriſto incarnato,& ex utero Virginis nato futura erat in mundo, ĩ quo tam multa,atque frequentia bella præceſſerant, ut uix hominibus pateret aditus,de una prouincia ad alteram tranſire uolentibus. Feruebant quidem ante Chriſti incarnationem ubique bella,digladiabantur inter ſe gentes,& aduerſus pp̃l̃m Iſrael ſæpe felici, & proſpero ſucceſſu bella geſſerunt. At Chriſto ex uirginis utero nato, qui ueram pacem hominibus uerbo,& opere docere ue niebat,pax toti orbi tunc reddita eſt. Propter quod(ut Beda in libro de rõne tp̃um refert)Romę templum pacis,quod hactenus ſemper fuerat clauſum, eo temporis articulo,Deo ita diſponente:ad tantæ rei nouitatem deſignandam,fuit ſua ſponte apertum. Quod autem hæc Eſaiæ uerba ad tp̃s Chriſti nati ſint referenda, ea quæ præcedunt apertiſſime conuincunt. Et erit in nouiſſimis diebus(inquit Eſaias)præparatus mons domus Dñi in uertice montium, & eleuabitur ſuper omnes colles, & fluent ad eum omnes gentes,& ibunt pp̃l̃i multi, & dicent: Venite aſcendamus ad montem Dñi,& ad domũ Dei Iacob,& docebit nos uias ſuas,& ambulabimus in ſemitis eius,quia de Sion exibit lex,& uerbum Domini de Hier̃l̃m. Et iudicabit gẽtes,& iudicabit populos multos. Quæ uerba ad tempus ſub Chriſto nato (ut conſtat)ſunt referenda. Et poſt præfata uerba: ſtatim Eſaias ſubiungit. Et conflabunt gladios ſuos in uomeres, & lanceas ſuas in falces. Quæ uerba tunc ad implenda erant, qñ ueniſſet ille,qui iudicaturus erat gentes, & populos multos. Siquis autem uerba illa ad totum tp̃s futurum poſt Xp̃m natum referẽda eſſe contendat: nihil moror, dummodo ſic intelligat,quòd Chriſtus ipſe ſaluator,noſter,doctrina ſua non ſolum nobis pacem cõmendauit: ſed omnem belli occaſionem à nobis abſtulit. Nam pręcepit,ut diligamus inimicos noſtros,et bñfaciamus his, qui oderunt nos,oremus pro his,qui nos perſequuntur, & calumniam nobis inferre conantur. Deinde,ut perfe

Matt. 5

ctiorem confirmaret inter nos ipsos pacem, consuluit, ut iniurię reparationem nemo peteret, nec pro re aliqua in iudicio cum proximos contenderet: quia hęc duo sunt quæ sępe inter proximos pacem turbare solēt. Audistis, (inquit ipse Rex pacificus, & pacis magister Christus Saluator noster) quia dictum est: Oculum pro oculo, et dentem pro dente. Ego autem dico uobis non resistere malo: sed siquis percusserit te in dexteram maxillā tuā: prębe illi & alteram. Et ei, qui uult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere: dimitte ei & pallium. Et quicunque te angariauerit mille passus: uade cum illo alia duo. Quę omnia & si non p̄cepta, sed consilia ab omnibus catholicis censeantur: omnem tñ belli tollunt occasionem his, qui illa recte seruauerint. Hi igitur qui integram Christi legem tam in consilijs, quàm in pręceptis seruauerint, perfectam pacem amantes, conflabunt gladios suos in uomeres, & lanceas suas in falces. Nihil igitur in illis uerbis, quod ad hęreticoꝝ punitionem spectet, dicitur. Nisi forte per illa uerba Otho Brunfelsius, aut quiuis alius Lutheranus, dicat prohiberi oēm uindictam, aut punitionem quacunque authoritate factam. Quod si forte pro sua effręnata, & impudenti loquendi licentia dicere non erubescat, audiat, obsecro, Paulum illius sñiam damnantem, q̃ de publica potestate loquens, ait: Si malum feceris, time: non. n. sine causa gladium portat. Dei. n. minister est: uindex in iram, ei qui malum agit. Per illa ergo Esaię uerba, & si forte (quod nō puto ueꝝ cum nihil de hac re loquanť) prohibeatur bellū authoritate priuata factum, aut uindicta, siue punitio, quæ a priuata fieret authoritate: nullum tñ hoꝝ inhiberetur: si a publica potestate ob iustam aliquam causam fieret. Et nos etiam fatemur hęreticum hominem quamlibet pestilentem non posse a quouis homine occidi: nisi authoritate publicę potestatis illi fuerit cōmissum. De mystico aūt illoꝝ uerboꝝ Esaię intellectu, qui multiplex dari posset, nihil moror: qm̄ ille (iuxta omnium sacroꝝ do

Matt. 5

Ro. 13.

ctrinam)parum efficax eſt ad doctrinam aliquam comprobandam. Scdo pro ſe affert idem Otho aliud teſtĩ ex eodem Eſaia propheta ſic dicente: Non occident,& non nocebunt in uniuerſo monte ſancto meo. Et certe ut ingenue fatear)ego non poſſum intelligere quõ ex illis uerbis poſſit ille Otho colligere hereticos non eſſe occidendos,cum non in particulari de ſolis hereticis: ſed elocutione uñi de omnibus Eſaias propheta dicat: Non occident,& non nocebunt in uniuerſo monte ſancto meo. Niſi forte Otho ille contendat Deum per illa Eſaiæ uerba prohibere omnem cuiuſuis hominis occiſionem, ac proinde eiſdem etiam uerbis prohibuiſſe ne heretici occidantur. Sed hoc falſum eſſe,& à fide catholica alienũ, in proxime precedenti c. oſtendimus. Preterea,ſi Otho dicit Deum per illa uerba prohibere hominem aliquẽ intra catholicam eccleſiam occidi, conſequens eſt,ut ẽt fateatur Deum prohibere, ne poſt datum Euangelium poteſtas aliqua inferat aliquod homini nocumentum. Nam ſicut in illis uerbis dixit Deus: Non occident, ita etiam dixit: Non nocebunt. Itaque iuxta iſtam ſñiam: nec Rex,nec Imperator,neque alia queuis poteſtas poſſet hominem ſceleratiſſimum ob quantacunque grauiſſima crimina occidere,neque flagellare, neque fuſtibus cedere,neque pecunia mulctare,neq; à ppr̃o, aut regno relegare, neque aliud denique qualecunq; nocumentũ illi inferre,ppea quod Deus per Eſaiam prophetam ait: Non occident,& non nocebunt in uniuerſo monte ſancto meo. Hoc aũt fateri non ſolũ eſt error,& hereſis:ſed maxima dementia,& beſtialitas,que cũ indigna ſit, ut rõnibus cõtra illam agatur,igne,& morte de medio tollenda eſſet. Sed opus eſt,ut uerꝝ,& germanum illorꝝ uerborꝝ Eſaie ſenſum oñdamus,& inde apertius euadet, q̃ longe uerba illa Eſaie à ſcopo p̃ſentis diſputationis abſint. Illa Eſaie uerba nullum preceptum, nullamq; prohibitionem continent:ſed promiſſiones q̃dam ſunt illorum bonorꝝ,que poſt Chriſti in carnem aduentũ: Deus

Eſa. 11

suę daturus erat ecclesię. Et ut quod dicimus apertius ostendamus uerba quę pręcedunt repetere oportet: quõ circumstantia scripturarum est, quę maxime solet uerum illarũ manifestare sensum. Quæ aũt proxime præcedũt hæc sunt. Et egredietur uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eũ spiritus Dñi, spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus scientiæ, & pietatis, & replebit eum spiritus timoris Dñi. Non scdm uisionem occulorũ iudicabit, neque scdm auditum aurium arguet: sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ. Et percutiet terram uirga oris sui, et spiritu labiorũ suorũ interficiet impium, & erit iustitia cingulum lũborum eius, & fides cinctorium renum eius. Hæc omnia Esaiæ uerba nemo est catholicus, qui non interpretetur illa de Xpo saluatore nr̃o: quõ omnes sacri Doctores illa tribuunt Christo redemptori nostro. Et Paulus istorũ uerborũ partem in scda ad Thessalonicenses Epistola de eodem interpretatur. Post hæc autem uerba statim Esaias propheta subiungit multa bona, quæ nobis per Christum donanda erant, sic inquiens: Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hœdo accubabit. Vitulus, & leo, & ouis simul morabuntur, & puer paruulus minabit eos. Vitulus, & ursus pascentur, simul requiescent catuli eorũ. Et leo quasi bos comedet paleas. Et delectabitur infans ab ubere super foramina aspidis, & in cauerna Reguli, q ablatus fuerit manum suã mittet. Non occident, & non nocebunt in uniuerso monte sctõ meo, quia repleta est terra scientiam Dñi, sicut aquæ maris operiẽtes. Hactenus Esa. Quæ illius uerba constat esse promissiones eorũ bonorũ, quę per Christum redẽptorem nr̃m gñi humano donanda erant, & non præcepta. Sicut.n. p illa uerba non p̃cipitur nobis, ut habitare faciamus lupũ cum agno, & pardum cum hœdo: ita etiam per illa uerba non præcipitur nobis, ut non occidamus, aut non noceamus. Nam eiusdem conditionis sunt oĩa, illa quæ eo-

2. Th. 2

dem contextu sunt in illa prefata lr̃a connexa, ita ut oĩa illa promissiones dicantur. aut p̃cepta. Cũ aũt dicit: Nõ occident, et non nocebunt in uniuerso Monte sc̃tõ meo, non de hoĩbus: sed de uenenosis illis serpentibus uidelicet aspide, & regulo, quos ꝓxime nominauerat, loquit. De regulo siquidẽ, & aspide promittit, ꝙ non occident, & non nocebunt in uniuerso monte sc̃tõ suo. Quæ uerba nequaq̃ iuxta solam lr̃æ superficiem: sed iuxta sp̃ualem sensum sunt accipienda. siq̃s uero mihi in hac parte non fidit, audiat btm̃ Hieronymum, qui in cõmentarijs super Esaiam prophetam p̃fatas oẽs Esaię promissiones interpretans, sic ait: Hæc quoq̃ Iudæi, & nr̃i Iudaizantes iuxta lr̃am futura contendunt, ut in claritate Chr̃i, quem putant in fine mundi esse uenturꝫ, oẽs bestię redigantur in mansuetudinem, & pristina feritate deposita lupus, & Agnus pascantur simul, & cætera cum ceteris, quæ nũc uidemus sibi esse contraria. Et post pauca subdit: Sed & hoc eos interrogemus quid dignum sit Dñi maiestate, ut lupus, & agnus pascant̃ simul, et pardus cũ hœdo habitet, & leo paleas comedat, & puer paruulus mittat manum suã in foramine aspidum. Nisi forte iuxta fabulas poetaꝶ, aureum nobis Saturni seculum restituẽt, in quo lupi, & agni pascent̃ simul, et mulso uino plena currẽt flumina, & de folijs arboꝶ stillabũt mella dulcissima, lacteisq̃ fontibus oĩa cõplebũtur. Et aliq̃bus interiectis, subiungit: Hæc breuiter diximus, ut Iudaizantes nr̃os grauissimo somno stertere conuincamus. Cęterum iuxta uiuificantem sp̃m facilis intelligentia. Et tandem sp̃ualem reddens intelligentiã, hęc ait: Qui aũt ablactatus est, & nequaq̃ lacte nutritur infantię: sed iã solido uescitur cibo, iste in reguli cauernã mittet manũ, hoc est, in ipsius Sathanæ habitaculum, & inde eum extrahit. Vnde & apl̃is ptãs data est, ut calcarent super serpẽtes, & scorpiones, & super omnem fortitudinẽ inimici. Nocere autem, & occidere nequaquam poterunt uenenata prius animalia, eos qui habitauerint in monte san-

Hiero.

Luc. 10

cto Dei, qđ interptaẽ ecclia, de quo in Euãgelio dr: Nõ põt ciuitas abscõdi supra montẽ posita. Hactenus Hieronymus. Ex cuius uerbis aptissime cõstat, illa Esaiæ uerba, q̃ nobis obijcit ille Lutheran⁹ Otho, nihil prsus cõtinere, qđ ad hæreticoꝝ punitionem, uel ex lõginquo ptineat. Obsecro te nũc lector: ut cõsideres q̃lib⁹ scripturæ testimõijs hrtici Lutherani suas hrses pbare nitant. His etenim, & alijs eiusdem notæ testimonijs plebem indoctam decipiunt, & in pestilentissimos trahunt errores.

Mat. 5

Tertio nobis obijcitur illud, quod saluator noster de frẽ in nos peccante, qui semel & iterꝝ admonitus emendationem neglgit, apud Matthæum ait: Si ecclĩam nõ audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus. Quib⁹ uerbis excõicandi ptãtem dedit ecclesiæ, non occidẽdi: iniuste ergo (ait ille Otho) occiduntur hæretici. O bellum argm̃, quod non semel tm̃: sed iterꝝ pluries peccat. Primo quidem notissimum est omnibus, qui uel parꝝ aliquid dialecticam gustarunt: ineptum esse modum argumentandi per locum ab authoritate, negando, ueluti si quis argumentetur hoc modo. Xp̃s saluator noster nõ dixit Feria secunda ieiunandum esse aut orandum, aut studendum sacræ scripturæ: ergo nullum istoꝝ illo die agere licet. Nam si collectio istius argumentationis ualida esset, & efficax, eodem modo ex opposito colligere liceret: sic argumentando: Xp̃s redemptor noster non dixit Feria secunda non esse ieiunandum, aut non orandum, aut non studendum sacræ scripturæ: ergo nullum istoꝝ illo die omittere licet. Itaq̃ eodem argumentationis loco: duo contradictoria probabuntur. Quia sicut Xp̃s saluator noster unum non præcepit, ita neq̃ præcepit alterꝝ. Talis est pñs argumẽtatio, qua Otho arguit hæreticum non esse occidendum: quia Xp̃s non p̃cepit occidere: sed excõicare. Hæc est Lutheranoꝝ dialectica, qua sæpissime utuntur, credentes hmõi fallacijs totũ decipere mundum: sed frustra mittunt rete ante oculos pẽnatoꝝ. Eodem modo ẽt peccant, qñ ex dictis Pauli

mat. 18

Timo.3 ad Titum, sic arguunt: Paulus dicit, ut hæreticũ hoiem post unam, & alteram correptionẽ deuitemus: non aũt, ut occidamus. Fateor hoc non dixit Paulus: sed nec etiã prohibuit, ut non occiderentur, ac ppea inde nec unum, nec alterꝫ colligere licet. Eandem fallaciam cõmittunt in alijs multis argumentationibus, quas pro hac re faciunt, præsertim cum ex illo saluatoris uerbo arguunt,

Ro.13. quo ait: Cauete à fermento Pharisæorꝫ. Non dixit: Occidite hæreticos pharisæos: sed solũ dixit, ut caueremus ab illis. Quibus ego rñdeo: ꝙ si nõ dixit: Occidite, neq; etiam dixit: Non occidite. Deinde adhuc iterꝫ peccãt in præfacto argumẽto: quia etsi illa collectio esset bona ab authoritate negatiue: nihil inde plus colligi posset, q̃ ꝙ ecclesiastica ptãs hæreticum occidere non posset. Quia illa sola est, & non ptãs laica, cui tunc Xp̃s loquebatur, & cui dedit excõicandi ptãtem. Per hoc ergo, ꝙ dans ptãtem excõicandi, subticuit ptãtem occidendi: solum colligi potest (si tñ collectio esset bona) eam ptãtem, q̃ potest excõicare, non posse occidere. Quod licet multi catholici negare contendant, qui utrunq; gladium tribuunt ecclesiæ, ipsa tñ ecclesia opere oñdit se unum tñ hr̃e gladium. Quia solum gladium exercet spiritualem, reliquum in uaginam recludens. Nam ecclesiastici iudices non occidunt hæreticos: sed laica ptãs, quæ gladiũ

Mat.16 corporalem, iuxta dictum Pauli non sine causa portat, illos iubet occidi. Neq; ullum est in toto iure Pontificio decretum quod hæreticos iubeat occidi: sed tñ iubet illos ptãti seculari tradi, ab illa pro suo arbitrio iudicandos. Verꝫ hic occurrunt nobis Lutherani dicentes: Epi, & alij hæreticorꝫ inquisitores similes sunt sacerdotibus Iudæorꝫ, qui cum mortis Xp̃i saluatoris nostri re uera essent authores: Pilato tñ Iudeæ præsidi dicebant: No-

Ioan.18 bis non licet interficere quenq̃. Tales per omnia (ut Lutherani dñt) se exhibent hæreticis iudices Ecclesiastici. Hi.n. (ut Lutherani calumniantur) authores sunt mortis hæreticorꝫ, & tñ dñt illis non licere interficere hæreti

cos,ac ppea tradunt illos ptāti seculari, ab illa ad mortem condemnandos: Sed re uera hic, sicut alibi sępe falluntur, & affectu maligno obcæcati miserrime errant. Vt aūt omnibus notum faciam, quàm inuidiose illi contra inquisitores, & alios iudices ecclesiasticos loquant̄, opus est, ut apertissime oñdam latissimū esse discrimē, ac proinde ineptam esse similitudinem, inter ecclesiasticos hęreticoꝝ iudices, & Iudæoꝝ sacerdotes. Pharisæi, & aliȷ Iudæoꝝ sacerdotes, quamuis manibus non occiderunt Xp̄m saluatorem nostrum, tñ occiderunt eū lingua multis, uariȷsq́ modis illius mortem procurantes. Nam primo (ut Ioannes Euangelista testatur) collegerunt Pontifices, & Pharisęi consilium dicentes: Quid facimus? quia hic homo multa signa facit? Et tandem dato per Cayphan anni illius Pontificem consilio, ꝙ expediret Chr̄m mori, ne tota gens periret, illius consilio acquieuerunt cæteri, & ab illo die cogitauerunt interficere Chr̄m omnium redemptorem. Deinde tradiderunt illum Pilato, & coràm illo ad mortem Chr̄m accusarunt: & quia ueris hoc agere testibus non poterāt, falsos induxerunt testes, qui contra Xp̄m falsum dicerent testimonium. Pilatus insuper cum causam Xp̄i examinasset, uelletq́ illum dimittere: quia nullam inueniebat in eo mortis causam, dixit pp̄lo: Quem uultis dimittam uobis Barrabā, an Iesum, qui dr̄ Xp̄s? His auditis, Principes sacerdotū, & seniores (ut Matthęus refert) persuaserunt pp̄lo, ut peterent Barrabam: Iesum uero perderent. Rursum cum Pilatus flagellatum Chr̄m, & coronam spineam in capite portantem, uesteq́ purpurea indutum pp̄lo oñderet, ut uel sic pp̄l'm ad illius misericordiam prouocaret, Pontifices, & ministri (ut btūs Ioannes Euangelista narrat) clamauerunt dicentes: Crucifige, crucifige eum. Post hæc, Pilato dicenti sacerdotibus & pp̄lo, ut ipsi Chr̄m acciperent, & crucifigerent: Rn̄derunt Iudęi: Nos legem habemus, & secūdum legem debet mori: quia filium Dei se fecit. Deinde, cū Pilatus

Ioā. 11.

Mat. 27

Ioā. 19

quęreret Chrm liberę dimittere. Iudęi clamauerunt dicentes. Si hunc dimittis non es amicus Cęsaris: Ois.n.q se Regem facit, contradicit Cęsari. Denicg, sedente Pilato pro tribunali: cum ille Chrm ppło oñderet, diceretq́: Ecce Rex uester Iudęi(inter quos sine dubio fuerunt sacerdotes)clamabant: Tolle, tolle, crucifige eũ. Et cum diceret eis Pilatus: Regem vrm crucifigam? Rñderunt Pontifices, non habemus Regem nisi Cęsarem. Videte obsecro, & diligenter attẽdite, quoties sacerdotes Xpi mortem coràm iudice petierunt. nec tñ leuiter, sed importune nimis iudicem urgentes, pplmq́ ad idem ipm postulandum uarijs mendacijs seducentes. Propter quę omnia meritò illi Xpm saluatorem nrm crucifixisse censentur: quia etsi manibus non crucifixerunt: hoc tñ consilio suo fecerunt. Et hoc modo btũs Augustinus concordat dissonantiam, quę vr esse inter Euangelistas, quorę alter dicit Chrm crucifixum esse hora tertia, alter hora sexta. Nam Iudęi(ut Augustinus ait) occiderunt Chrm hora tertia tot, talibusq́ uerbis(ut diximus) mortem illius procurando: milites uero occiderunt manibus hora sexta. Videamus nunc an aliquid horę faciant cum hęreticis inquisitores, aut alij iudices Ecclesiastici. Quod certissimum est, & experientia docente scimus: iudices ecclesiastici postquam aliquem de hęresi damnauerunt, & illum obstinatum hęreticum esse censuerunt: statim declarant illum ad suum ius, & ditionem non pertinere, tradúntq; illum seculari ptãti, tanquam hominem, q pp hęresis obstinationem, ab ecclesia exiuit, & sub sola ptãte laica se ipm constituit. Cum autem illum iudices ecclesiastici ptãti seculari tradunt, non petunt ab illa, ut occidat hęreticum, necq; illum quouis modo reũ mortis esse dñt. Etsi ptãs secularis hęreticum occidere noluerit: iudices ecclesiastici non cogunt, necq; ullo modo solicitant illam, ut hęreticum occidat: necq; consilium ullũ de morte hęretico inferenda unquam donant: imò ecõtrario ipsam secularem ptãtem semper rogant, ut pœnam

mortis, aut aliam sanguinis pœnam non irrogent illi, tm̄ abest, ut mortem illius quouis modo procurent. Quę omnia cum sint certissima, & toti (ut existimo) populo Christiano notissima, miror tantā esse Lutheranoꝝ impudentiam, tamq; effrenatam maledicentiam, ut non uereantur dicere, hęreticoꝝ inquisitores similes esse sacerdotibus Iudęoꝝ, qui Chr̄m occiderunt, cum latissimum sit (ut re ipsa constat) inter hos, & illos discrimen. Certe multo rectius, & appositius ego dicere possem, Lutheꝝ illiusq; asseclas similes esse illis sacerdotibus Iudæoꝝ. Qm̄ illi falsos quæsierunt testes cum ueros hr̄e non possent, ut Chr̄m morti traderent: Lutherani uero falsa perquirunt scripturę sacrę testimonia, cum uera nō habeant, ut corpus Chr̄i, quod est ecclesia prorsus occidant. Multa dn̄t Chr̄m fecisse, & docuisse, q̄ nec per somnium unquam cogitauit. Multa Apl̄is tribuunt, à quibus illi longissime abfuerunt. Milleq; alia fingunt commenta, non ob aliam cām: nisi, ut eccl̄iam, quæ Christi corpus est, interire faciant & aliā nobis donent eccl̄iam malignantium, quam propheta Regius se odisse p̄dixit. *Ps. 25.*

Quarto nobis obijciunt Lutherani, & qui illis in hac parte fauent, parabolam illam de tritico, super quod inimicus homo seminauit zizania, quæ uidentes serui patrisfamilias dixerunt ei: Vis imus, & colligimus ea? *Mat. 13* Quibus r̄ndit idem paterfamilias: Non, ne forte colligētes zizania eradicetis sil' & triticum, sinite utraq; crescere usq; ad messem. Si Deus prohibet eradicare zizania, ergo iniuste, & contra Dei præceptum (ut Lutheranis ur̄) faciunt, qui hæreticos per zizania significatos, de agro huius mundi per mortem eradicant. Hoc est Lutheranoꝝ fortissimum argm̄, cui magis illi innituntur, & p quod se de nobis triumphare existimant. Sed nos Deo duce facillimum esse on̄demus: quod ex falsa literæ intelligentia procedit. Primo quidem non est opus personas, aut res alias in parabola positas explicare, cum ipsemet ueritatis magister Apostolis petentibus illorum

omnium interpretationem reddiderit,sic inquiēs. Qui seminat bonum semen est filius hominis. Ager autem est mundus. Bonum uero semen hi sunt filij regni. Zizania autem: filij sunt nequam. Inimicus autem, qui seminauit ea: est Diabolus. Ex qua interpretatione constat:zizaniorum nomen melius ipsis hereticis, quàm illorum hæresibus adaptari. Quod dixi ppter aliquos,qui in dubium uertūt, an hæc parabola hæresibus,an hæreticis conueniat. Zizania(inquit Chrs)filij sunt nequam. Sed opus est,ut reliqua diligenter perscrutemur. Cum serui patrisfamilias uellent zizania colligere,prohibuit illis,ne id facerēt paterfamilias sic inquiens: Non,ne forte colligentes zizania,eradicetis simul & triticum. In quibus uerbis id maxime annotandum est, quòd non absolute, & gñaliter, & absque ulla causa phibuit talium zizaniorum collectionem: sed statim cām reddidit,proter quam hoc fieri phibebat. Ne forte(inquit paterfamilias) colligentes zizania,eradicetis sil & triticum. Metus igitur eradicandi triticum,est causa, ut tolerentur zizania crescere cū tritico. Ex opposito igitur colligere oportet,quod qñ nulla est sic metuendi ratio,ut puta quia apertum est, & optime noscitur inter triticum & zizania discrimen: & unum alteri non est adeo coniunctum, aut cōnexum,ut non possit facillime unum sine altero eradicari: tunc paterfamilias non prohibet fieri zizaniorum eradicationem. Si nullam expressisset in prohibitione cām: sed absolute locutus fuisset, quamuis aliquæ re uera essent prohibitionis causæ: & illæ omnes abessent,fateor, semper extaret integra prohibitionis uirtus. Si tñ cām principalem motiuam,& finalem legislator exprimit:pp quam se aliquid præcipere,aut prohibere testatur. Cōsequens est,ut cessante illa causa,cesset etiam præceptum, aut prohibitio. Talem.n.causam exprimens legislator, aperte declarauit,quod si illa causa non subesset,nihil tale præcepisset,aut prohibuisset. Nam si illa seclusa nihilominus præcepisset,aut prohibuisset: consequēs est,ut illa non fuerit unica,&

ca, & sola præcepti aut prohibitionis cã. Per illa ergo præfata uerba, sicut paterfamilias seruis ꝓhibuit, ut stãte metu eradicationis tritici non colligerentur zizania: ita ex opposito eisdem seruis concessit, ut nulla existente iusta metus cã possent zizania colligere. Ad hũc ꝓrsus modum (ut parabolam nostro proposito accõmodemus) in hæreticorum punitione exercenda, faciendum, esse censeo. Si de homine aliquo dubitatur, hæreticus ne sit ille, an secus: propterea quòd non plene constat illum talem hæreticam assertionem dixisse, aut non cõstat illum esse pertinacem, aut si constat illum talẽ aliquam propositionem pertinaciter docuisse, non tñ constat illam propositionem esse hæreticam: tunc certe nimis iniuste agerent inquisitores, si illũ hæreticum declararent, & iniuste, atque crudeliter ageret laica potestas, si illum occidi iuberet. Tunc.n. illi dicit deus: Non colligatis zizania, ne forte simul eradicetis & triticum. Si uero certissime noscitur aliquẽ hominem esse hæreticũ: quia assertio, quam tuetur, ex diametro pugnat cum catholica fide, & ille semel, & pluries legitime admonitus non uult resipiscere: tunc licite occidendus est: qa non timetur ut catholicus pro infideli occidatur. Hunc autẽ esse uerum & germanum illius literæ sensum testatur btũs Hieronymus, qui in cõmentarijs super Matthæum præ- *Hiero.* fatam parabolam interpretans, ait: Quod autem dicit: Ne forte colligentes zizania, eradicetis simul & frumẽtum, datur locus pœnitentiæ, & monemur, ne cito amputemus fratrem. Quia fieri potest, ut ille, qui noxio deprauatus est dogmate, cras resipiscat, & defendere incipiat ueritatẽ. Illud quoque, quod sequitur. Sinite utraque crescere ad messem, uidetur illi pręcepto esse contrariũ: Auferte malum de medio uestrum, & nequaquã socie- *1.cor.5* tatem hñdam, cum his, qui fratres nominantur: & sunt adulteri, & fornicatores. Si.n. prohibetur eradicatio, & usque ad messem tenenda est patientia, quõ ejiciẽdi sunt quidam de medio uestrum? Inter triticum, & zizania,

quod nos appellamus lolium, quandiu herba est, & nō dum culmus uenit ad spicam, grandis similitudo est: & in discernendo, aut nulla, aut perdifficilis est distantia. Præmonet ergo dñs, ne ubi ambiguum est, cito sniam proferamus, ut cum dies iudicij uenerit, illum non suspi cio criminis: sed manifestum reatum de sanctorū cœtu eijciat. Hæc Hierony. Qui tam aperte nostram confir mat sniam: ut nihil apertius pro illius assertione dici pos sit. Eidem sententiæ subscribit Aug. qui lib. 3. contra epi stolam Parmeniani, cap. 2. sic ait: Ipse dñs cum seruis uo lentibus zizania colligere, dixit: Sinite utraque cresce re usque ad messem, præmisit causam dicens: Ne forte cum uultis colligere zizania, eradicetis simul & triticū. ubi satis ostendit, cum metus iste nō subest: sed omnino de frumētorum certa stabilitate certa securitas manet, id est, qñ ita cuiusque crimen notum est oībus, & oībus execrabile apparet: ut uel nullos prorsus, uel non tales habeat defensores, per quos possit schisma contingere, non dormiat seueritas disciplinæ, in qua tanto est effica cior emendatio prauitatis, quanto diligentior cōseruatio charitatis. Hæc Augustinus. Qui apertissime nostræ fauet sententiæ.

Augu.

An liceat hæreticos bello oppugnare, postquam de illorum pertinacia, atque rebellione plene constiterit. Cap. XIIII.

Eo tempore quo opus hoc de iusta hæreticorum pu nitione scribebam, Tridenti aderam, ubi hortante, atq; solicitante Carolo Cæsare semper Augusto huius nois Quinto, Hispaniarumq; Rege eiusdem nominis primo, Paulus tertius summus huius nominis Pontifex, genera le tunc conuocauerat concilium, ad quod ex mandato serenissimi Philippi Hispaniarū Principis, qui tūc Hispa nias propter Caroli patris absentiam moderabatur, p uenenam. Per id tempus idem Carolus Cæsar, contra quosdam Germaniæ principes ob multas, easq; iustissi mas causas bellum mouere decreuit. Progrediente igit bello, cum illud talia iam haberet initia, ut magnam ui-

ctoriæ præberent spem, ego pp morbum, qui diu, atque acerbe me ibidem uexabat, hortatu medicoꝝ, qui meæ saluti consulebant, e' Tridento in Hispaniam, meumq́ natale solum redire coactus sum. Quò cum redirē, multos, uariosq́ homines, q se fideles catholicos iactabāt, in uia audiui, qui bellum, quod Cæsar gerebat ob solā christianæ religionis causam ab illo motum esse interp̄tantes, eundem Cæsarem ob eandem cām improbe, atque irreligiose accusabant, dicētes rem minime christianam esse, hæreticos bello oppugnare: quia illi (ut dicebant) non armis: sed rationibus uincendi erant. Hac igitur occasione ego motus, decreui hanc controuersiam huic operi, quod iam ad umbilicum perduxeram, inserere, ut ostenderem toto (ut dicitur) errare cœlo eos, qui ita sentiunt. Vt autem hoc apertius ostēdere ualeamus, illud ante omnia statuere oportet nō omne bellum esse malum, & lege diuina damnatum, ut Manichæi, & alij hæretici sentiunt: sed aliquod esse bellum lege diuina non solum permissum: uerum etiam laudatum, illud. s. cui omnia adsunt, quæ ad iustum bellum exiguntur. Nā Ioannes ille p̄cursor domini, quo nullus inter natos mulierum maior surrexit, militibus interrogantibus eū qd facerent, ut uitam assequerentur æternam: non p̄cepit arma abijcere, militiam deserere, neminē percutere, neminem in bello occidere, aut uulnerare: sed solum hoc præcepit, ut neminem concuterent, neque calumniā facerent, & cōtenti essent stipendijs suis. Si autem omne bellum esset damnatione dignum, non hoc solo contentus esse debuisset Ioannes Baptista: sed oportebat, ut omne bellum illis prohiberet. Cum ergo nihil tale illis dixerit, eo ipso uisus est sentire aliquod esse bellum laude dignum. Deinde ipse ueritatis Magister Christus saluator noster monet tributa Cæsari reddi, quæ ob eam causam (iuxta Pauli sniām) reddi iubentur, ut inde militi ad pacis conseruationem necessario stipendium soluatur. Nam de obediētia Principi præstanda Paulus differēs,

Luc. 3.

Mat. 22

Ro. 13.

ait: Ideoq; necessitati subditi estote, non solum pp irã: sed etiam pp conscíam. Ideo. n. & tributa præstatis. Ministri. n. Dei sunt in hoc ipsum seruientes. Ex quibus omnibus apertissime constat aliquod esse posse iustum bellum. Quæ autem sunt necessaria, & sufficientia, ut iustũ aliquod sit bellum, nunc explicare oportet, ut inde constare possit, an iustum sit hæreticos bello oppugnare.
Vt bellum sit iustum, iustitia illa, quæ solũ excludit obligationem restitutionis eoꝝ, quæ in bello sunt capta, sola duo sunt necessaria: uidelicet authoritas, & potestas ad bellum faciendũ, & cã necessaria. Si tñ bellũ debet esse iustũ, iustitia illa, quæ excludit pctm̃, hoc est, ut sine peccato fiat: duo insuper alia sunt necessaria. Hoꝝ primum est, ut bono animo, & bona intentione bellum inferatur. Alteꝝ, ut persona, quæ in bello pugnare debet, sit ad bellum legitima, id est, talis cui non sit lege prohibitum in bello pugnare. Tertium, ali qui addunt uidelicet rem, pro qua bellum geritur, ita ut bellum fiat pro rebus recuperãdis, aut pro patriæ defensione. Sed hoc tertium (ut ego censeo) superfluit: quia continetur sub altero ex duobus primis, uidelicet sub iusta cã. Oportet igitur, ut omnia hæc quatuor, quæ diximus esse requisita sigillatim discutiamus, & inde aperte constabit iustum posse esse bellum, quod contra hæreticos fieri cõtinget.
Primum igitur necessarium ad bellum iustum est authoritas bellum facientis. Non. n. quilibet pro suo arbitrio potest bellũ mouere: sed solus ille, qui non hẽt superiorem, a' quo iniuriæ, aut dãni sibi illati recompensationẽ petere possit. Nam qui superiorem habet, ad quem possit confugere pro recõpensatione, aut uindicta impetrãda, non põt bellũ mouere. Nam dñs hoc illi apte prohibuit dicẽs: Mihi uindictã, & ego retribuã. At q a' superiore, qui loco dei præest, uindictã petit, a' Deo petit, q illum ad hoc constituit suum ministrum, ut illos, quorum curam habet, tueatur, & protegat ab omnibus, qui illis nocere uoluerint, siue subditi illius sint inuasores, siue

Deu. 32

extranei. De subditis enim loquebatur Paulus, cum ad Romanos scribens, dicit: Si malum feceris, time: non Ro.13. n. sine causa gladium portat. Dei. n. minister est, uindex in iram ei, qui malum agit. Ad hoc. n. censet Paulus, datũ esse à Deo principibus gladium, hoc est puniendi potestatem, ut subditos malefactores punire possit, & sic læsorum iniurias uindicare. Circa extraneos uero intelligendum est id, quod Regius propheta ait: Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate. Eisdem Ps. 81. etiam loquitur Hieremias propheta dicens: Facite iudicium, & iustitiam: & liberate ui oppressum de manu calumniatoris. Inferior ergo, qui superiorem hẽt, ad quem hier. 22 pro recompensatione damni, aut pro uindicta impetrãda, confugere põt, iniuste aget, si pro aliquo horum ꝓpria authoritate bellum mouerit: quia sic agens Dei præceptum transgredietur, qui uindictam prohibuit. Princeps autem, qui nullum superiorem in ciuilibus rebus agnoscit, sicut pro regno, aut republica, quam regendam, aut protegendam suscepit, iuste potest bellum mouere, ita etiam pro seipso quatenus persona est cõis, & publica: quia non habet superiorem, ad quem pro uindicta impetranda confugere debeat. Hoc. n. aperte docet Augustinus contra Faustum lib. 22. cap. 75. sic inquiens: Ordo naturalis mortalium paci accõmodatus hoc poscit, Augu. ut suscipiendi belli authoritas, atque consilium penes principes sit exequendi autem iussa bellica ministerium milites debeant paci salutique communi. Hæc ille. Principis autem nomine hic intelligo non solum Imperatorem, et Reges illos, qui Imperatori nequaquam subduntur: sed omnes illos dominos, qui in causis subditorum suorum definiendis plenam habent iurisdictionem, plenúmque dominium, ita ut illorum sñia audita, neminem alium superiorem iudicem subditi illorum appellare possint. Tales sunt hodie aliqui domini in Italia. Vt sunt Dux Florentiæ, Dux Ferrariæ, Dux Mantuæ, Marchio Montis Ferrati. Nam hi omnes ex consuetudine antiqua hanc habent in

suos subditos iurisdictionem, & potestatem, ut ab illorum ciuili snia ad nullum alium superiorem, illoꝝ subditi appellent. Et nescio an aliquibus Germaniæ Ducibus, aut Marchionibus, hęc authoritas, & potestas belli mouendi hodie competat. Cuius dubitationis causa inde mihi oritur, quod eoꝝ quilibet propriam cudit monetã: quod soli superiori Principi iure competit. Sed hoc non obstante ego censeo hanc potestatem belli mouendi esse illis iure negatam, ppea quòd omnes illi subdũtur Imperatori: à quo puniri potest quicunque illoꝝ alteri iniuriam irrogauerit, aut dãnum dederit. Cuius rei apertissimum præbet testim̃ Senatus publicus, qui est in Germania Imperatoris authoritate suffultus, ad quem ex omnibus Germaniæ oppidis confugiunt, quotquot ab aliịs dñis se iniuste damnatos esse arbitrantur. Cum igitur omnes illi Imperatorem agnoscant, à quo quicunque illoꝝ potest iniuriæ, aut damni recõpensationem petere. consequens inde est, ut nullus illoꝝ possit iuste sine Imperatoris authoritate aduersus aliquem alium bellum mouere. Quia bellũ non nisi necessitate cogente mouendũ est, ac proinde bellum semper cẽsendum est iniustũ, qñ rei pro qua bellum geritur, aliter, quàm per bellum potest cõmode prouideri. De reliquis autem Ducibus, aut Marchionibus, aut reliquis dominis etiam si Principis nomine censeantur, in regno Hispaniæ, aut Franciæ, aut Neapolis, aut alio quouis regno, sub Regis potestate dñium tenentibus, non est cur aliqs dubitare debeat, an bellum sine Regis, cui subduntur authoritate, & permissione, mouere possint. Nam etsi illi suis subditis iura dare possint, & leges, in illis tñ ferendis, Regi sic subduntur, ut nihil contra leges à Rege statutas, decernere possint. Et inde constat eos non esse uere capita prouinciarum, aut oppidoꝝ, quibus præsunt, & imperant: ac proinde iniuriam facerent Regibus, quibus subsunt: si illoꝝ authoritatem bellum mouendo, sibi usurparent: ac si ipsi uera, & suprema capita in suis dñịs essent. Nomi-

ne etiam Principis in lr̃a Augustini supra citata, intelligendæ sunt illæ respublicæ, quæ ex antiqua consuetudine plenam hñt in terris sibi subiectis iurisdictionem: ita ut nullum alium superiorem agnoscant. Nam tales respublicas crederem æque habere belli indicendi authoritatem ac Reges: quia in illis etiam est (ut Aristoteles docet) principatus, quamuis ab eodem Aristotele non æque laudatus, ut Regalis. Hoc tñ, quod de rebuspublicis nunc dicimus, & proxime supra de quibusdam Ducibus, & Marchionibus Italiæ diximus, hac conditione intelligendum esse censet, & recte Thomas de Vio Cardinalis, Caietanus uulgo nominatus, si illi bona fide in pacifica possessione talis authoritatis belli indicendi fuerunt, & sunt. Nam si illam usurpauerunt ex magnitudine potentiæ, ob quam tam audacter suis superioribus rebellarunt, ut ab illis nõ potuerint, nec modo possint coerceri, ille censet nullam illos authoritatem iusti belli indicendi hr̃e. Cuius sñiæ ego libentissime subscribo. Qm̃ indecens est, ut quod malæ fidei initium habuit postea sine alia iusta causa succedẽte, iusta possessione firmetur. Nam (ut regula iuris in. 6. docet possessor male fidei nũquam perscribit. Scdm̃ quod ad iustum bellũ diximus esse necessarium, est causa iusta. Causæ belli iusti multæ, & uariæ esse pñt, quas oẽs gñali quadam elocutione Augustinus comprehendit dicens iustam belli causam esse iniuriam illatam, cuius uindictam: cum aliter quam per bellum, Princeps, aut is, penes quem est belli mouẽdi authoritas hr̃e non põt, iuste poterit bello petere. Nã in qõnibus super librum Iosue. q. 10. bellum iustum definiens, ait: Iusta bella solent definire, quæ ulciscuntur iniurias: sic gens, uel ciuitas plectenda est, quæ uel uindicare neglexerit. quod à suis improbe factũ est, uel reddere, quod per iniuriam ablatum est. Hæc Augustinus. Et citantur à Gratiano in cap. dominus. 23. q. 2. Sed quia dubium esse potest, quid nomine iniuriæ intelligatur, et inde necessario oportebit, ut sententia de iustitia belli, q̃

Sup secũdã secundæ. q̃. 40. arg. 1.

Augu.

ab iniuriæ cognitione pendet,sit etiam dubia:ideo ut omnis dubitationis causa hinc tollatur: decreui oēs belli iusti causas hic recensere,easq́ oēs sacræ scripturæ testimonio cōprobare,ut nullus de aliqua illarū iuste dubitare possit,iusta sit,an nō. Quibus enumeratis inter illas reperiemus eā,de qua nunc disputamus, & inde apte cōuincemus,iustum esse hæreticos rebelles bello oppugnare.

Prima igitur belli causa est Idololatria,a' qua q̄ recedere noluerint,iuste ob hoc debellari pn̄t. Nam ob hāc causam Deus præcepit filijs Israel, ut gentes plurimas subuerterent, & dissiparent, sic in Deuteronomio inquiens: Subuertite omnia loca,in quibus coluerunt gētes,quas possessuri estis,deos suos super montes excelsos,& colles,& super omne lignum frondosum. Dissipate aras earū,& confringite statuas,lucos igne comburite & idola cōminuite, disperdite nomina illorū de locis illis. Quæ omnia Nicolaus Lyranus ideo præcepta esse censet,ne ex phanis, seu templis idolorū remanentibus, occasio idololatriæ Iudęis daret̄,& ut memoria idololatriæ prorsus tolleretur, & sic tanta Dei iniuria in populo suo uitaretur. Et testimonio huius præcepti diuini fretus,ego sentio iustum esse bellum,quod catholici Hispaniarū Reges cōtra barbaras gentes, & idololatras,quę Deum ignorabant,uersus Occidens,& Austrum inuētas,ante aliquod annos gesserunt,& nunc etiam gerūt. Hac tn̄ conditione bellum illud iustum esse censeo,si antequam Reges contra illos bellum moueant,procurent diligenter,& fideliter illos monere,ut falsorū deorū cultum deserant,& uerum Deum, qui est cunctorum creator,& rector adorent. Quam monitionem si illi receperint,quamuis baptismum suscipere nolint:nō crederem iuste posse bellum cōtra illos moueri. Si autem tali monitioni obtemperare noluerint:sed obstinati in suo errore perstiterint: præsertim si uerbi Dei prædicationem impediant,tunc iustum erit,qđ ob hanc cām contra illos geretur bellum. Quia oēs illæ gentes (ut experientia

Deu.12

cõpertũ est)idololatriã exercent,& multa alia contra legem naturæ nefanda uitia cõmittunt. Nam queadmodum Deus olim filijs Israel contra Iebusęũ,et alias idololatras gentes fieri pręcepit,ita nunc etiã contra has gentes similibus uitijs,& criminibus infectas,fieri expedit.

Scđa iusti belli causa est,recessus à uero Dei cultu,ita ut si populus aliquis uerum Deum agnoscens, & illum (ut decet)colens hunc talem Dei cultum desereret,et alteri,cui non debetur,tribueret: iuste ob hoc possit bello oppugnari ab eo qui belli mouendi authoritatem hẽt. Nam Deus olim filijs Israel præcepit,ut ciuitatem, quæ in hoc incidisset crimen,bello delerẽt,sic in Deuteronomio inquiens: Si audieris in una urbium tuarꝝ,quas dñs Deus tuus dabit tibi ad habitandum, dicentes aliquos: Egressi sunt filij Belial de medio tui,& auerterunt habitatores urbis suæ,atque dixerunt: Eamus,& seruiamus dijs alienis,quos ignoratis, quære solicite, & diligenter rei ueritate perspecta,si inueneris certum esse, quod dicitur,& abominationem hanc opere perpetratam: statim percuties habitatores urbis illius in ore gladij, & delebis ea oĩa,quæ in ea sunt usque ad pecora. Quid quid ẽt supellectilis fuerit,congregabis in medio plateaꝝ eius, & cum ipsa ciuitate succendes, ita ut uniuersa consumas dño Deo tuo,& sit tumultus sempiternus. Non ædificabitur amplius,& non adhærebit de illo anathema te quicq̃ in manu sua,ut auertatur dominus ab ira furoris sui,& misereatur tui. Hactenus dñs Deus in Deuteronomio. In quibus uerbis,præter cætera id annotandũ est,quod ultimo dixit: Vt auertatur Dñs ab ira furoris sui,& misereatur tui. Nam p illa uerba docemur crimẽ illud tam graue esse corã Deo,ut pp unam solam ciuitatem illo crimine infectam: sæpe ira Dei ꝓuocetur contra totum regnum: præsertim si negligatur puniri tale peccatum. Propter hanc causam omnes filij Israel conuenerunt in Sylo, ut pugnarent contra tribum Ruben, & tribum Gad, & dimidiam tribum Manasse. Audierant

Deu.12

Iosu.22

.n. filij Israel illos ædificasse altare in terra Chanaan iuxta Iordanem: putauerunt q; illos ad hunc finem ædificasse altare, ut in illo dijs gentium hostias, & uictimas offerrēt. Vt autem à nuncijs, quos ad illas tribus ob hāc rem miserant, plene edocti fuerunt, aliter se rem habere, quàm ipsi putauerant, abstinuerunt à bello quod contra illas tribus facere decreuerant.

Tertia iusti belli causa est, cum quis alium impedit, ne id quod sibi iure debetur, assequatur. Ideo Iulius Cæsar apud Lucanum optime mihi dixisse uidetur.

Lucan. lib. 1. Arma tenenti
Omnia dat, qui iusta negat.

Quæ uerba ideo Cęsarem dixisse constat, ut belli, quod contra Romanam rempublicam mouebat, iustam ostenderet causam: ppea q aditum ad Romam, qui sibi tanq̃ uero ciui, & bene de repub. merito, iure debebatur, senatus, populusq; Romanus, illi impedire moliebatur. Sed prophanis exemplis prætermissis, sacrum exemplum, qđ multo maioris est roboris proferamus. Filij Israel (ut liber Numero℞ testatur) pugnauerunt contra Seon, & Og Reges Amorrheo℞, ppea quòd illis permittere noluerunt, ut per terram illo℞ transirent, quãuis filij Israel eisdem Amorrheis fide iubebant se non declinaturos in agros, aut uineas eo℞, nec bibituros aquas ex puteis eorum: sed uia Regia incessuros, donec transirent terminos eorum. Quam historiam pertractans Augustinus in quæstionibus super librum Numerorum q. 43. ait: Notandum est sanè quemadmodum iusta bella gerantur. Innoxius.n. transitus negabatur, qui iure humanæ societatis æquissimo patere debebat. Hæc ille.

Nu. 21. Augu.

Quarta belli iusti causa est, cum propria res petitur, quę per uim, et uiolentiā ab hoste detinetur, nec aliter q̃ per bellum recuperari potest. Propter hanc c.n. causam mortuo Saule Dauid bellum gessit contra Isboseth filium Saulis, qui occupare nitebatur regnum Isra el, qđ per Samuelem pphetam Deus iam Dauidi cōcesserat.

2. re. 2.

Quinta iusti belli causa esse potest suspsius, aut subditorum Principis defensio. Nam sicut suspsius defensio iure cuicp concessa est, ita etiam defensio eorum, qui Principi subdūtur, iure conceditur Principi, propterea quòd sicut quisq sui, ita Princeps suorum omnium curam gerit. Etsi illi ab hoste uexantur, iuste potest Princeps pro illorum tutela bellum contra hostem mouere, ut illum à uexatione subditorum suorum abstinere cogat. Nam (ut iura testantur) uim ui repellere licet. Hæc eum pcipua est caussa, pp quam Dauidem tot bella contra Philisthęos gessisse sacra perhibet historia. Propter hanc etiam cām, et propter proxime præcedentem: filij Israel Ducibus Machabęis sæpe contra Antiochum, & Demetrium Reges feliciter pugnauerunt. 1. re. 2. 1. Ma. & 2.

Sexta iusti belli causa est, contra eum qui hosti iniuste persequenti fauet. Nam sicut hostem iniuste persequentem propulsare licet: ita etiam illum, per quem hostis potentia augetur deprimere licet, ut illo depresso, & humiliato, hostis potentia minuatur. Ob hanc causam Dauid Rex percussit Syriam Damasci, eo qp auxilium præbebat Adarezer Regi Soba. 2. reg. 8

Septima iusti belli causa esse potest si publicam iniuriam quisquem Principi intulerit, & ille, aut qui illi præest, dignam recompensationem reddere noluerit. Hæc sola fuit causa, pp quam Dauid Rex bellum mouit aduersus Hanon Ammonitarum Regem. Nam ille publica iniuria affecerat Dauid Regem, cum ille mediā partem barbæ nunciorum, quos Dauid Rex ad illum miserat, radi, & uestes illorum medias usq ad nates præscidi iussit. Hæc. n. iniuria non solum ipsis nuncijs, qui passi sunt: sed etiam Regi, à quo missi fuerant, illata est. Regi igitur, qui iniuriam passus est, eiusdem iniuriæ compensationē per seipm sumere licet: quia superiorem, à quo illam petat, non habet. Sed cum hanc petere tentat, hoc præ oculis illum hr̄e oportet, ne occasione uindictæ, ut irām suā expleat: sed cōmuni utilitati consulens, id faciat. Vt ui- 2. re. 10

delicet iustitia publica seruetur, & quisque sibi ipsi deinceps caueat, ne alteri iniuriam inferat.

Octaua iusti belli causa esse pōt, rebellio subditorꝝ, qui contra principem suum insurgunt, & ab illo admoniti illi obedire contemnunt. Nam Princeps sic contemptus iuste potest contra subditos rebelles bellum mouere. Cuius rei testimonium fidele præbet nobis Dauid Rex qui bellum mouit aduersus Seba filiū Bochri: ppea ꝙ ppl'm solicitauit, ut à Dauide Rege ad ipm deficeret. Ideo Augustin. lib. 21. contra Faustum ca. 74. ait: Aduersus uiolentiam resistentium siue Deo, siue aliquo legitimo Imperio iubente: gerenda ipsa bella suscipiunt à bonis, cum in eo rerꝝ humanarꝝ ordine inueniantur, ubi eos, uel iubere tale aliquid, uel in talibus obedire iuste ordo ipse constringit. Hæc Augustinus. Sed qui has causas breuiori numero comprehendere uoluerit: poterit hanc octauam cām ad quartam referre. Qm̄ qui aduersus rebelles bellum gerit, propriam rem, hoc est, obedientiam petit, quæ iniuste à subditis illi subtracta est.

2.re.20

Augu.

Nona iusti belli causa est, si quis scelestum hominem, qui iure puniendus est, defendat ne iustas persoluat pœnas. Nam Princeps ad quem spectat scelestum hominē punire, iuste potest contra iniustum illius defensorē bellum mouere. De qua re apertum nobis profert testimonium liber Iudicum, qui refert undecim tribus Isrl' (quorum Dux ex mandato Dñi fuit Iudas) mouisse bellum contra ciuitatem Gabaan, & totam tribum Beniamin, eo ꝙ homines de Gabaa, qui uxorem uiri Leuitæ incredibili furore libidinis uexantes, occiderunt, reddere ad supplicium noluerunt: sed tāquam rem iustam egissent, defenderunt. Ob quam cām omnes undecim tribus sic ex animo contra tribum Beniamin pugnauerūt, ut parꝝ abfuerit, quin ipsam tribum Beniamin prorsus deleret.

Iud.20

Decima belli iusti causa est, uiolatio pacti, & fœderis initi. Nam ob hāc cām, is, qui ex talis fœderis uiolatione læsus est, potest iuste contra fœderis uiolatorem bel

lum mouere. Ob hanc causam Iorã Rex Israel adiuuante illum Iosaphat Rege Iuda, bellum mouit contra Mesam Regẽ Moab, eo ꝙ tributa agnoꝝ, & arietum: q̃ ille Regi Achab patri Ioram ex fœdere antiquo quot annis soluere tenebatur, reddere noluit. Siquis autem hoc bellum accusare uoluerit: ꝑꝑea ꝙ à Iorã Rege pessimo gestum est, facile hæc accusatio tollitur, per id quod Iosaphat Rex Iuda iustus huic bello suppetias tulit, quas dare noluit nisi prius Dñm per prophetam consuleret, an mouere deberet bellum an non. Elisæus igitur propheta qui etsi Ioram Regem ob illius nequitiam dedignatus est, ob reuerentiam tñ Iosaphat Regis iusti, inspirante Deo rñsa dedit, constantes illos et fortes ad bellũ faciens per certam uictoriæ promissionem. 4. re.3

Ecce omnes belli iusti cãs, quas ego ex sacris lr̃is colligere potui, præter quas nullam aliam reperiri posse existimo, quæ ad aliquam haꝝ reduci non possit. De hoc tñ Lectorem admonere decreui, ut intelligat easdem causas iusti belli hr̃e illum, qui primum iusti belli motorem iuuat, quas ipse primus belli motor habet. Quo fit, ut quisquis iuste bellum gerenti, bellando fauet, iustam belli causam hr̃e dicatur: nisi aliud obstet quod iustitiã belli impediat. Iusta.n. belli causa est fauere iustitiæ, ꝑꝑ cuius defensionem iustum censetur bellum. Iuste.n. pugnauit Abraham contra quatuor Reges, qui Loth filiũ fratris sui captiuum ducebant, & eripuit illum de manu illoꝝ. Si iustam belli causam habuisset Loth contra illos Reges pugnando, & illis resistendo ne ab illis caperetur: iustam etiam belli causam habuit Abraham ipsi Loth suppetias ferendo, ut ipsum ab hostibus eriperet, qui illum iniuste rapuerant. Iuste etiam Iosaphat Rex Iuda bellum contra Regem Moab gessit, pro Rege Ioram, quia ipse Ioram Rex, cui ille adiutorium p̃bebat, iustam (ut diximus) belli causam habebat. Ge.14 4.re.3

Quatuor esse diximus ad iustum bellum necessaria, ex quibus duo, quæ diximus esse præcipua hucusq; de-

clarauimus, uidelicet authoritatem, & causam, superest, ut alia duo exponamus. Bona intentio in bello requiritur, ut iustum illud dici possit. Hoc docet August. li. 22. contra Faustum, c. 74. sic inquiens. Nocendi cupiditas, ulciscendi crudelitas, impacatus, atque implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, & si qua simi lia. Hæc sunt, quæ in bellis iure culpantur, quæ plerunque ita culpantur, ut iure etiam puniantur. Hæc ille. Sed hæc bona intentio non est propria iusti belli conditio: sed cõ munis ad omne opus bonum. Nullum. n. opus bonum dici potest, si illud praua intentione fiat. Hæc tñ operis malitia, non ab opere ipso oritur: sed ab ipso operante, qui id, quod bonum est, male operatur. Quo fit, ut cum de iustitia alicuius belli inquiritur, id solum sit inuestigã dum: quod est ipsi bello intimum, & connaturale: non autem id, quod est illi aduentitium. Vltimum, quod in bello iusto dr̃ esse requisitum, est, ut persona quæ bellũ gerit, non sit bellare prohibita. Nam qui sic prohibitus pugnaret, eo ipso peccaret, contra ꝓhibitionem faciẽs, & sic bellum alioqui iustum ipse iniustum faceret. Ecclesiasticis personis, publico decreto est bellum interdi ctum. Nam cõcilium Toletanum tale de hac re statuit decretum. Clerici, qui in quacunque factione arma uolen tes sumpserint, reperti amisso ordinis sui gradu, in monasterio perenniter tradantur. Hæc concilium Toletanum. Et concilium Meldense, à Gratiano citatum. 23. q. 8. sic ait: Quicunque ex clero vñr esse, arma militaria non sumant: nec armati incedant: sed professionis suæ uocabulum religiosis moribus, & religioso habitu prębeant. Quod si contempserint, tanquam sacrorum canonum cõtemptores, & ecclesiasticæ authoritatis prophanatores, proprij gradus amissione mulctentur: quia non põt simul Deo, & seculo ministrare. Hæc ex concilio Meldensi. Sed hic admonere oportet Lectorem, ut nõ putet ideo bellum personis ecclesiasticis esse interdictũ: quia illud in se malum sit, sed ob hoc solum, quia bellum talibus

personis non congruit, ppea quia illæ ad aliud melius exercitium deputatæ sunt, cui bellum aperte repugnat. Sunt.n. aliqua bona simplr, & absolute, quæ tñ aliquibus bona non sunt. Bonum siquidē est contrahere mrimonium: his tñ, qui castitatem uouerunt, bonum non est. Verꝝ licet personis ecclesiasticis sit prohibitum bellare, non est tñ illis interdictum bellis iustis interesse, ut iuste pugnantibus spūalr subueniant, pro eis orādo eos ad uirtutem exhortando, & suoꝝ pctōꝝ confessiones audiendo, Nam in lege ueteri mandauit Deus Iosue, ut *Iosue.6* in bello contra Ierico, sacerdotes sacris buccinis clangerent. Est hic insuper annotandum, quòd hæc belli iusti cōditio si desit in persona aliqua particulari, quæ bello miscetur publico, & cōi, licet ualeat reddere bellum iniustum quo ad ipsam personam particularem, non tñ ob hoc, bellum ipsum publicum dicetur iniustum. Qm̄ à pluribus, & non à paucioribus sumendum est belli nomen: nisi forte ipse, cuius authoritate bellum indictum est personas, quibus est bellum à iure prohibitum, citra cōem necessitatem ad bellum ire coegerit, aut sciens pmiserit. Tunc.n. ipse, qui bellum mouet, peccat, & hac ratione bellum iniustum facit: nō quidem pp iniustitiā, quam hosti inferat: sed quam reddit ecclīæ, cōtra illius prohibitionē psonam ecclīasticam ad bellū mittendo.

Ecce iam declarauimus omnia, quæ ad bellum iustū censentur esse requisita: quæ omnia non solum de bello publico, & cōi: sed ēt de bello priuato sunt intelligēda. Ita ut illa omnia etiam in bello priuato sint exigenda, ut iustum illud dici ualeat, quæ diximus esse requisita ad belli publici iustitiam. Lectorē tamen hoc loco admonere decreui, ut intelligat nos hic non loqui de bello defensiuo, quo quis se ab alio iniusto inuasore defendit: sed de bello illo, quod quis primo contra alium mouet. Nā in bello defensiuo, siue publicum illud sit, siue priuatum non est expectanda authoritas: quia hæc omnibus à natura concessa est, ut se ab iniusto inuasore defendant.

Quia ut dicitur in cap. Signasti.extra de homic.uolunt. uel causa.uim ui repellere omnia iura cōcedunt. Et hinc apparet, quàm iniuste Syluester de Prierio in sua summa,in titulo:Bellum.1.q.1.reprehendat Sūmam Angelicam,ꝑpea quòd dixerit eadem,esse requisita ad bellum iustum priuatum,quæ requirūtur ad bellum iustum publicum. Nam quod ille arguit clericum iniuste inuasum se defendere, & priuatum hominem iniuste inuasum sine superioris licentia posse se defendere, hoc idem argui potest de ciuitate iniuste inuasa quę sine Principis authoritate potest mouere bellum,ad hoc solum,ut se ab iniusto inuasore defendat. Quo fit,ut sicut priuata persona non tenetur expectare Principis authoritatē, ut se iuste defendere possit,ita etiam quæuis respublica non tenetur expectare Principis authoritatem, ut ab iniusto inuasore se iuste defendere possit: præsertim si ex tali expectatione imminet reipublicæ periculum. Et ideo,ut hæc inconuenientia uitaremus,diximus ea,quæ ad bellum iustum requiruntur,non esse intelligenda de bello defensiuo,sed de bello,quo quis alium aggreditur.

His ergo omnibus iam declaratis,opus est,ut principali qōni rñdeamus, & oñdamus licitum esse hęreticos bello oppugnare postquam de illoꝝ pertinacia, & rebellione constiterit. Quod facile efficiemus,si oñdamus ea omnia in hmōi bello adesse, quę ad iustum bellum diximus esse requisita. De duobus ultimis nō est opus disserere: qm̄ illa duo(ut diximus)sunt aduētitia,& extrinseca ipsi bello. Quo fit, ut malitia, quam ob illoꝝ defectum bellum habuerit,non sit ex natura, & proprietate ipsius belli:sed ex sola pugnantis malitia,utputa,quia malam ille habuit intentionem:aut quia est illi pugnare interdictum. Et siquis de his duabus belli conditionib⁹ contendere uoluerit,supponamus eas in hoc bello esse, quæ in omni bello pn̄t adesse,& abesse. Nam bellū contra hæreticos bona intentione mouere, quis uetat? Bona siquidem est intentio uelle hæreticos ad fidē conuer-

tere,

tere, & eos cogere, ut fidem, quā semel in baptismo susceperunt, tueri cogātur: quod multos timore malorꝝ, quæ per bella inferuntur fecisse cognoscimus. Bona intentio est uelle fidem catholicam exaltare, & dilatare, quam hæretici sua pertinaci rebellione facile coangustabunt: nisi bello coerciti a suis pestilentibus erroribus, resipiscant. Bona intentio est uelle rebelles, & inobedientes cogere, ut debitam cui tenētur obepientiam reddāt. Hanc aūt, aut aliam æque bonā fuisse in prædicto bello Caroli Cæsaris intentionem, ipse belli exitus tam apte ostendit, ut quisquis recte illum cōsiderare uoluerit: nisi fuerit edaci liuore corruptus, apertissime cognoscere ualeat. Nam postquam Cæsar Deo fauente est uictoria potitus, non exarsit in uindictam hostium. Tātam post uictoriam adeptam ostendit hostibus lenitatem, & mā suetudinem, ut Ioannem Federicum Saxoniæ ducem, et Philippum Lantsgrauium Hessię, qui multis Germanię populis contra ipsum Cæsarem rebellare persuaserunt, & exercitum imensum congregantes, audaci temeritate eundē Cæsarem aggressi sunt, in castra illius tormēta bellica sæpe iaciētes: pœna capitis quā iuxta leges pati merebantur, punire noluit: sed uitā, qua erant indigni, illis misericorditer concessit. Cum multę ex Germanię ciuitatibus his ducibus coniunctę contra Cęsarem uexilla leuassent, nullam tñ illarꝝ Cæsar in direptionē dedit. Nulli earꝝ, quæ culpā agnoscens ueniam petiјt, hucusqꝫ nocuit: sed omnibus illis clementissimus Imperator indulgentiam cōcessit. Si fuissent in Cæsare ea, quę (ut Aug. ait) uitiare solent iustam belli intentionē, uidelicet nocēdi cupiditas, ulciscendi crudelitas, animus implacabilis, his qui suam maiestatem grauissime lęserant, postquam illos in sua potestate receperat, nō tā facile, & cito pepercisset. De altero, quod ad belli iustitiam exigit, non est, quod iuste quis cōtendere possit. Cum sit res toti orbi notissima, Cæsarem nō ecclíasticas personas, sed laicas ex multis, & uarijs ꝓuincijs, uidelicet, ex Germa-

nia,Hispania,& Italia congregasse,ut Germanos ecclesiæ catholicæ,& sibi rebelles debellaret. Restant alia duo discutienda,quæ potissimũ ad belli iustitiã exiguntur. uidelicet,authoritas,& cã.De authoritate nullus,nisi prorsus ignarus,et mentis inops,dubitare potest.Qm̃ si belli indicendi authoritas,apud hoiem aliquem est, nullus est,qui illam certiorem,& maiorẽ habeat, ꝙ Imperator,qui solus uere nescit in hmõi temporalibus superiorem.Hic.n.est(ut Innoc.Papa ait)luminare minus quod præest nocti. Superest igitur, ut de cã inuestigemus,quam si ostenderimus iustam: inde aperte cõuincemus,iustum esse, ut hæretici pertinaces bello oppugnentur,pessimeq; sentire eos,qui Carolum Cæsarẽ pp huiusmodi bellum accusabant. Si aliquas ex iustis belli causis,quas supra recensuimus,ad memoriam reuocare uolumus,multas inueniemus quę hoc bellum iustũ esse aperte demonstrant.Iustam belli cãm secundo loco supra collocauimus recessum a uero Dei cultu. At hæretici,qui de Deo,aut sponsa illius ecclesia non credunt,q̃ credenda sunt,Deum uere,& ut oportet, non colunt.Iusta igitur belli cã est hæresis,quã qui deserere noluerint, iuste debellari pñt.Altera iusti belli cã, quam octauo loco recẽsuimus, est,siquis rebellet aduersus superiorem, cui reuerẽtiam integram p̃stare tenetur. Et certe ex hac etiam ratione apertissime cõuincitur, iustum esse bellũ, quod aduersus pertinaces hæreticos geritur.Nam hæretici omnes sunt aperte rebelles ecclesiæ sanctæ catholicæ,cuius doctrinam omnes fideles suscipere tenent.Hæretici aũt superbia excæcati propriam sñiam præferunt doctrinæ sanctæ matris ecclesiæ,& ideo ut suam sñiam tueantur,non dubitant doctrinæ ecclesiæ catholicę contradicere,& illius præcepta contẽnere.Ideo Iob de hæreticis loquens,sic ait: Rebelles fuerunt lumini, nescierunt uias eius:nec reuersi sunt per semitas eius. Quæ uerba btũs Greg.in Moralibus, de hæreticis intelligenda esse censet. Præterea hæretici pertinaces (ut supra libri

In.c.solitæ.de maior.et obe.

Iob.24

istius. c.3. aperte probauimus) iuste puniendi sunt. Et. c. 12. eiusdem libri ondimus, mortis supplicio illos si resipiscere nolint, esse puniẽdos. Et inde apertissime sequit, ut si illi huic iustæ punitioni resistere uelint: Princeps cuius ditioni subduntur, iuste ob hoc possit bellum aduersus illos mouere. Nam q pœnam iustã ex Principis mandato decretam, subire recusat, & ne illã patiatur Principi resistit, rebellis est. Quam rebellionem, iustam esse cãm belli, iam supra ex sacræ scripturæ testimonio, & ex bti Augusti. snia, aperte ostendimus. Rursum, si hæreticus pertinax, iuste est ad mortem dãnandus, nec refert (ut. c. 12. libri huius ondimus) qua morte, gladio uidelicet, aut igne, aut aqua, aut quouis alio modo, mors illi inferatur: cõsequens est, ut iustũ sit, hæreticos ptinaces, & rebelles bello oppugnare, ut pereant, & sic illos, ut erant meriti, Princeps morte mulctare possit. Nam hac rõne bella p Moysen gesta, q̃ omnia Faustus Manichæus accusabat, btũs Augusti. defendit: ppea quod per illa mortem, his, qui als erant meriti, Deo iubente infligebat. Sic.n. lib. 22. contra Faustum Manichæum. c. 74. loquens ait: Nec bella per Moysen gesta miretur, aut horreat, quia & in illis diuina secutus Imperia, non sæuiens: sed obediens fuit: nec Deus cum iubebat ista, sæuiebat, sed digna dignis retribuebat, dignosq; terrebat. Hæc ille. Simili igitur modo Cæsar, aut quiuis alius Princeps, cum bellum aduersus hæreticos pertinaces, qui iure sibi subduntur, mouet: nõ est dicendus sæuire: sed digna dignis retribuere, dignosq; terrere. Denique postq̃ Principum colla se Christo subdiderũt: sæpe Pontifices sancti, & docti ipsos Principes hortati sunt, ut bellũ contra pertinaces, & rebelles hæreticos mouerent, & sic illorũ obstinatam nocendi libidinem cõprimerent. Nec solis exhortationibus ad bellũ fuerunt contenti sũmi Pont. sed omnibus, q cruce signati ad bellum cõtra hæreticos procederent, pœnarũ, quæ pro pctis debebantur, sæpe indulgentiam cõcesserunt: ut uel tam magno præmio mi-

Augu.

lites allecti libentius ad bella processissent. Beatus Gregorius libro primo Epistolarum suarum, Epistola 72. Gennadio Patritio, & Exarcho Africæ scribens, ad bellum contra Donatistas hæreticos hortatur, sic inquiẽs: Sicut excellentiam uestram hostilibus bellis in hac uita dominus uictoriarũ fecit luce fulgere: ita oportet eam inimicis ecclesię eius, omni uiuacitate mentis, & corpis obuiare: quatenus eius ex utroq; triũpho magis, ac magis enitescat opinio, cũ & forensib⁹ bellis aduersarijs catholicæ ecclesiæ uehementer obsistitis, & ecclesiastica prælia sicut bellatores Domini, fortiter dimicatis. Notum est enim hæreticæ religionis uiros, si eis (quod absit) suppetit nocendi licentia, contra catholicam fidem uehementer insurgere: quatenus hæreseos suæ uenena ad tabefacienda (si ualuerint) Christiani corporis membra transfundant. Cognouimus enim eos contra catholicam ecclesiam domino eis aduersante colla subrigere, & fidem uelle christiani nominis inclinare. Sed eminentia uestra conatus eorum comprimat, & superbas eorum ceruices, iugo rectitudinis premat. Hæc Gregorius, qui aliquibus interpositis post ea Deum orat, ut ad huiusmodi bellũ gerendũ ille Gẽnadius sit fortis, sic inquiens: Persoluentes præterea paternæ charitatis affectũ, dominium petimus, quo brachiũ uestrum ad cõprimẽdos hostes forte efficiat, & mentem uestram zelo fidei, uelut mucronẽ gladij uibrantis exacuat. Hæc ille. Deinde cũ Albigẽsium hęresis, in Francia prope Tolosam oriretur: Innocentius Tertius huius nominis summus Pontifex, uir moribus, & doctrina clarissimus postq̃ illos per rõnes, & argumẽta, quæ illis multa offerebanť, à suo errore discedere nolle intellexit, armis contra illos (ut Platina refert) agẽdum esse decreuit. Huic successit in Pontificatu Honorius Tertius huius nominis summus Pontifex, qui uidẽs hanc Albigensiũ sectam adhuc in suo errore obstinatã, indulgentias, & peccatorũ condonationes (ut beatus Antoninus refert) his, qui cruce

Grego.

ſignati contra hmōi hæreticos ad bellum proceſſiſſent, conceſſit. Demū cum in Bohemia Huſſitarum hæreſis peruagaretur, nec illius defenſores poſſent argumentis, & rōnibus ab illa reuocari, adhortāte legato Sedis apoſtolicę Cardinale ſancti Angeli, datis ob hoc pctōꝶ indulgentijs (ut Aeneas Syluius in libro de origine Bohemoꝶ refert) ad bellum contra eoſdem hæreticos proceſſum eſt. Si bellum contra hæreticos non eſſet ſumendū, Deus, qui eccleſiam ſuam regit, non toties permiſiſſet ſummos Pōtifices, qui illi præſunt promiſſis ob hoc peccatorum iudulgentijs fideles contra hæreticos ad bellū adhortari. Ex his ergo omnibus iam apertiſſime cōſtat iuſtum eſſe, ut hæretici pertinaces, & rebelles bello oppugnentur, ut bello petiti dignam ſui criminis ultionem accipiant. De hoc tñ monere Principes oportet, ne putēt hanc belli contra hæreticos gerendi poteſtatem illos ita hr̄e, ut quoties illis placuerit, poſſint bellū contra hęreticos mouere. Non.n.licet illis hoc agere: niſi poſtq̄ per eccleſiaſticum iudicem fuerit declaratum illos eſſe hæreticos. Non.n.eſt æquum, ut pœna inferatur alicui, antequam conſtet illum culpam hr̄e, quæ talem exigat pœnam. Hæretici aūt crimen conſtare non p̄t: niſi poſt iudicis eccl'iaſtici declarationē, cui ſoli iura concedunt, de errore, & de pertinacia in illo deffinitiuam proferre ſnīam. Nam Bonifacius Papa octauus in cap. Vt inquiſitionis, de hæreticis. lib. 6. prohibet, ne quæuis laica ptās de hoc crimine iudicare audeat: quia crimen hoc (ut ait) eſt mere eccleſiaſticum. Deinde in capit. cum ſcd̄m leges, in paragrapho confiſcationis, eiſdem titulo, & lib. Papa prohibet, ne bona hæreticoꝶ per Principes ſeculares occupentur, antequam per eccleſiaſticū iudicem, cui hoc a iure competit, ſnīa ſit ſuper crimen hæreſis ꝓmulgata. Et idem per omnia dicendum eſt de morte, quam nullatenus poteſt Princeps hæretico ob crimen hæreſis infligere: niſi poſtquam eccleſiaſticus iudex, ad quem ſpectat, declarauerit illum eſſe pertinacem. Et

inde(ut ex dictis constat)sequitur, ut Princeps,non possit aduersus hæreticos ob solam hæresis cām bellum mouere:nisi postquam iudex ecclesiasticus, cui hoc ex iure cõuenit publica sentētia declarauerit illos esse hęreticos.

Superest ut aduersarioꝶ obiectionibus r̃ndeamus, q̃ illas tam fortes esse credunt, ut nemo illis resistere ualeat. Sed illas nullius roboris esse nos, Deo duce facile ostendemus,& inde firmiorem nr̃am sn̄iam efficiemus. Primo igitur nobis obijciunt hæreticos rationibus,et nõ armis esse conuincendos,quia fidem oportet esse liberam, & non coactam. Pro qua re & si nullum illi mihi proferebant testimoniũ,ego tñ,ne nihil sit,cui r̃ndere debeam,beatum Bernardum pro illis offero,qui sermone. 64.super Cantica,exponēs uerba illa, Capite nobis uulpes paruulas,quæ demoliuntur uineas,hæc ait: Si iuxta allegoriam ecclesias uineas, uulpes hæreses, uel potius hæreticos ipsos intelligamus,simplex est sensus,ut hæretici capiantur potius,quam effugentur. Capiantur, dico,non armis: sed argumentis, quibus refellantur errores eoꝶ,ipsi uero,si fieri põt,reconcilientur catholicę ecclesiæ,reuocentur ad ueram fidem. Hæc est.n.uoluntas eius,qui uult omnes homines saluos fieri,& ad agnitionem ueritatis uenire. Hoc denique uelle se perhibet,qui non simpl̃r capite uulpes, sed capite(inquit) nobis uulpes paruulas. Sibi ergo, & sponsæ suæ.i.catholicæ ecclesiæ iubet acquiri has uulpes,cum ait: Capite eas nobis. Hæc Bernardus. Huic obiectioni r̃ndeo,ueꝶ esse, quod aiunt,hominem libere,& non coacte ad fidem catholicam prouocandum esse. Hoc tñ non est vl̃r ueꝶ: sed in illis ueritatem habet,qui nunquam fidem catholicam in baptismo susceperunt, qui nequaquam sunt ad fidem cogendi. Illi autem,qui semel Christum in baptismo induerunt(ut supra capitulo quarto libri huius ostēdimus)cogendi sunt,ut fidē,quam semel susceperunt teneant. Quod aũt Bernardus ait hæreticos non armis, sed rationibus,quibus refellantur errores eoꝶ capiēdos

Bern.

1.Ti.2.

esse, de illis solis hæreticis intelligendum esse constat, q nondum fuerunt legitime de suis erroribus admoniti, & quibus nondum sunt oblata argumenta, quibus eorum errores aperte conuincuntur: ac proinde non constat illos esse pertinaces. De his.n. ego fateor non esse illos armis oppugnandos, antequam sint de suis erroribus legitime admoniti. Hac tñ legitima admonitione illis exhibita, si in suis erroribus obstinati catholicam fidem suscipere contempserint, iuste poterunt debellari, ut mortem, quæ suo crimini debetur, & quam per potentiam fugere nituntur, uel inuiti sustinere cogantur. Et hoc ipsum etiam beatus Bernardus docet, qui post prædicta uerba hæc, quæ sequuntur ibidem adiunxit: Itaq; hõ de ecclesia exercitatus, & doctus si cum hæretico homine disputare aggreditur, illo intentionem suam dirigere debet, quatenus ita errantem conuincat, ut & conuertat, cogitans illud apostoli Iacobi: qui conuerti fecerit peccatorem ab errore uiæ suæ, saluabit aĩam eius à morte, et operit multitudinem pctõ℞. Quod si reuerti noluerit, nec conuictus post primam iam, & scdam admonitionem (utpote qui oĩno subuersus est) erit scdm Apl'm deuitandus. Ex hoc iam melius (ut quidem ego arbitror) effugatur, aut etiam religatur, quàm finitur uineas demoliri. Hæc Bernardus, qui aperte nostram confirmat sententiam, tantum abest, ut contrariæ fauere possit.

Bern.

Iaco.5.

Titi.3.

Secundo nobis obijciunt, quòd parcendum est multitudini, & mitius cum illa est agendum etiam si tota illa, aut maxima illius pars in crimen aliquod incidisset. Pro qua re licet nullum etiam (ut prius dixi) mihi protulerũt testimoniũ, ego tñ aliqua, q̃ illis in faciem fauere vñr, p feram testimonia, ut illis plene declaratis, inde constet illos, qui contra sentiunt nimium in hac parte hallucinatos fuisse. Augustinus in quadam epistola ad Bonifaciũ ait: Vbi per graues dissensionum scissuras non huius, aut illius hominis periculum: sed pplo℞ plurimo℞ strages iacet, detrahẽdum est aliquid seueritati, ut maioribus sa

Augu.

nandis malis, claritas syncera subueniat. Hæc Augustinus. Et citantur à Gratiano in capit. ut constitueretur. 50. distinctione. Idem etiam in quodam particulari casu fieri præcepit Alexander tertius in capit. Latores. extra de cleri. excom. uel de po. ministrãte. Et idem innuit Honorius tertius in capit. finali. de transactionibus. Et alterius Innocentij dictum citat Gratianus in cap. Quoties. 1. q. 7. sic dicens: Quoties à populis, aut à turba peccatur: quia in omnes pp multitudinem uindicari non põt, inultum solet transire. Hæc ibi. Et beatus Augustinus in quadam epistola ad Aurelium Epm iterum ait: Non aspere (quantum ego existimo) non duriter, non modo imperioso ista tolluntur: sed magis docendo, q̃ iubendo: magis monendo, quàm minando. Sic.n. agendum est cum multitudine peccantium: seueritas aũt exercenda est in peccata paucorꝝ. Hæc Augustinus. Et citãtur à Gratiano, in cap. Comessationes. Quadragesima quarta distinctione. Hæc omnia istorꝝ sacrorꝝ doctorꝝ testimonia in faciem probare vñr semper parcendum esse multitudini, et inde forte hi, qui nobis in hac parte aduersantur, se conuincere putabunt, non esse iustum, ut cõtra hæreticos quantum libet pertinaces, & rebelles bellum exerceatur. Fateor quidem multitudini peccanti parcẽdum esse, & mitius cum illa agendum: hoc tñ non semp ita fieri oportet: sed solum qñ talis multitudo peccatum suum agnoscit, & parata est de illo corrigi, & bona de illius correctione hr̃ spes. Alioqui si multitudo ipsa peccans, peccatum suum non agnoscit: imò potius ipsum tanquam rem bene gestam uult pertinaciter defendere: tunc seuera punitione est coercenda, ut à suo errore discedat: ne nimia indulgentia obstinationis ansam illi p̃beat: præsertim si ipsa multitudo in potentia sua confidens: inde ad peccatum audacior fiat. Hoc expresse docet Augustinus in libro de uera, & falsa pœnitẽtia: sic inquiens: Cum.n. tot sunt, qui labuntur, ut pristinam dignitatem ex authoritate defendant, & quasi usum peccan-

di sibi faciant: rescindenda est spes ista. Hæc August. Et citantur a' Gratiano in cap. Qui uult. de pœnitēt. di. 6. Et certe etiam si Augustinus non doceret:rō ipsa apet te ondit: multitudinem peccantem, quæ peccatum suū agnoscere renuit, grauius esse puniendam. Qm̄ si multo rum pctm̄ in obstinatione permanentium relinquatur impunitum: ipsum pctm̄ erit aliis in exemplum, ut putēt quoties libuerit licitum esse illis aliud simile perpetrare. Ob hanc causam iurisconsultus in.l. Aut facta par. final. ff. de pœnis. ait: Nonnunquam euenit, ut aliquorꝫ male ficiorꝫ supplicia exacerbentur: quoties nimium multis personis grassantibus, exemplo opus sit. Hæc ibi. Quā sniam ego tunc intelligendam esse existimo, qn̄ multitu do peccans renuit pctm̄ suum agnoscere, et ab illo disce dere. Nam alioqui si multitudo ipsa peccatum suū agno scens illud deserat: faciendum esse censeo, quod dicitur in cap. Comessationes, & in aliis capitulis supra citatis.

Quod hæreticorum libri sunt comburendi. Cap. XV.

Non satis bene christianæ reipublicæ consultum esse mihi vr̄, si hæreticis è uita sublatis, eorumq́; bonis proscriptis, libri illorꝫ adhuc superstites maneant, quibus adhuc mortui toti Christianæ rei publicæ uehementer nocere pn̄t. Paulus Timotheo uiro quidem sancto, & docto scribens admonet, ut a' colloquio hæreticorum abstineat, ne illorꝫ uerbis, quę sciebat esse ad malum po tentissima, inficeretur. Prophana autem (inquit Paulus) & uaniloquia deuita, multum.n. proficiunt ad impietatem: & sermo eorꝫ, ut cancer serpit. Si uerba hæreticorꝫ adeo nocere pn̄t, ut ꝑpea cancro cōparentur, multo ma gis haud dubie nocebunt scripturę. Nam & si uiua uox (ut post Plinium Hieronymus dixit) habeat aliquid latē tis energiæ: sæpe tn̄ ob multas causas magis mouet scri ptura, quàm uox. Multi.n. sunt, qui nihil prorsus mouerent loquentes: propterea quòd carent dentibus, qui ad rectam pronunciationem sunt in primis necessarij carēt uoce sonora, & placida: quæ audientium animos nimiū

2. Ti. 2.

tenet attentos, aut si hæc omnia habent tam malam, & horribilem forte habent actionem, ut auditores a' contione potius repellant, quàm alliciant. At scriptura sine his omnibus mouere potest: quia nullo istorum illa indiget, ut affectus legentis excitare, & fouere possit. Deinde ea, quæ scribuntur, diligentius cogitantur: & multo accuratius digerũtur antequam in publicum ꝓdeant, quàm ea, quæ in communi colloquio tractamus, quæ sępe, at menti se offerunt, absque multo examine proferun tur. Et inde necessario consequens est, ut fortiores neruos, & subtiliores aculeos habeat sæpe ratio scripta, q̃ ex tpe dicta, quibus animus legentis transfixus: tam potenter detinetur, ut etiam uolens discedere non ualeat. Ipsi etiam qui legunt, uehementius, ut in plurimum insistunt circa scripturam, & multo attentius, & cum longiori examinatione illam legunt, quàm audiant uerba loquentis. Habet adhuc aliquid peculiare scriptura, per quod multo latius nocere potest, quàm oratio prolata, quamuis illa sit tam anxie præcogitata, ut in qualibet illius iunctura, millies orator caput scalpserit, totosq́; deroserit ungues. Nam uerbum semel ore prolatum, irreuocabile uolat. Quo fit, ut nulla in posterum sit potestas illius: quia ut semel ab ore fuerit emissum, nemini præter illos, qui tunc audierunt, se solo ꝓdesse, aut obesse poterit. Ea uero, quæ scripta sunt, per multa secula seruantur, & a' diuersis uiris per multa secula leguntur Vnde euenit, ut ꝑ multa secula ꝓficere, aut nocere possint scripturæ ꝑ multa secula seruatæ. Consequẽs igitur est, ut hæreticoꝝ libri, errores contra fidẽ catholicã in se cõtinẽtes, censendi sint ueluti perennes q̃dam fontes perpetuũ uirus euomentes, aut tanq̃ profundæ q̃dam radices perpetuum quoddam uenenum ex se producentes, qđ incautos facile perimere pôt. Necessarium est igitur, ut omnes hęreticorum libri comburantur, ne pestilẽs aliqua maneat radix, quæ nouos quotidie ualeat ex se gignere hæreticos. Hieremias propheta constitutus est

Hier. 1

à Dño non solum, ut abscindat ramos: sed ut euellat radices, & disperdat, & dissipet eas. Nam radice seruata, facile rami ex illa nascentur. Hæretici siquidem suas hæreses ideo libris editis illas scriptas relinquere ꝑcurãt, ut per libros illos suas hæreses non solum ad illos, qui apud exteras nationes tunc uiuunt: sed etiam ad posteros transmittant. Duplici igitur nomine, hæreticorum libros nocentissimos esse constat. Nam per illos tanquã per canales quosdam, hæreses de populo in pplm, & de regno in regnum, & de prouincia in prouinciam transeunt: quas omnes nec per propriam uocem, neq; per uocales ministros hæretici illarum authores tam facile in tã remotas prouincias transmittere possent. Deinde sparsis iam per multas nationes hæresibus, aliud adhuc ex libris hæreticorum multo grauius oritur incõmodum, quod nullo unquam æui senio hæreses moriuntur, nullaq; est tam noxia doctrina, quæ aut tpibus obruatur, aut obliuione sepeliatur. Qm̃ hæreses tandiu perseuerare erit necesse: quandiu libri, qui pro illarum defensione editi sunt, perstiterint. Hæc omnia tam manifesta experientia cõprobata sunt, ut plura q̃ uellemus ad illorum confirmationem habeamus exempla. Nec opus est antiqua exẽpla, quorum multus est numerus repetere: cum satis, superq; sit hoc, quod totus ferè, proh dolor Christianus orbis nunc experientia docente agnoscit. Cum primũ Lutherus à uera fide catholica deficiens, insanire cœpit, ad sui erroris tutelam libros aliquot edidit, quibus suas hæreses alijs etiam si posset persuadere conatus est. Legerunt hos multi, & illis perlectis sic à ueritate in mendacium translati sunt, ut multo peiores, multóq; pestilentiores Lutheto statim in Germania surrexerint hęretici, qui libris etiam editis suas hęreses confirmare curarunt. His igit̃ medijs intra paucos annos tota ferè Germania iã perijt, q̃ bona erat olim Christiani orbis pars. Nec intra solam Germaniam hæc pestis se cõtinuit, qđ sine gemitu, & lachrymis dicendum non erat; sed per to

tam ferè Europam uagatur,atq; grassatur. Rara siquidē est in toto Christiano orbe prouincia,in qua non sint ali qui Lutherani,aut publici,aut occulti. Quod non aliun de euenisse certissime constat: nisi q libri Lutheri & aliorum eiusdem classis hominum per omnes ferè puincias impune deportati sunt, & cuicunq; legere uolenti sunt exhibiti. Et inde pestis hæc tātas uires eūdo acquisiuit, ut nisi Deus sua benignitate, & clementia huic morbo tam late grassanti mederi dignetur, nulla sit iam reliqua spes. Si tñ à principio ea, qua decebat diligentia, tales libri fuissent prohibiti, & illorum portatores, uenditores, lectores, detentores fuissent acerba seueritate puniti, non tm̄ hęc pestis inualuisset. Sic.n. faciendum esse quidam egregius poeta præcepit, dicens:

Ouid. Principijs obsta: serò medicina paratur,
Cum mala per longas inualuere moras.

Quisquis igitur diligenter perspexerit, quam graue nocumentum recentes hæretici libris suis Christianæ reipublicæ intulerint, merito cum Hieremia propheta plo-

Tren.4 rabit, & dicet: Lamiæ nudauerunt mămam, lactauerūt catulos suos. Nā hæc uerba de hæreticorum nimium atro ci crudelitate, quam illi per scripturas suas cum fidelib9 catholicis exercent, interpretatur btūs Hieronymus in

Hiero. cōmentarijs super Trenos Hieremiæ sic inquiens: Lamia humanam faciem habet: sed corpus bestialem. Et aliquibus interpositis subdit: Pñt in lamia hæretici acci pi, qui humanam quidem faciem: sed belluina per impietatem corda gestant. Hi tunc mămam nudant, qñ er rorem suum libere prędicant. Tunc catulos lactant, qñ male sequaces paruulorum animas, dum puersa insinuāt, ad impietatem nutriendo confirmant. Hæc Hieronym. Cum igitur euidentissimis rationibus, certissimáq; rerum experientia constet, hæreticorum libros nimium Christianæ reipublicæ nocere, inde necessario, consequens est ta les libros esse comburendos, aut alio quouis modo ex orbe delendos, ut à nemine legi possint. Si puteus aliqs,

aut fons publicus, ex quo pp̃ls aquam ad potum haurire solet, inficeretur ueneno, is qui pp̃li regimen tenet, deberet puteum obstruere, nequis forte ex illo incautus bibens periret. Etsi rector pp̃li nollet obstruere puteum; sed uellet omnibus esse patentem, eo ipso totius populi certissimus hostis merito censendus esset. Nihilo secius de hæreticorum libris dicendum esse apertissime constat. Nam illorum libri quasi putei publici facti sunt, postquã in publicum prodierunt: qui cum sint hæreseos ueneno infecti, necessarium erit illos ab orbe toto relegare, neqs forte ad illos accedens hæreseos uenenum ab illis hauriat, quo inficiatur, & pereat. Quisquis igitur illos cum prohibere possit, permiserit, is totius reipublicæ xp̃ianę apertus hostis iuste censebitur. Quia omnes, quos potuerit fideles, uult perdere, & in pestiferos errores trahere, cum ab illis non remoueat hæreticorum libros, qui magnam offerunt hæresum occasionem. Nam (ut optime Symmachus Papa dixit (non grandis est dr̃ia an Læthũ inferas: uel admittas, mortem.n. languẽtibus probatur infligere, qui hanc cum possit, non excludit. Et certe (ut aperte loquar) omnis Rex, aut Prorex, aut ciuitatis rector, aut quæuis alia ptãs ex industria permittens in terris suæ ditioni subiectis libros hæreticorum uendi, pręter hoc, q̃ grauissime peccat, uehementem ob hoc solum p̃bet contra se hæresis suspicionem. Quod apertissimo testimonio beati Innocentij Papæ huius nominis primi ꝓbari potest, qui in epistola quadam, hæc ait: Negligere quippe, cum possit perturbare peruersos, nihil est aliud, q̃ fouere. Nec caret scrupolo societatis occultæ q manifesto facinori desinit obuiare. Hæc Innocentius ille. Quæ uerba citantur à Gratiano in ca. Error. 83. dist. Nulla certe est uia qua magis possit occurri hæresibus, ne in populo oriantur, & ne exortæ ultra grassentur, q̃ si hęreticorum libri, ex quibus hæresis uenenum facile quis incautus bibere potest, prohibeantur. Quo fit, ut iuxta Innocentij s̃niam, non careat scrupulo societatis occultę Rex

Symm. papa.

Innoc. primus

aut quæcunq; alia ptãs,quæ hæresibus per librorum combustionem,desinit obuiare. Nec solum est de hæresi suspectus,qui hæreticorum libros,eum prohibere possit,uẽdere permittit: sed reus coram Deo erit omnium hęresum,in quas illorum librorum lectores, occasione ab illis capta, fuerint lapsi. Nam de talibus Paulus loquens,ait: Qui talia agunt digni sunt morte:non solum, qui faciũt ea:sed etiam,qui consentiunt facientibus. Quem locum Glossa ordinaria interpretans,ait: Cõsentire est tacere, cum possis redarguere. Et btũs Damasus Papa: Qui potest obuiare, & perturbare peruersos, & non facit: nihil aliud est,q̃ fauere impietati eorum. Hęc ille. Si hęretici libris suis(ut diximus)fidelibus nocent,necessario consequens est,ut eiusdem nocumenti sit particeps omnis ille dñs,qui cum posset, non uult tale nocumentum uitare, pręsertim si dñs fuit admonitus de nocumẽto, quod ex lectione talium librorum oriri poterat. Cuius snię umbrã in ueteri lege perfectissime deliniatã inuenimus: ubi de dño bouis cornuperæ, qui admonitus illum recludere noluisset, Deus hanc condidit legem: Si bos cornupeta fuerit ab heri, & nudius tertius, & contestati sunt dñm eius, nec reclusit dñs eum, occideritq; uirum, aut mulierẽ, & bos lapidibus obruetur, & dñm illius occident. Non ob aliam causam Deus tunc iussit dñm bouis cornupetę occidi:nisi quia censuit illum homicidam, quamuis ille manu sua neminem occidisset. Quia tñ dñs noluit bouem recludere, & sic mortem hominis, quę à boue prouenire potuisset, uitare contẽpsit, imputabatur illi mors, ac si ipsemet propria manu illum interemisset. Iustum quippe est, ut ille de damno illato habeatur reus, pp cuius culpam, & negligentiam damnum illud euenisse cõstat. Simili pœna constringendum esse constat, dñm illum, qui admonitus libros aliquos esse perniciosos & fidei catholicę incõmodos illos nõ uult prohibere. Nam si postea aliqui ex lectione illorum librorum mortem animę incurrerint, illorum mors dño imputabitur, qui cum pos-

Rom. 1

Dama.

Exo. 21

ſet,noluit mortis occaſionem auferre. Ideo ſaluator noſter ait. Qui ſcandalizauerit unum de puſillis iſtis, qui in me credunt: expedit ei, ut ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Is haud dubie credentes in Chriſtum ſcandalizat, qui illis præbet occaſionem diſcedendi à fide, quam Chriſtus, & apoſtoli eius docuerunt. Qui librum in fauorem alicuius hæreſis ſcribit, is aperte credentes in Chriſtum ſcandalizat: quia alijs præbet occaſionem, ut à uera fide diſcedant. At qui hmōi libros, cum poſſit, prohibere negligit, eãdem culpam habet, ac ſi ille librum ſcripſiſſet. Facientis quippe culpam habet, qui quod poteſt, negligit emendare. Conſequens igitur eſt, ut ille etiam credẽtes in Chr̄m ſcandalizare dicatur, qui libros hæreticorum negligit prohibere. Expediret ergo huic (iuxta dictum ſaluatoris) ut ſuſpenderetur molla aſinaria in collo eius, & demergeretur in profundum maris. Propterhas omnes urgentiſſimas rationes non ſolum Põtifices ſummi, quib⁹ hoc potiſſimum incumbit negocium: ſed etiam Imperatores, & Reges, qui aliquam fidei catholicæ rationem hr̄e uoluerunt, hæreticoꝝ libros eſſe cõburendos legibus, & decretis ante multa ſecula ſtatuerũt. Nam Cõſtantinus ille, qui primus Imperij maieſtatem Xp̄i humilitati ſubiecit, Arrianoꝝ libros omnes iuſſit comburi, mortis ſupplicium minatus omnibus, qui tales libros ſeruaſſent. Et quo maior uerbis meis adhibeatur fides Ep̄lam eiuſdem Cõſtantini, quam ille Ep̄is, & pp̄lo. de hac re ſcripſit, hic inſerere decreui, quæ talis eſt,

mat. 18

Victor Conſtantinus Maximus, Auguſtus, Epiſcopis, & populo.

Malignos, & impios Arrius imitatus, dignum eſt, ut illoꝝ quoq; ſuſcipiat ultionem. Sicut ergo Porphyrius diuinæ pietatis inimicus, iniqua uolumina contra religionem proferens, dignam promeruit inuenire mercedem, & talem, per quam in poſteꝝ eſſet opprobrium, & plurima compleretur infamia: & nunc placuit Arriũ, & conſectatores eius uocari Porphyrianos, ut quorum

Cõſtã. Impat.

mores imitati sunt eorum uocabulo perfruantur. Sup hæc autem, si qua conscriptio ab Arrio facta reperit, igni tradatur, ut non solum praua eius doctrina depeat: sed neque ulla eius possint remanere cõmenta. Hoc etiam præcipio, si quis conscriptiones Arrij celasse cõperitur, & non repente proferens igne consumpserit, mortis supplicio subiacebit. Mox.n. ut in hoc fuerit captus, capitalem suscipiat ultionem: Deus uos custodiat. Hactenus epl'a Constantini, quæ hr̃ libro 2. Historiæ tripartitæ cap. 15.

Post Constantinum magnum elapsis annis plusquam centum & quinquaginta Valentinianus, & Martianus Augusti cõtra Eutychetis, & Apollinaris sectatores uarias statuit pœnas, & deinde cõtra eos, qui libros istorum dogmata continentes seruassent: legem statuerunt hęc uerba continentem: Nulli etiam cõtra uenerabilẽ Chalcedonensem synodum liceat, uel aliquid dictare, uel scribere, uel edere, atque emittere, aut aliorum dicta, uel scripta super eadem re proferre, nemo hmõi hr̃e libros, & sacrilega scripturarum audeat monumenta seruare. Quod si qui in his criminibus fuerint deprehensi, perpetua deportatione dãnentur. Eos uero, qui discendi studio adicerint, de infausta hęresi disputantes, decem librarum auri, quę fisco nostro inferendæ sunt, iubemus subire dispendium. Vltimo etiam supplicio coerceantur, qui illicita docere tentauerint. Omnes uero huiuscemodi chardi, chartę, ac libri, qui Funestum Eutychetis, & Apollinaris complexi fuerint dogma, incendio concrementur, ut facinorosę peruersitatis uestigia flammis combusta depereant. Aequum nanque est, ut immanissima sacrilegia par pœnę magnitudo percellat. Scientibus moderatoribus puinciarum, eorumque apparitoribus, defensoribus etiam ciuitatum, quod si ea, quę legis huius religiosissima sanctione custodire decreuimus, aut neglexerint, aut aliqua pmiserint temeritate uiolari, denarum librarum auri mulctã fisco nr̃o inferre cogant: insuper ẽt existimationis suę periculum sustinebunt. Hęc Imperatores Valentinianus, et Martianus:

Valen. et mar.

Martianus: & hñr in lege. Quicunque. C. de hæreticis. Idem etiam ſtatuerũt Imperatores Theodoſius, & Valentinianus, ut conſtat ex. l. damnato. in eo. Codicis tit. Ecce uides ſanctam Imperatorꝝ diligentiam circa prohibitionem librorꝝ hæreticorꝝ, & religioſam acerbitatem in illorꝝ combuſtione. Sed nunquid Pontifices ſummi, & ſancti hoc agnoſcentes dãnauerunt iſtarꝝ legũ ſeueritatem? Nequaquã, imò potius uerbis, & opere illã cõmendauerunt, idem ipſi facientes, & ſuis decretis idẽ alijs facere præcipientes. Nam Leo primus, huius noĩs Pontifex in epl̃a quadam ad Toribium Aſtorigenſem epm̃. c. 15. ſic ait: Curandum eſt, & ſacerdotali diligentia maxime prouidendum, ut falſati codices, & à ſyncera ueritate diſcordes, in nullo uſu lectionis habeantur. Apocryphæ autẽ ſcripturę, quæ ſub noĩbus Apl̃orum: multarꝝ hñt ſeminarium falſitatum, non ſolũ interdicendæ: ſed etiã penitus auferendæ ſunt, atque ignibus concremandæ. Quamuis.n. ſunt in illis q̃dam, q̃ uideanť ſpeciem habere pietatis: nũquam tñ uacua ſunt uenenis: ſed per fabularꝝ illecebras hoc latenter operantur, ut mirabilium narratione ſeductos, laqueis cuiuſcũque erroris inuoluant. Vnde ſiqs epõrꝝ, uel apocrypha hr̃i per domos nõ prohibuerit, uel ſub canonicorꝝ nomine eos cõdices in eccleſia permiſerit legi, qui Priſcilliani adulterina ſunt emendatione corrupti, hæreticũ ſe nouerit iudicandum: qm̃ qui alium ab errore nõ reuocat, ſe ipſum errare demonſtrat. Hęc Leo Papa uir ſanctus iuxta, ac doctus. Quid aũt Gelaſius Papa de hæreticorꝝ libris cenſuerit faciendũ, liber Pontificalis declarat, qui uitam huius Gelaſij deſcribens, hæc inter alia refert. Huius tẽporibus inuenti ſunt Manichæi in urbe Roma, quos in exilio deportari præcepit, quorꝝ quoque codices ante fores Baſilicæ ſanctæ Mariæ incendio concremauit. Hæc in libro Pontificali de Gelaſio dñr. Præterea libros Ioãnis Vuiclef comburi duo archiepĩ apoſtolicæ ſedis legati primo pręceperunt: deinde eccleſia uniuerſalis in duo

Leo pp primus

bus gñalibus concilĳs Romano, & Constantiensi congregata idem fieri præcepit: prout apertissime constat ex gestis cõcilĳ Cõstantiensis, sessione octaua, ubi postquam dicitur, libros præfati Ioannis Vuiclef fuisse in cõcilio Romano ad ignẽ damnatos, ipsiusmet Cõstãtiẽsis concilĳ insuper additur definitio, his uerbis, quæ proxime sequuntur expressa: In noĩe domini nostri Iesu xp̃i hæc sancta synodus sñias prædictoꝝ archiepõꝝ, ac cõcilĳ Romani ratificans, & approbans, prædictos articulos, & eoꝝ quemlibet libros eiusdem dialogum, & trialogum per eũdem Ioãnem Vuiclef nominatos, & alios eiusdem authoris libros, uolumina, tractatꝰ, & opuscula, quocunque nomine censeantur, quos hic haberi uult pro sufficienter expressis: hoc perpetuo decreto reprobat, & condemnat. Et eorundem libroꝝ, & cuiuslibet ipsoꝝ lectionem, doctrinã, expositionẽ, & allegationẽ: nisi ad eoꝝ reprobationem, oĩbus xp̃i fidelibus prohibendo inhibemus omnibus, & singulis catholicis sub anathematis interminatione: & ne de cætero dictos articulos, uel ipsoꝝ aliquem audeant publice p̃dicare, dogmatizare, tenere, uel quõlibet allegare: nisi ad eoꝝ reprobationem, ut dictum est, uidens illos libros, & tractatus uolumina, & opuscula, prælibata publice cõcremari, prout decretũ fuerat in synodo Romana, sicut superius est expressum. Sup quibus exequendis, & debite obseruandis, mandat pręfata sancta synodus ordinarĳs locoꝝ uigilanter intẽdere, prout ad quemlibet spectat secundum iura, & canonicas sanctiones. Hactenus concilium Constantiense. Et quanquã hęc, quæ protulimus testimonia satis esse possent ad nostrę sñiæ confirmationem: tñ ut illam firmiorem relinquamus, antiquiora, & uetustiora exempla repetere uolo, et actus apostolicos reuoluere: in quibus apertissimum pro hac re inueniemus testimonium. Nam de mirabilibus apud Ephesum Pauli gestis, historia illa differẽs hæc ait: Multi credentium ueniebant confitentes, & annũciantes actus suos.

Cõciliũ Cõstãtien.

Act. 19

Multi autem ex eis, qui fuerant curiosa sectati, contulerunt libros, & combusserũt eos coràm omnibus, & cõputatis pretijs illorũ, inuenerunt pecuniã quinquaginta millia. Ita fortiter crescebat uerbũ dei, & confirmabatũ. Hæc Lucas in actibus aplorũ. Si libri curiosi ex præcepto Pauli tunc comburebantũ: multo magis comburerentur hæreticorũ libri, qui multo magis legentibus nocere potuissent. Sed non est absque annotatione ꝑtereũdum id, quod ad exaggerandam illam librorũ combustionem Lucas addidit, sic dicens: Ita fortiter crescebat uerbum Dei, & cõfirmabatur. Nam illis uerbis aperte docet nos Lucas, talium librorũ combustionem esse testimonium locupletissimum augmentationis, & confirmationis uerbi dei in illis. Quo fit, ut etiam econtrario colligere liceat, ualidũ testimoniũ diminutionis, & ruinæ fidei esse in illis, qui libros hæreticorũ, cum possint, comburere nolũt. Deinde, post apostolorũ tpa hoc fuisse in tota ecclesia seruatũ, testatur Origenes, qui Homilia nona super numeros ait: Si apud homines hodie iudicaretur hæc causa: & apud ecclesiarũ principes haberetur examen de his (uerbi causa) qui diuersa ab ecclesijs docentes, diuinæ uindictę pertulerint ultionem, nonne iudicarent, ut siquid locuti sunt, siquid docuerunt, si quid etiam scriptum reliquerũt, uniuersa pariter cũ ipsorum cineribus deperirent? Hæc Origenes. Ex cuius uerbis constat hãc esse suo tpe totius ecclesiæ sniam, libros hæreticorũ esse comburendos. Accedit ad hæc omnia, quod Eusebius Cæsariensis in lib. de tpibus refert libros Protagoræ sophistæ fuisse ab Atheniensibus cõbustos. Cuius combustionis quanquam Eusebius eo loco cãm non explicet: aliam tñ non fuisse credendum est, quàm ut suæ reipublicæ prospicerent, & dãnum uitarent, qđ tales libri legentibus possent inferre. Si homines gẽtiles tantam suæ reip. quam regendã susceperant, rõnem habuerunt, multo iustius est, ut Principes xpiani maiorem catholicæ ecclesiæ, pro qua filius dei mortem subire di-

Orige. Euseb.

gnatus est, curam suscipiant, & libros hęreticorum, q mul to plusquam Protagoræ sophistæ ecclesiæ nocere pñt ultricibus flammis tradant. Non est.n.æquum, ut christiani principes in recta ppli gubernatione principibus gentium cedant. Quod si, ut faciendũ esse probauimus, hæreticorum libri comburãtur, dabitur per hoc, haud dubie cuique authori hęretico digna suo crimine pœna: qm iuxta sapientis dictum, in quo peccauerat in eo punietur.

Sap.6. Peccant.n. omnes hæretici quadam inanis gloriæ cupiditate, ex qua pestilẽte radice sicut multa alia oriunt scelera, ita ẽt hæresis, q̃ est omnium aliorum grauissimũ malum. Nã qui nimio affectu popularẽ captat gl'iam: nihil pro illa assequenda intentatũ relinquet, ad illã tãquam ad quendã scopum oẽs suos actus diriget. Cum loquit, cũ scribit, cũ disputat, aut cũ aliud quoduis opus agit, semper ppli gloriã præ oculis habebit, qm hæc est summa omnium uotorum suorum. Quod si hanc quam ardentissime cupit gl'iam, alia uia se posse assequi desperauerit: tunc nouam cõfingere doctrinam conatur, ut rei nouitate alios in sui admirationẽ trahat. Ex ipso deinde impotẽti gl'iæ popularis desiderio oritur pertinacia tã inflexibilis, ut quãuis in certamine oĩum iudicio succumbat, nunquã cedere uelit. Mauult.n. in errore persistere quã se uictũ fateri, ne hac occasione, uel minimam gl'iæ ptẽ, quam ĩmodice cupit, amittat. Sunt.n. hæretici optime

Gen.11. figurati in uiris illis superbissimis, q dixerunt: Venite, faciamus nobis ciuitatẽ, & turrim: cuius culmen ptingat usque ad cœlũ: & celebremus nomẽ nostrum. Hæretici siqdem nomina sua uolũt celebrare in terris, & ob hãc cãm turres superbæ uanitatis cõstruunt, & libros hæresibus plenos cõponunt. Tã insita est oĩbus hrticis inanis gl'iæ cupiditas, ut per illã, tanq̃ per proximam cãm

Augu. heretici diffinitionẽm August. dare decreuerit, sic dicẽs: Hæreticus est, qui pro alicuius tẽporalis cõmodi, et maxime gloriæ, principatusq́ sui grã, falsas, ac nouas opiniones gignit, uel sequitur. Hæc Augustinus in libro de

utilitate credendi. Ob hanc causam Paulus uolens fidei unitatem Philippensibus persuadere, admonet eos ab omni inani gloria abstinere, quod hanc plurimum fidei unitati nocere posse intelligebat. Vnanimes inquit ille) *Phil.2.* idipsum sentientes, nihil per contentionem, neque per inanem gloriam. Iustum igitur est, ut quam per librorū conscriptionem hæreticus procurauit popularem gloriam, hanc libris eius combustis non assequatur, & hoc modo punietur in eo, in quo peccauerat. Olim quidam sceleratus hō (ut Strabo refert) templum Dianæ Ephesinæ admirabili opificio constructum, igne succendit, & sic paruo tpe destruxit, quod multo tpe, multisq́ expensis fuerat ædificatum. Deprehensus est hō ille, & interrogatus cur tam graue, atque tam sacrilegum scelus ausisset, rñdit se optasse posteris memoriam sui relinquere, quam quia rebus clarissimis à se gestis assequi non poterat, hoc pessimo facinore se assequuturū sperauit. Hoc iudices intelligentes, edicto publico inhibuerunt, ne scriptor ullus, qui sacrilegum illud facinus scripsisset, illius patratorem nomine proprio exprimere auderet, ut nomine illius suppresso, memoria, quam tam impotenter, atque effrenate optauit ad posteros transmittere, citissime deleretur. Quisquis rem bñ circumspexerit, facile intelliget nullum ouum esse alteri ouo similius, quàm q̄libet hęreticus hō, est illi homini scelerato. Subuertit ille, atque destruxit templū Dianæ: & hæreticus nititur scindere, & euertere, atque perturbare ecclesiam Dei, quæ est templum illius. Scelestus ille hō ab impotenti inanis gloriæ desyderio motus est ad impium illud facinus perpetrandum, & hęreticus ab eiusdem inanis gl̄riæ ardentissimo amore ducitur, ut nouam confingat doctrinā, & sic ab ecclesię unitate discedat. Par igitur est, ut similis hęreticum pœna constringat, ut uidelicet eam, quam p̄ librorum editionem tam anxie concupit gloriam, libris eius omnibus prorsus ex orbe deletis, non assequatur. Huic etiam simile est, quod Iudas Machabæus cum Ni-

2. Mat. 15. canore duce exercitus Antiochi Regis fecit. Nam postquam ille fuit in bello occisus: iussit Iudas linguam Nicanoris abscindi, & auibus dari. Cur ita? Nunquid putandum est Iudam Machabæum illud abs re iussisse? Minime. Fuerat quidem Nicanor in Deum omnipotentem blasphemus, & sibi ipsi adeo arrogans, ut sibi magis q̃ Deo patendum esse non fuerit ueritus dicere. Ob hanc causam linguam illius etiam post mortem abscindi Iudas præcepit, ut in eo membro, quo tam impie peccauerat, illum puniret. Hæretici omnes blasphemi sunt: q̃m ecclẽiam, quæ à deo semp edocetur, non dubitant dicere mendacem, aut saltẽ deceptam. Sunt ẽt arrogãtes adeo, ut suo magis tribuant iudicio, quàm omnium doctorꝶ sacrorꝶ sententijs, parꝶ dixi: nisi etiam plusquam totius ecclesiæ definitionibus sibi ipsis tribuerent. Hi per libros tanquam per quasdam linguas adhuc mortui loquũtur, & per illos in Deum, & ecclesiam eius, suas effundunt, blasphemias. Has igitur linguas, hoc est, eorꝶ libros oportet abscindere, & non solum auibus discerpendos: sed flammis comburendos tradi, ut nullum illorum posſit superesse uestigium. Hæreticorꝶ cuilibet haud dubie conuenit illud, quod ex mandato Dei Hieremias ꝓpheta ad Edon locutus est, sic inquiens: Arrogantia tua decepit te, & superbia cordis tui, qui habitas in cauernis petræ. Cum exaltaueris quasi aquila nidum tuum, inde detraham te, dicit Dñs. Et erit Idumæa deserta. Omnis, qui transibit per eam stupebit, & sibilabit super oẽs plagas eius. Sicut subuersa est Sodoma, & Gomorrha, & uicinæ eius, ait Dñs. Hæreticorꝶ congregatio quantumlibet sit aliqñ multa, & frequens, tandem deo illam dispergente, erit aliqñ deserta: q̃m recta fide reuelata, & plene intellecta, hæresis illorꝶ ab omnibus deseretur, neque erit, qui illi adhæreat. Frequentissima fuit olim, & per multas prouincias extensa hæresis Arrij: sed nunc iã uelut Idumæa facta est deserta: quoniam oẽs spreuerunt illam, & recesserunt ab ea. Adeo deserta est hæresis illa

Hier. 49.

ut non solũ iam non sint Arriani: sed nec Arrianorꝫ libri: qui illam hęresim doceant, & tueantur. Frequentissima, & multis populis plena est hodie hæresis Lutheri, qui si cut aquila exaltauit nidum suum, tanta superbia, & arrogantia deceptus, ut non uereatur in cœlum ponere os suum, & dicere Ecclesiam fuisse in tenebris usq; ad prædicationem suam, sed confido in Dño, quòd tandẽ erit tanquam Idumæa deserta. Sed quõ erit deserta hæreticorꝫ congregatio? Sicut subuersa est Sodoma, & Gomorrha, & uicinæ eius, ait Dñs. Hæ aũt ciuitates (ut historia sacra refert) igne subuersæ sunt, & incendio perierunt. Igne ergo succendere oportet non solum hæreticos: sed etiam libros eorꝫ, ut sit hæresis omnis uelut Idumęa deserta, & nemo sit qui habitet in ea. Iericho ciuitas non solum fuit a` filijs Israel destructa, sed igne succẽsa, & funditus deleta, ut fundamento sublato nulla maneret reædificationis occasio. Quantumlibet sit hæresis aliqua destructa, rõnibus conuicta, & ab orbe Christiano prorsus deleta: si tñ superstites sunt libri, qui illam doceant, atque tueantur, fundamenta illius manere vñr, super quæ facile poterit hæresis illa reędificari. Quisquis igitur Christianę reipublicę bñ consultum esse optat, omnes hęreticorum libros, si potest, comburere faciat, ne forte fidelis aliquis in illis legens, ab illis lędatur, et pereat. Si hęreticorꝫ colloquia, iuxta Pauli pręceptum sunt deuitanda ne illorꝫ cõione lędamur: & magis (ut pretati sumus) nocere pñt hęreticorꝫ scripturę, quàm uerba, consequens est, ut maiori cura sint euitandi libri, quàm uerba, & multo diligentius sit circa illorꝫ prohibitionẽ inuigilandum. Et quod diximus de libris hęreticorum, idem prorsus faciendum esse cẽsemus de libris Iudęorꝫ, et aliorꝫ infidelium, quos inter Christianos, et sub Christianorꝫ dñio uiuere contigerit. Est tñ aliqua inter Iudęorꝫ libros drĩa consideranda, quia non oẽs in eodem sunt gradu, & ideo nec eadem lege iudicandi. Quidam .n. sunt absolute boni, ut sunt libri omnes ueteris Testa-

Ge. 19

Iosu. 15.

2. Ti. 2

menti,& alij qui ueras illorum librorum continent expositio nes,et hi permittendi sunt Iudęis,quēadmodum permit titur illis,ut legis Mosaicę ritus, & cęremonias seruent. Quia in illis oib⁹ hr̄ quoddā testimoniū fidei catholicę, quę in illis reprę̄sentatur,tanquam ueritas in figura,& corpus in umbra. Sunt alij libri a` doctoribus Iudęorum compositi,pleni mēdacijs,& somnijs,& fabulis,&(qđ multo peius est) multis in Christum , & legem suā blasphemijs.Per hos libros seducuntur,simplices eorum,et in sua perfidia nutriuntur & fouentur, & detinentur,ne ad fidem Christi conuertantur. Hi tales libri merito debe rent comburi: quia sicut sunt compellendi, ne fidē Xp̄i malis persuasionibus impediant,ita iustum est, ut compellantur, ne libris editis impediant, quominus eorum aliqui ad fidem Euangelij conuertantur. Et sicut cōpellendi sunt,ne Christum,& sanctam eius legē uerbis blasphemēt, ita etiam ne blasphement scriptis.Hęc aūt om nia tollentur,si tales libri comburantur,quod Christiani Principes legitime facere pn̄t,cum Iudęi in pœnā pec cati,quod cōmiserunt in morte Christi,facti sint serui.

Respondetur aliquibus rationibus, quibus aliqui probare nituntur hæreticorum libros esse permittendos. Cap. XVI.

Et si urgentissimis,euidentissimisq́ue rationibus proba ui hęreticorum libros non esse permittendos:sed esse cō burendos,aut alio modo abolendos,non desunt tamē, etiam ex his,qui se Christianos iactant, qui huic catholicæ ueritati repugnare non uereantur. Nam cum olim ante aliquot iam elapsos annos in Flandria uersarer, fre quens de hac re mihi disputatio fuit cum quodam uiro docto,& catholico,ut exteriora ostendebant, hęretico tn̄,ut ego suspicabar. Et aliquos postea eiusdem classis homines Parisijs,& alibi inueni,qui cum se Christianos uideri optarent,hęreticorum tn̄ libros non esse comburen dos,pertinacissime tuebantur. Sunt.n.nunc multi pas sim tales: quales Christus Saluator noster uenturos es se prędixit, uestimenta ouium portantes, qui tamen in-

Mat.7

trinsecus sunt lupi rapaces. Illorꝝ omnium communes rationes hic referam, & cum illas facillime reiecero, oñdam eos debilissimo, & minus, quàm arundineo baculo inniti. Primo quidem dñt multa uere catholica, & bñ tractata esse in libris hæreticorꝝ, multos scripturæ sacræ nodos optime explicatos, multa obscura eleganter illustrata, quæ apud uiros catholicos prorsus nõ hñr, aut nõ sunt tam bene explicata, atque digesta. Iniustum aũt esse dicunt catholicam ecclesiam his omnibus priuare, & inde colligunt, ut iniustum etiam sit tales hæreticorꝝ libros comburere, ex quorꝝ combustione tam graue incommodum Christianæ reipublicæ aperte oritur. Hæc argumentatio, quã illi urgentissimã putant, utroqꝫ claudicat pede: quia ambæ antecedentis partes, quibus illa ad conclusionem ꝑcedere nititur, sunt falsæ. Nam quod primo assumpsit, multa in hæreticorꝝ libris inuenire bona, & bene tractata, quæ apud uiros catholicos minime reperiri possunt, falsum est, & diuinæ prouidentiæ apte iniuriosum. Fateor quidem aliqua esse in hæreticorum libris uera, & catholica & pulchre explicata, aliàs nullus illis fidem præbere uellet, si omnia plena mendacijs essent. Quòd autem ea uera, & catholica, quæ ab hæreticis bene tractata sunt, minime apud catholicos doctores inueniri possint, hoc est, quod constantissime nego. Nam & si aliqñ deus malis hominibus, & infidelibus prophetandi munus concessit: ea tñ, quæ illi prophetando prædixerunt, non per illos solos prædicta esse uoluit: sed per aliorꝝ bonorꝝ prophetarꝝ ora multo melius, & expressius illa eadem mundo manifestari decreuit. Prophetauit Balaam ille malus de aduentu Messiæ: sed multo melius, atque apertius, quàm ille prædixerũt hoc alij prophetæ. Cayphas ille, qui Pontifex erat anni illius, quo passus est Christus saluator noster prophetauit, quòd Iesus pro omnium salute moriturus erat, Hanc tñ gñis humani salutem per Christi mortem habendam, Dauid, Esaias, & alij plurimi sancti prophetæ,

Nu. 24

Ioã. 11

multo latius, & apertius prædixerunt. Cum primũ ueritatem aliquam ad salutem animæ necessariam Deus mundo reuelare uoluit, nunquam nisi per iustos, & sanctos uiros id fecit. Dedit Deus olim ueterem legem: sed per manus sanctissimi uiri Moysi tradidit illam populo Israel. Instituit longo post tpe legem Euangelicam, primos tamen illius prędicatores non uoluit esse fures, sicarios, homicidas, adulteros: sed solos sanctissimos uiros, apostolos uidelicet suos, quos ille ad hoc opus elegerat. Præcepit illis Christus saluator noster, ut euntes in mundum uniuersum prędicarent Euangelium omni creaturæ: hoc tamen noluit eos statim facere: pręcepit enim illis ab Hierosolymis ne discederent: sed expectarent promissionem patris, & acciperent prius uirtutem spiritus sancti superuenientis in illos. Cur ita? Nempe ut per aduentum spiritus sancti illos faceret dignos Euãgelij pręcones, sine quo indigni essent ad tam sublimem legem mundo annunciandam. Nam quia hanc spiritus sancti gratiam Paulus intellexerat esse necessariam ad digne annunciandum Euangelij ueritatem, ideo de se, & alijs Apostolis dixit: Sufficientia nostra ex Deo est, qui & idoneos nos fecit ministros noui Testamenti. Non est igitur credendum, ut Deus, qui alias Euangelij ueritatem non nisi per uiros spiritu sancto plenos mundo reuelare uoluit, nunc aliquam Euangelij partem ante incognitam per schismaticos hrticos mũdo notam facere uelit. Nec est etiam credendum, ecclesiam, quę ubertim est olim a Christo edocta, et nũc quotidie ab illo abunde edocetur, aliquid ex his, quę sunt necessario credenda, ignoret. Alioq non satis promissioni suę fecisset Christus, qua fidem suam obstringẽs dixit: Paracletus aũt spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo: ille uos docebit omnia, & suggeret uobis omnia quęcunque dixero uobis. Si Christus omnia necessario credẽda docuit, & spiritus sanctus omnium illorũ intelligentiam dedit, consequens est, ut ecclesia nihil illorum ignoret.

Mar. ult.

Act. 1

2. Co. 3

Ioã. 14

Nunquid celare potero Abraham, ait Deus, quę facturus sum? Si Deus Abraham celare noluit pp amicitiam, quę facturus erat, credere par est, illum multo minus celasse ecclesię illa, quę ad suā sunt necessaria salutē. Q̄m illam, eo ꝙ sponsa eius est, multo ardentiori amore complectitur. Et hoc ipm docet nos Deus per Amos, pphetam sic inquiens: Non faciet Dn̄s Deus uerbum: nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos prophetas. Nō dixit ad qualescunqꝫ pphetas: sed ad solos seruos suos. A uiris igitur fidelibus ex quibus ecclesia catholica cōstat, discere debemus: si quid scire cupimus, non ab hęreticis. Q̄m ecclesia in his, quę ad pietatem, & religionem spectant, est multo uberius edocta ab illo, qui nec fallere, nec falli nouit. Et hoc ipsum docet Irenęus martyr libro tertio aduersus hęreses cap. 4. sic dicens: Tantę igitur ostensionis cum sint hęc, non oportet adhuc quærere apud alios ueritatem: quam facile est ab ecclia sumere. Cum Apostoli quasi in depositorium diues plenissime in eam contulerint omnia, quę sunt ueritatis, ut omnis quicunqꝫ uelit, sumat ex ea potum uitę. Hęc est. n. uitę introitus, omnes autem reliqui fures sunt, et latrones. Propter quod oportet deuitare quidem illos. Quę autē sunt ecclesię, cum magna diligentia diligere, et apprehēdere ueritatis traditionē. Quid enim? Et siq̄n de aliqua modica qōne disceptatio esset, nónne oportet in antiqssimas recurrere ecclesias, in quibus apostoli conuersati sunt, & ab eis de p̄nti qōne sumere, quod certum, & rei liquidum est? Quid autem si neqꝫ apostoli quidem scripturas reliquissent nobis, nónne oportebat ordinem sequi traditionis, quem tradiderunt his, quibus cōmittebant ecclesias? Hactenus Irenæus martyr, & Polycarpi martyris discipulus. Ex cuius uerbis euidenter constat ecclesiam esse omni ueritatis doctrina plenissimam, nulliusqꝫ hæreticorꝫ doctrinę indigentem. Deinde, licet ecclesia aliquid ad fidem spectantis ignoraret, non est credendum, neqꝫ uerisimile, hęreticis illud esse à Deo reue-

Gen. 18

Amos 3.

Irenę9

Mat. 11 latum. Confiteor tibi pater (ait Christus Saluator noster) qa abscondisti hęc à sapientibus, & prudẽtib. & reuelasti ea paruulis. Paruulis inquam, reuelat Deus, quæ sapientibus, & prudentibus absconderat, non superbis, non his, qui sua existimatione tam magni sunt, ut suam sniam non dubitent omnium alioꝝ sniæ præponere. Paruulis, inquam, reuelat Deus, id est, humilib⁹, qui minima de se putant, qui suæ nunquam uolunt inniti prudentiæ, qui captiuare non dubitant intellectum suum in obsequium Christi. Hmõi paruulis Deus sæpe reuelat mysteria, quæ abscondit à sapientibus, & prudentib⁹, non hæreticis, qui sua existimatione tam magni sunt, ut reliquos omnes sua sapientia excedere putent, & suo iudicio plus ꝙ̃ totius ecclesiæ definitionibus tribuere non uereantur. Præterea, ꝙ̃ꝗ daremus aliqua esse in hæreticoꝝ libris catholicæ, & fideliter tractata, quæ in catholicoꝝ libris non reperirentur, illa tñ non essent ab hæreticis sumenda. Quia hæretici sil' cum illis ueris multa alia falsa admiscent, & timendum est ne dulcedine ueritatis allecti lectores, uenenum falsitatis incauti deglutiant. Præstat igitur cibo quamlibet bono carere, ꝙ̃ illum exitiali ueneno permistum comedere. Et inde constat falsum esse illud, quod secũdo loco in pręfata argumentatione assumptum est ubi dr̃, iniustum esse priuare ecclesiam illis ueris, & bene digestis, quæ in libris hæreticoꝝ inueniuntur. Non est certe iniustum: imò est econtrario iustissimum, atq; sanctissimum, & perinde, ac necessarium, ut à matre nostra ecclesia, in qua per baptismum geniti sumus, & à fratribus nostris fidelibus auferamus cibos quãlibet bonos, si illos ueneno mortifero permistos esse cognoscimus. Talis per omnia est hæreticoꝝ doctrina, q̃ semper ueris hẽt falsa pmista: quo fit, ut

Grego. sit ab omnibus deuitanda. Hoc aũt ita esse apertissime docet Gregorius, qui libro 5. Moralium sic ait: Habent quippe hoc hæretici proprium, ut malis bona permiſceant quatenus facile sensui audientis illudant. Si enim

semper praua dicerẽt, citius in sua prauitate cogniti, q̃d uellent minime psuaderent. Rursum si semper recta sentirent, profecto hæretici non fuissent. Sed dum fallendi arte ad utraq; deseruiunt, & ex malis bona inficiunt, & ex bonis mala, ut recipiantur, abscondũt: sicut qui ueneni poculum porrigit, ora poculi dulcedine mellis tãgit: dumq; hoc, quod dulce est, primo attactu delibatur, ẽt illud quod est mortiferũ, indubitãter absorbetur. Itaq; hæretici permiscent recta peruersis, ut ostendendo bona auditores ad se trahant, & exhibendo mala latenti eos peste corrumpant. Hactenus Greg. Ecce uides apertissimo Gregorij testimonio probari, semper hæreticorũ doctrinam esse ueluti quoddam uenenatum poculum. Et inde necessario consequitur, ut quisquis Chr̃ianæ reip. aliquam teneẽ hr̃e rationem, teneatur etiam tale poculum perdere ne eidem reipubl. Xp̃ianæ unq̃ nocere ualeat. Prestat.n. ecclesię tali poculo carere, quàm uenenatum bibere. Eãdem sn̄iam docet Leo Papa huius nominis primus, qui (ut supra proxime precedenti cap. ostẽdimus) in epistola ad Toribium Astorigensem Ep̄m cap. 15. præcipiẽs, ut libri Priscillianistarũ, & alię scripturę apochryphę uitẽtur, & comburantur id, quod huic sn̄ię obijci poterat, reijcit sic inquiens: Quamuis.n. sunt in illis quędam, quę uideantur spẽm hr̃e pietatis, nũquam tñ uacua sunt uenenis: sed per fabularũ illecebras hoc latenter operantur, ut mirabilium narratione seductos, laqueis cuiuscunq; erroris inuoluant. Hęc Leo Papa huius nominis primus. Ob hãc cãm Chr̃s Saluator noster dęmonia clamantia, & dicentia illum esse filium Dei, increpauit prohibẽs ne talia loquerentur. Verissima erãt, & sunt, quę dicebant, attamen loqui prohibuit, nec tñ gratis: sed ob iustissimam cãm illum fecisse, credendum est. Nempe ut populo occasionem tolleret credendi dęmonibus iterũ falsa dicentibus. Hanc.n. esse illius prohibitionis causam, testatur Beda in cõmentarijs super Lucam, sic inquiens: Quare autem dęmonia Dñs se loqui

Leo pp primus *Luc. 4* *Beda.*

Ps.49. prohibet, Psalmista manifestat, qui ait: Pctōris autem dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas per os tuū? Ne quis dum prædicantem audit, sequatur errorem. Improbus.n. magister est diabolus, qui falsa ueris sępe permiscet, ut specie ueritatis testimonium fraudis obtexat. Hæc Beda. Si Christ⁹ Saluator noster pp illam causam prohibuit dæmones clamantes, iustum est, ut ecclesia, quæ illi, ueluti corpus capiti se cōformare debet, hæreticos, qui sunt dęmonum progenies, prohibeat scribentes, ne suis scripturis ppt̄ nocere possint, ut dæmones poterant nocere uerbis. Prudenter igitur Ecclesia facit, cum hæreticoꝝ libros prohibet, & illos comburendos esse decernit: qa iuste timet ne id eueniat, quod Sapiens

Eccl.13 ait: Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea. Secundo adhuc mihi obijciebant, hi, qui hęreticoꝝ libros permittendos esse mecum contendebant, sic dicentes: Esto, hęreticoꝝ libri aliqua falsa contineant, quod negare non possumus: quia alias hæretici non essent, alia tñ uia absque illoꝝ combustione potest obuiari incōmodo, qđ tales libri possent Xp̄ianæ reipub. inferre. Nam si libri illi ab omnibus repurgentur erroribus, tunc permanebunt reliqua omnia munda, & poterūt tunc bona quæ hñt, absq; ullo ueneni periculo legentibus offerri. Malū est ergo libros hæreticoꝝ comburere: quia per talem combustionem ecclesia priuatur his, quæ in libris hæreticoꝝ bene, & catholice tractata sunt, quæ sine ullo suo periculo posset hr̄e. Huic obiectioni facile r̄ndꝫeri potest per ea, quæ in r̄nsione ad priorem argumentationem dicta sunt. Ibi.n. oñdimus tum rationibus ex sacris literis desumptis, tum testimonio sancti Irenæi, nihil esse in hæreticoꝝ libris ueꝝ, & catholicum, quod non sit in libris catholicoꝝ multo melius, & purius perrractatum. Ex quo euidentissime colligitur, ecclesiam nullius catholicæ ueritatis cognitione priuari, etiam si omnes hæreticoꝝ libri comburerentur. Sunt adhuc alia duo, per quæ hmōi obiectionem facile reijcere possumus. Nā licet da

remus aliqua esse in hæreticorum libris uera, & catholicę discussa, quæ in libris catholicorum non inueniũtur, ea tñ duplici ex causa ab hæreticis petere non expediret, etiã si eorum libri ad amussim corrigerentur, & essent ab omni errore defęcati. Primo quidem considerare oportet scripturæ sacræ dignitatem tantem esse, ut non cuilibet eas contrectare liceat, & multo minus eas interpretari, & de illarum intelligentia contendere: sed illis solis hoc licere credendum est, qui uere fideles sunt, & scripturam sacram ea, qua decet reuerentia suscipiunt. Hoc autem facile quisque intelliget, si prius animaduerterit, quo nomine sacra scriptura censeatur. Paulus apostolus qui nouit arcana Dei, sacram scripturam appellat testm̃ diuinum, ita ut legem ueterem uetus appellet testm̃: legem uero Euangelicam testm̃ dicat nouum: Nam in epistola ad Hebræos loquens de excellentia legis Euangelicę supra legem ueterem, quæ pctõribus grãm reddere non ualebat, sic ait: Et ideo noui testamenti mediator est, ut morte intercedente in redemptionem earum præuaricationum, quæ erant sub priori testamenro, repromissionem accipiant qui uocati sunt æternæ hæreditatis. In quibus uerbis Paulus ueterem legem prius testm̃, & legem Euangelicam nouum testm̃ appellauit. Quæ nomina adeo apud omnes catholicos inualuerunt, ut illæ duę leges non aliter, q̃ noui, & ueteris testamenti nominibus iam ab omnibus appellentur. In hoc testamento Deus nullam diuitiarum suarum partem hæreticis mandauit, neque illos suorum bonorum hæredes instituit. Si nõ decebat, ut filius aucillæ simul cum filio liberæ hæres institueretur, multo minus decet ut alienigena qualis est hæretic⁹ simul cum filio liberæ hęreditatẽ capiat. Si ancilla, hoc est synagoga (ut ait Paulus) eĳcienda erat, multo iustius est ut eĳciatur extranea, & inimica, hoc est, ecclesia malignantium cũ filĳs suis hęreticis. Qm̃ hęc non seruit, neque aliquid utilitatis affert ecclesię, quẽadmodum olim ancilla synagoga: sed tanquam inimica, & rebellis semper

Heb. 9

Gal. 4

illam hostili persequitur animo. Abdicatis igitur hęreticis tanquam pessimis filijs, necessario consequens est, ut nullum illi habeant ius inspiciendi testm̃ paternum, qđ est sacra scriptura. Si inspicere non pñt qui fit, ut possint interpretari? Nullo igitur modo decet scripturę sacrę interpretationem petere ab hęretico, cum illi non liceat illam interpretari. Hãc sñiam docet aperte Tertullianus in lib. de pſcriptionibus hęreticorꝝ, sic dicens: Nõ Christiani, nullum ius capiũt Christianarꝝ lrarꝝ, ad quos merito dicendum est. Qui estis, qñ, & unde uenistis? Quid in meo agitis non mei? Quo deniq; Marcion iure syluã meam cędis? Qua licẽtia Valentine fontes meos transuertis? Qua ptãte Apelles limites meos commoues? Quid hic cęteri ad uoluntatem uestram seminatis, et pascitis? Mea est possessio, olim possideo, habeo origines firmas, & ipsis authoribus quorꝝ fuit res. Ego sum hęres apostolorꝝ, sicut cauerunt testamento suo, sicut fidei cõmiserunt, sicut adiurauerunt, ita teneo. Vos certe exhęredauerunt semper, & abdicauerunt, ut extraneos, & inimicos. Vnde autem extranei, & inimici Apostolis hęretici: nisi ex diuersitate doctrinę, quam unusquisq; de suo arbitrio aduersus Aplos, aut ptulit, aut recepit? Illic igitur, & scripturarꝝ, & expositionum adulteratio deputanda est, ubi diuersitas inueniť doctrinę. Hactenus Tertullianus. Nec pro hac re opus est testimonio hominũ, pro qua Deus ipse, qui per ora prophetarum suorꝝ loquutus est, apertum reddit testimonium. Nam patiẽtissimus ille Iob, de hęreticorꝝ furto, & uiolentia loquens, ait: Agrum non suum demetunt, & uineam eius, quam ui oppresserant, uindemiant. Quę uerba beatus Greg. in Moralibus de hęreticis intelligẽda esse censet, sic inquiens: Potest agri nomine scripturę sacrę latitudo designari, quam hęretici non suam demetunt: qa ex ea sñias longe à suis sensibus diuersas tollunt. Quę uineę quoq; appellãtione exprimiť: quia p ueritatis sñias, botros uirtutum pfert. Cuius uineę Dñm. i. scripturę sanctæ cõditorem,

Tertul.

Iob. 24

Grego.

torem, quasi ui opprimunt: quia eius sensum in uerbis *Esa. 43* sacri eloquij inflectere uiolenter conanť, qui dicit, seruire me fecisti in peccatis tuis p̄buisti mihi laborē in iniqtati bus tuis. Et eandem uineā uindemiant: quia ex ea sn̄iaꝵ botros, pro suæ intelligētiæ intentione coaceruant. Hęc Gregorius. In quibus uerbis id potissimū est annotandum, quod ait sacram scripturā esse agrum a possessione hęreticoꝵ alienum, ac proinde hæreticos in illo, nec seminare, nec metere posse. Sed multo apertiora sunt, q̄ Deus, teste Dauid, locutus est. Nam (ut Dauid ait) pec- *Ps. 49.* catori dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testm̄ meum per os tuum? Quæ uerba interpretans Cassiodorus in cōmentarijs sup psal. sic ait: Testm̄ *Cassio.* uero uetus, & nouum significat, quia dū unum suspense dr̄, utraque memorantur. Potest hoc & de hæreticis doctoribus dici, q legem Dei docere p̄sumunt. Assumere. n. præsumptionem signat in deuoti. Nam lectionē credentibus non vr̄ interdicere, in qua peccatores maxime dignatus est cōmonere. Hæc Cassiodorus. Qui uerba illa Dei ad peccatores in genere dicta, de solis hęreticis interpretanda esse censet. Et siquis cōtendat illa de omnibus peccatoribus esse intelligēda, ego facile cedā: quia hic sensus non obstabit nostræ priori sn̄iæ: sed ual de iuuabit illam. Nam si Deus succēset peccatori, quod audeat ille enarrare iustitias eius, et assumere testm̄ illius per os suum, multo magis ob eādem cām succēsebit hæretico, cum sit ille oīum peccatoꝵ pessimus. Est adhuc alia cā, & non minor: sed forte urgentior, pp quam non expedit: imò nec licet, præsertim idiotis, scripturæ sacræ interpretationem ab hęreticorū libris petere: ēt si illi sint ab errorum fæcibus repurgati. Nam ea, q̄ credere tenemur, semper sunt constanti animo, & minime hæsitanti suscipienda. Alioqui si talis adesset dubitatio, quę suspē sum & nutantem teneret aīum, hæc (ut supra lib. 1. c. 7. docuimus) satis esset ad hæreticū hoīem efficiendū. Ea, quæ ab hæretico hoīe dn̄r, aut scribuntur, semper opor-

tet esse homini christiano suspecta: quia à tali uiro dicta: nisi illorũ certam ueritatẽ iam aliunde cognouerit. Diogenes Laertius in lib. de uitis philosophorũ, cum de Aristotele disserit, refert illum cuidam interroganti, quam mercedem haberet mendax, sic rñdisse. Vt cum uera dicat, nulla illi adhibeatur fides. Præsumitur.n. & iuste, illum semper mentiri. Nam (ut regula iuris ait) semel malus semper præsumitẽ malus. Quam regulã de eodẽ gñe malitiæ intelligendã esse iurisperiti docent, & bene. Iniustum.n. esset, ut quia unus aliquis in crimine adulterij, aut alio quouis crimine deprehensus est, ob id solũ reliqua oĩa crimina de illo liceat suspicari. De illo tñ, qui in uno aliquo crimine semel deprehensus est, merito suspicari licet illum in tali crimine uersari, quousque de illius emendatione plene constiterit. Constat aũt hæreticum errasse, & uel semel mendacẽ fuisse, alioqui non esset hæreticus. Iuste igitur quisq; suspicari poterit, illum in omnibus, quæ loqtur, aut scribit errare, & mentiri: nisi aliũde illorum ueritas plene constiterit. Quo fit, ut nunquã illi ob personæ suæ meritũ sit adhibenda firma fides: sed oĩa, q̃ aliunde nõ sunt probata, erũt semper suspecta ob id solum, quod sunt ab illo dicta. Et hoc mihi sensisse uidetur Sapiẽs, cum dixit: A' mendace qd uerum dicetur? Non q; illum necessario mentiri, aut ueritatẽ dicere non posse, doceat: sed q; semp est de mẽdacio suspectus, quí fuerit semel in mẽdacio deprehensus. Ob hanc cãm beatus Aug. in ep'a ad brũm Hieron. non permittit, ut ad sacras literas, uel minimũ admittatẽ mendacium: qm̃ illud solum (ut ait) reliquis oĩbus detraheret fidem, & authoritatẽ. Ex his oĩbus aperte, atq; euidenter colligitẽ nõ esse homini illi credendũ, quẽ constat errasse, & hæreticum esse: nisi q̃ loquitur, aut scribit alioꝝ certiori testimonio sint cõprobata. Non est igitẽ æquum, ut scripturæ sacræ expositionẽ ab hæreticis petamus, cũ illi sint al's deprehensi eandẽ scripturam deprauasse, aut in alienum à fide catholica sensum illam detorsisse. Nullus cibum corpo-

Ecc.34

reum (si tñ ullam suæ uitæ ille rõnem habet) ex illius manu sumere auderet, quem sciret, uel semel alicui uenenũ propinasse. Multo ergo iustius est, ut quisq; salutis et uitæ animæ suæ rõnem hñs uolens, doctrinam fidei ab hęreticis accipere reformidet, quos inconfesso est pluries in suis scriptis uenenosa dogmata miscuisse. Vir ille euãgelicus, qui ob inopinatũ amici aduentũ panes accommodatos petebat solã uicini ianuã pulsat. A' solo xpiano panẽ ueræ doctrinę petere debemus. qm̃ xpianus uir cuilibet alteri xpiano uicinus est, ambo intra unam eandemq; ciuitatẽ, nempe eccl'iam, cõmorantes. Ab hæreticis autem tanq̃ extraneis, q ab ecclesiæ incolatu recesserunt, nihil petendũ. Iniuriam certe faceret eccl'ię matri suæ catholicus filius eius, si panẽ doctrinæ peteret ab hęreticis, quos illa despectissimos hẽt, ꝑut ipsamet apud Iob de eisdem hæreticis loquens, ait: quoꝝ non dignabar patres ponere cũ canibus gregis mei. Quæ uerba interpretans beatus Greg. in Moralib⁹ ait: Quid est grex sanctæ eccl'ię: nisi mľtitudo fideliũ? Vel q alij h⁹ gregis canes uocant: nisi doctores sancti, q eorundẽ fideliũ custodes extiterunt? Qui dum ꝓ dño suo diurnis, nocturnisq; uigilijs clamauerant, magnos, ut ita dixerim, latratus p̃dicationis dederũt. De qbus eidẽ eccl'iæ ꝑ Psalmistã dicit: Lingua canũ tuoꝝ ex inimicis ab ipso. Nõnulli qppe ab idoloꝝ cultibus reuocati, facti sunt prædicatores dei. Et paucis interpositis subdit: patres uero hęreticoꝝ dicimus, eos uidelicet quos hæresiarchas uocamus, de quoꝝ peruersa p̃dicatione locutionis semine sequentes sunt ppli in errore gñati. Sancta ergo eccl'ia cũ canibus gregis sui hęreticoꝝ patres ponere dedignat: quia inuctores errorũ dijudicãdo respuit, eosq; inter ueros patres numerare contẽnit. Qui ẽẽ si quosdã nisi sunt a' gẽtilitatis errore reuocasse, quorũdã mores ad honesta agenda docuisse, pro eo tñ, q de dño recta nõ senserũt, eos cũ canibus gregis sui nõ ponit: qa cũ rectis p̃dicatoribus non ascribit. Hęc Greg. Et idẽ mihi uidet sensisse ꝓpheta Eze

Luc. 11.

Iob. 30

Grego.

Ps. 67.

chiel, cum ex mādato dñi ad falsos ꝓphetas Israel loq-
Eze. 13 tur, sic dicēs: Væ ꝓphetis insipiētibus, q̄ sequunt̄ spiritū
suū, & nihil uident. Quæ uerba btūs Hier. declarās in cō
Hiero. mentarijs sup Ezech. ꝓphetam, sic ait: Cū prophetarꝝ
nomen secūdum regulā scripturarꝝ bonis, malisq́ꝫ cōe
sit, in eo differūt, qđ boni ꝓphetę esse dñr sapiētes: mali
aūt stulti, & insipiētes. Quorꝝ alterꝝ refert̄ ad eccl'iasti-
cos uiros: alterꝝ ad oēs hęreticos, qui Dei spm̄ relinquē-
tes, sequūtur spm̄ suum: quia nequaquam diuino instin-
ctu: sed proprio corde uaticinant̄: unde & nihil uident.
Hæc Hier. Sed quare istis ꝓphetis insipiētibus, hoc est,
hæreticis, ꝓpheta dixerit Væ, uerba q̄ sequunt̄, aperte ex
primunt. Vident uana (inquit Ezech.) & diuinant mēda
cium, dicentes, ait dñs, cum dñs non miserit eos, & per-
seuerauerunt confirmare sermonem. Ecce cām pp quā
dixerit hęreticis, Væ. Causa igitur cōminationis manife
stata, quid tandem cū illis deus agere decernat, ꝓpheta
exprimit, sic dicens: Propterea hęc dicit dñs deus: Quia
locuti estis uana, & uidistis mendacium: ideo ecce ego
ad uos, ait dñs deus. Et erit manus mea super ꝓphetas,
qui uident uana, & diuināt mendacium. In cōcilio ppl'i
mei nō erunt, & in scriptura domus Israel non scribent̄,
nec in terram Israel ingredientur. Quæ uerba, licet btūs
Hieron. referat ad ultimum iudicij diem, in quo deus ex-
tra concilium ppl'i sui constituet hæreticos: nihil tñ ob-
stat, quin etiam de hac pñti uita intelligant̄, in qua hære-
tici iā sunt à concilio populi dei separati: quia sunt extra
eccl'iam, quæ sola est ppl's dei. Sed quia ꝓphetarꝝ uer-
ba obscuriora sunt, nec semp iuxta literæ supficiem: sed
sæpe iuxta mysticum illorꝝ sensum sunt accipinda, quī
parum efficax esse solet ad doctrinę alicuius cōfirmatio
nem: iō aliud ex sapiente eccl'iastico apertissimū proferā
testimoniū, quod aptissime testetur: sacræ scripturæ ex-
Ecc. 34 positionē non esse ab hr̄ticis accipiēdam. Sine mēdacio
(inqt ille) cōsummabit̄ uerbū legis, & sapiētia in ore fi-
delis complanabit̄. Nihil certe potuit dici aptius ꝑ no-

ſtra,quam tuemur, ſnía. Si ſapientia in ore fidelis complanabitur: ergo ab hęretico,qui non fidelis: ſed in fidelis eſt,non complanabitur:ſed mille aſperitatibus replebitur. Si uerbum legis cõſummabitur ſine mendacio, neceſſario conſequens eſt, ut uerbum legis non ſit apud hęreticos conſummatum, apud quos tam multa repeniuntur mendacia.

An liceat alicui, cum hæreticorum libros habere potuerit, illos legere. Cap. XVII.

Non ſemper hęreticorꝫ libri(ut neceſſario faciendum eſſe in præcedenti capite docuimus)comburuntur: imò aliqñ,pp iudicum,ad quos ſpectat,negligentiam,aliqñ pp negociatorꝫ peſſimam auaritiam,paſſim omni emere uolenti uenales exhibentur, ut quiſquis uoluerit, eos legere poſſit. Ob hanc cauſam a' multis catholicis uiris dubitatur,an quiſquis uoluerit hęreticorꝫ libros legere, licite illud,& ſine peccato facere poſſit. De hac re (ꝑut ego exiſtimo)non põt certa aliqua,& gñalis dari definitio:ſed uarias oportet facere cõſyderationes,iuxta quas uaria oportet dare rñſa. Prius quidem conſyderandum eſt,an ſit aliqua ſuperioris hominis poteſtatem ad hoc habẽtis prohibitio,qua ſit omnibus interdictum libros hęreticorꝫ legere. Si talis eſt prohibitio lege ſtatuta, q̃ omnibus ſine ullo diſcrimine lectionem librorꝫ hęreticorꝫ interdicat, abſque ulla dubitatione credo omnem illum peccare,qui in talibus libris lege prohibitis legerit. Inobedientia ſiquidem, qua pręcepta ſuperioris implere recuſat,illum apertiſſime reum peccati efficit. Qui uos ſpernit(ait Prękatis, & ſuperiorib⁹ Saluator noſter) me ſpernit. Et iterꝫ: Super cathedram Moyſi ſederunt Scribę,& Phariſæi,quæcunque dixeriut uobis, facite. Cum dixit,quæcunque dixerint uobis, non abſolute capiendum eſt: ut omnia, quæ illi pro libito ſuo ſubditis iniungere uoluerint,ſubditos ad omnia illa faciẽda coactos eſſe,docuerit Chriſtus. Sed dictio illa quæcunque, ad omnia,& ſola illa referenda eſt,quę ad Cathedram,

Luc. 10
Mat. 23

in qua sedent, spectant. Omnia.n.spectantia ad cathedram, & non alia, quæ prælati subditis præceperint, subditi facere tenentur. At nihil pōt magis ad sacerdotalem cathedram pertinere, quàm subditos, ut in uera fide permaneant admonere, omnem erroris occasionem ab illis procul semouere: nihil ergo iustius subditis præcipere pōt Prælatus, quàm si inhibeat illis lectionem librorum hæreticorum: ex qua maximum illis incommodum oriri possit. Nec aliquid interesse puto, an lex, qua caueatur hæreticorum libros legi, sit à ptāte ecclesiastica, an à potestate laica sancita: qm̄ huic etiam sicut illi obedire tenemur, Paulo ita docente, qui de omni potestate absque ullo discrimine loquens ait: Omnis anima ptātibus sublimioribus subdita sit. Nō est.n.potestas: nisi à Deo. Quę autem sunt, à Deo ordinata sunt. Itaq; qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui aūt resistunt, ipsi sibi damnatiouem acquirunt. Et paucis interpositis subdit: Ideoq; necessitate subditi estote, non solum pp irā: sed etiam pp conscientiam. Ex quibus Pauli uerbis beatus Thomas colligit humanas leges non solum Pontificias: sed etiam Cæsareas, & Regales obligare subditorum conscientias ad illarum obseruationem. Et certe huic beati Thomæ snīæ fauere vr̄ Theophilactus, qui prædícta Pauli uerba interpretās, sic ait: Necesse est, ut subeas iugum, ut non modo, uel Dei, uel Principum iram nil prsus pericliteris, ut contumax, nec intolerabili afficiaris supplicio: sed etiam ne cōscientia carere appareas. Hęc ille. Hoc tamen non est usquequaque de omni lege intelligendum: sed oportet considerare legis materiam, hoc est, rem ipsam, circa quam ordinata est lex. Si res est leuis, & quæ parum conducere potest reipublicæ, non est credendum talis legis conditorem uelle per talem legem subditos suos ad culpam aliq̄ obligare, & si hoc forte uoluit, & per legem suam expressit, non credo illū hoc facere posse. Nam (ut ait Paulus) non est data superioribus potestas in destructionem: sed in ædificationē.

Ro.13.

S. Th.

Theop.

2.co.10

Maxime autē esset aīaꝝ destructio, & periculosissimus illaꝝ laqueus: si pro leuissima quaqꝫ re possent superiores legem statuere, pro cuius transgressione subditi incurrerent culpam aliquam, uel pc̄tm̄ præsertim mortale. Si res est magni momenti, ex qua magnum aliquod cōmodum, aut incōmodum possit reipublicæ oriri: non dubito superiorem potestatem quæcunque illa sit, siue ecclesiastica, siue ciuilis, posse condere legem, quæ subditos illius trāsgressores obliget ad culpam etiam mortalem. De talibus quidem rebus credo Paulum locutū fuisse cum dixit: Ideoq́ necessitate subditi estote, non solum pp iram: sed etiam pp conscientiam. At cum res sit magni momenti, lectio libroꝝ hęreticoꝝ, ex qua grauissimum (ut præcedenti capit. ostendimus) Christiana respublica potest suscipere dispendium, conuincitur inde, ut non solum Pontifices: sed etiam Reges, & quælibet aliæ ptātes laicæ, possint concedere legem prohibentem lectionem libroꝝ hæreticoꝝ, cuius legis transgressores, letali sese obligent culpa. An aūt de hmōi hęreticoꝝ libris nō legendis aliqua gn̄alis prohibitio, aut a' summo Pontifice, aut a' Cæsare sit lege statuta, mihi hucusque non constat. Quidam forte dicent talem ꝓhibitionem esse datam in cap. Fraternitatis. extra de hæreticis. ubi dicitur: Celestini, & Pelagij hæreticoꝝ capitula non esse recipienda: quia damnato authore necesse est, ut libri etiam sint damnati. Sed ille textus nihil (ut ego censeo) quod ad præsens negocium spectet, dicit. Nam ex hoc, quod damnatus est liber, non est necessario consequens, ut eius lectio sit prohibita. Hoc aūt uel ex eo cōuincitur, quod in cap. Excōicamus paragraph. credentes, eodem titulo, dicitur, ut instrumenta confecta a' tabellione, qui sit credens, aut receptator, aut defensor, aut fautor hæreticoꝝ cum authore damnato damnentur. Certum est Papam per talem damnationem instrumentoꝝ non prohibere eorundem instrumentorum lectionem: sed hoc solum efficere, ut nullum habeāt

Ro. 13.

pro testimonio reddendo robur, nullumq́ in iudicio habeant uigorem. Ad eundem modum intelligendum est de hæreticorum libris, qui damnatis illorum authoribus statim dānati censentur. Damnati, inquam, non, ut à nemine legi possint: sed ut nemo illorum testimonio possit uti ad alicuius sniæ confirmationem, nemo illorum iudicio fretus suam possit stabilire sniam. Per illum igitur textū non probatur esse iure canonico prohibitam lectionem librorum hæreticorum: neque alium textum scio, q hanc aperte exprimat sniam. Et certe iustum esset, ut gñale aliquod in iure canonico statueretur decretum quo sub pœna excōicationis ipso facto incurrendæ, & sub alijs grauibus pœnis prohiberetur, ne alicuius publice damnati hæretici libros quis uendere, aut sine speciali Sedis apostolicæ, aut inquisitoris hęreticorum in illa patria, authoritatem hñtis licentia, illos legere, aut domi tenere audeat. Scio particulares de hac re in diuersis prouincijs datas esse prohibitiones. In Hispania multos hæreticorum libros speciatim nominatos prohibuerunt inquisitores hæreticorum, qui diligentem circa hanc rem adhibent inquisitionem, & mea opera aliqñ usi sunt ad perscrutandas uniuersitatis Salmanticēsis publicas bibliothecas. Et ob hāc causam inter alias, tam repurgata persistit ab hæreticis Hispania. Vbi talis prohibitio hr̄, nō dubito illum, qui absque licentia superioris, qui illā concedere posset, tales hæreticorum libros prohibitos legere tentauerit, mortalis peccati esse reum. Si aūt nulla talis adsit prohibitio, tunc oportet considerare uarias psonarum qualitates, et conditiones: qm̄ iuxta illarum uarietatem uariæ sunt de hac re dandę censuræ. Sunt enim aliqui prorsus idiotæ, qui nihil pter idioma illud, in quo scriptus est liber ab hæretico, sciunt, ut puta, idioma Latinum, aut Græcum, aut Hispanum, aut Italicū, aut Germanicum. In quolibet.n. idiomate hæreses scribi pñt, & in quolibet istorum, q̄ modo enarrauimus, scriptas esse hr̄ses, experientia docente cognouimus. Sunt alij scio-

li, qui præter idioma parum aliquid intelligunt: non tñ adeo sapiunt, ut possint inter lepram, & lepram discernere, nesciunt separare speciosum a' uili, aut inter sctm̄, & prophanum ponere distantiam. De his omnibus talem profero, firmo, & indubitato aío censuram. Quicũque istoꝶ siue idiota, siue sciolus legerit ex intentione, & industria in aliquo libro hominis hæretici ab eccl'ia damnati, peccat mortaliter: nisi forte lectio sit tam parua, ut ex se nocere non possit: quia tunc pp imperfectionem materiæ excusabitur a' peccato. Hæc assertio, uel ex eo apertissime probatur esse uera: quia quilibet istorum legens in talibus libris offert se manifesto periculo peccati mortalis & quidem grauissimi, quod est hæresis. Omnis autem, qui se exponit periculo peccati mortalis (ut omnium Theologoꝶ concors sñia testatur) peccat mortaliter. Qui amat periculum (inquit Sapiens) peribit in illo. Et ipse supremus ueritatis magister aperte præcepit nobis, ut omnem peccati occasionem uitaremus, sic inquiens: Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, et proijce abs te. Expedit.n.tibi, ut pereat unũ membroꝶ tuoꝶ, quàm totum corpus tuum mittatur in gehennam. Et si dextera tua manus scandalizat te, abscinde eam, & proijce abs te. Per quæ uerba, iuxta omnes sacros eoꝶ interpretes, Saluator noster docuit nos, omnem peccati occasionem esse necessario uitandam: si à gehenna ignis uolumus liberari. Peccant ergo mortaliter illi, qui tam grauis peccati, ut est hæresis, manifestam accipiunt occasionem, legentes in libris hæreticorum, quos sciunt ab eccl'ia damnatos. Sed quia aliquis forte proteruus effronti temeritate negabit idiotã, aut sciolum talem, qualem supra diximus, exponere se periculo hæresis cum ex industria legit in libris hæreticoꝶ: ideo hoc urgentissimis rõnibus nunc probandum est. Primo quidem certum, et indubitatum est, peccare mortaliter illum, qui ex industtia conuersatur cum hominibus, quoꝶ mores nouit esse uitiosos, atque peruersos.

Eccle. 3

Matt. 5

Quod non ob aliam causam euenit: nisi pp periculum, cui se exponit cum talibus malis hominibus conuersando. Rarus quippe est, qui diu tutus esse possit, periculo proximus. Rarus est, qui recte uiuens possit dicere: Frater fui draconū, socius struthionum. Pauci, quos æquus amauit Iuppiter, aut ardēs euexit ad æthera uirtus, sunt qui inter sceleratos cōmorati, ipsi iusti, & innocētes uixerint. Ideo Sapiens ait: Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea, & qui cōicauerit superbo induet superbiā. Ex mutua siquidem hominum inter se conuersatione, facillime alterutrum mores inter se commodantur. Vnde Seneca Epistola nonagesima quinta ait: Minuta q̄dam (ut ait Phædon) aīalia cū mordent non sentiuntur, adeo tenuis illis, & fallens in periculum uis est, tumor indicat morsum, et in ipso tumore nullum uulnus apparet. Idem tibi in conuersatione Sapientium eueniet: non deprehendens quemadmodum, aut q̄n tibi prosit, profuisse deprehendes. Hæc ille. Et quod Seneca dixit de profectu, q hr̄ ex conuersatione bonorum, idem prorsus, & sub eadem similitudine dicendū est de incōmodo, quod oritur ex conuersatione malorū, & multo melius: quia cum p̄niores sint homines ad malū, fortius alliciunt, & trahūt eos ad se mali, q̄ boni. Cum sctō (ait ppheta Regius) sanctus eris, & cum peruerso peruerteris. Quam potens sit bonorum, aut malorum cōuersatio, apertissimo Saulis Regis exemplo demonstratur, qui ut Regum narrat historia) cum prophetis prophetabat, & cum iniquis insaniebat. Ob hanc causam beatus Thomas in Scda Secundæ. q. 10. articu. 9. censet eos, qui simplices sunt, & infirmi in fide de quorum subuersione iuste timeri pōt prohibendos esse à Iudæorum, & aliorum infidelium cōmunione, præcipue ne magnam familiaritatem cum eis habeant, uel absq; necessitate eis cōmunicent. Si hominum conuersatio tam potens est, ut hominū mores uertere possit ex bono in malū, & à uirtute prosternere ad uitium, multo magis id efficere poterit librorum lectio.

Marginal notes: Iob. 30. — Ecc. 13. — Seneca — Ps. 17. — 1. re. 10

Quoniam cum librum aliquem legimus, tunc cum authore illius conuersamur, qui nobis per scripturam suos aperit conceptus, suos ostendit affectus, & sępe magis mouet lectorem per scripturam (ut capite proxime superiori diximus) quàm auditorem per uocem. Pręterea certissimum est libros pietate plenos multum posse proficere legentibus. Eadem igitur ratione libri impiorum poterunt obesse legentibus pręsertim ijs, qui non tanta sciẽtia, & doctrina pollent, ut possint uenenum hęresis in illis sępissime latens agnoscere, & ab illo cauere. Tales sępe homines euadunt, quales sunt libri, quos legunt. Sũt alij homines docti in theologia, & in illa satis instructi, qui optime intelligunt sacros doctores, quos legunt, & horum etiam est uaria conditio. Sunt.n. aliqui natura sua nouarum rerum amatores, instabiles, qui in nulla re, cui semel adhęserunt psistere sciunt: sed omni uento mobiliores, modo hac, modo illac debili impulsu uertunť. Nunc amant, & ad horam, quę prius amauerant, oderunt: uiri quidem (ut dr̃) nõ multarum horarum: sed uix unius horę. De his idem prorsus dicendum esse censeo, quod de superioribus dixi. Qm̃ isti etiam sicut illi offerunt se manifesto periculo hęresis, cum legunt libros hęreticorum. Nam sicut is, qui se tam fragilem agnouit, ut leuissima quaq; occasione oblata, non possit se ipsum à fornicatione cohibere, peccat mortaliter quotiescunq; alicui tali occasioni se ipsum spontanee offert: ita simili ratione, qui se tam leuem, atq; animo inconstantem expertus est, ut cuicunq;, uel mediocri persuasioni facillime cędat, aut nouis quęcunq; illa sint, semper delecteť, & illis applaudat oportet, ut mortaliter etiam peccet, si libros hęreticorum legerit, à quorum fallacibus suasionibus facillime pro sui ingenij leuitate poterit persuaderi. Si Ioannes Hus libros Ioannis Vuiclef nunquam legisset, non in tot, támq; pestiferas hęreses fuisset lapsus. Nam de illo refert Aeneas Siluius lib. de Origine Bohemorum ca. 35. ꝙ erat nouarum rerum amator, atq; ideo

libros Ioannis Vuiclef tanquam rē nouam in Bohemiā delatam, legēs, facillime bibit incautus uenenum omniū hęresum, quas Ioannes Vuiclef in suis libris reliquerat. Idem contigit Martino Luthero, qui legens libros eiusdem Ioannis Hus, omnes illius libenter suscepit errores. Sunt rursum alij uiri docti scientes discernere inter bonum, & malum, qui sunt constantes, & firmi in fide: sed assiduis urgentur tentationibus circa infidelitatem, & continuis hęresum punctionibus nō sine magno, & graui illorum mœrore stimulantur. Hi si aliqua iusta causa cogente, aut nimis urgente libros hęreticorum legant, non credo illos peccare. Quia cum se stabiles, & firmos in fide multis experimentis cognouerint, non est dicendum illos periculo hęresis se offerre, cū libros hęreticorum legunt: quia in Dño confidentes, & non de suis uiribus pręsumentes, ut occurrenti necessitati subueniant, id faciunt. Vt gratia exēpli. Si quis uir doctus præsertim curam animarum, tenēs inter hęreticos, uel prope illos uersaretur, qui plebi suæ timens libros hæreticorꝝ legeret, ut eorꝝ simulatas cautelas deprehēderet: eorꝝ fallacibus argumentis rñderet, & sic plebem sibi cōmissam ab omni hæresi custodiret, hic talis quantumlibet hæresum tentationibus alias pungeretur: non solum non peccabit: imo potius mereretur. Quia sic faciēs nō se offert periculo hæresis: sed necessitate urgente diuinæ se cōmēdat misericordiæ, de qua confidit, ꝙ ꝑ plebem sibi cōmissam, pro qua solum libros tales legit, non permittet illum à libris hæreticorꝝ decipi. Si uero nulla iusta causa urgente: sed pro sola sua libidine libros hæreticorꝝ legerit, non credo esse liberꝝ à peccato mortali. Quia cū ipse sit aliàs plurimis infidelitatis tentationib⁹ stimulatus, legens hæreticorꝝ libros addet (ut dicitur) oleum camino, & sic pluribus, atq; urgentioribus infidelitatis tentationibus oppugnabitur, quo fiet, ut necessario aliqñ uincatur. Nam quia hoc timebat Paulus: ideo hmōi homines admonet, sic inquiens: Qui stat, uideat, ne cadat

Sūt deniq; alij uiri docti abunde instructi in theologia, & in qualibet alia disciplina ad illam necessaria, firmi, & constantes in fide, nullis, aut debilissimis infidelitatis tentationibus uexati. De his non dubito illos seclusa omni superioris prohibitione, posse citra omne pctm̄ libros hæreticoꝝ legere. Etsi recta (ut decet) intentione id fecerint, ut puta: quia uolunt illoꝝ hæreses oppugnare, aut illoꝝ fallacibus argumentis r̄ndere, non solū nō peccabunt sic legentes: sed magnam pro hac re mercedem recipient. Hoc.n. facientes ponunt se pro muro domus Israel, & militant contra hostes Dei, & ecclesiæ suę, quapp iustum est, ut stipendium sui laboris à Deo, cui seruiunt, recipiant. Ideo concilium Carthaginense quartum concedit Ep̄is, ut hęreticoꝝ libros legere possint. Nam cap.16. suoꝝ Decretoꝝ pręfatum concilium hæc ait: Ep̄s gentilium libros non legat, hæreticoꝝ autem pro necessitate, & tp̄e. Hęc ibi. Gentilium libros ꝓhibens, hęreticoꝝ libros cōcessit, & merito: quia lectio libroꝝ hæreticoꝝ sæpe est necessaria, ut possint hęreticoꝝ astutiæ agnosci, & ideo Ep̄is conceditur: quia curā animarum illi hn̄t, & merito præsumendum est illos esse doctos, & in fide constantes. Nam ob similem cām btūs Thomas in Secūda Secundæ, q.10. art.9. de cōione cum Iudæis, & alijs infidelibus hn̄da loquens, hęc dicit. Si.n. aliqui fuerint firmi in fide, ita ꝙ ex cōione eorū cum infidelibus, cōuersio infidelium magis sperari posfit, quàm fidelium à fide auersio, non sunt prohibēdi infidelibus cōicare, qui fidem non susceperunt, scilicet Paganis, uel Iudæis, & maxime si necessitas urgeat. Hæc ille. Si cōicatio cum Iudæis licet his, qui firmi sunt in fide, qn̄ aliqua ex tali cōicatione speratur utilitas: eadem ēt ratione licebit illis legere libros hæreticorum qn̄ necessitas urget, & utilitas speratur, præsertim si nulla adsit superioris prohibitio, quæ id facere uetet. Hæc sn̄ia etsi manifesta sit cuicunque, uel mediocriter docto, ad illius tamē maiorem confirmationem exemplum quoddam

1. Co. 10

S. Th.

grauissimum, dignum relatu hic inserere decreui: quod narrat Eusebius Cæsariensis. Is.n. de Dionysio Alexandrino disserens, postquam miris laudibus illius doctrinam, sanctitatem, & in tormentis pro Chr̃o constantiã lib.6. historiæ ecclesiasticæ ad cœlum usq; extulerat, tãdem lib.7. cap.5. & 6. hæc, quæ sequuntur de illo Dionysio Alexandrino refert. Sed & in tertio libro de baptismate (inquit Eusebius) quem scribit ad Philemonem p̃sbyterũ urbis Romæ, etiam hæc commemorat: Ego (inquit Dionysius) & tractatus hæreticorũ lego, & traditiones eorũ perscrutor, etiam si uidear ad horam uerbis illorũ pollui. Sed multum mihi confert hoc ip̃m, quod ex ipsorũ uerbis arguere eos possum. Denicq; cum aliq̃s ex fratribus, & compresbyteris prohiberet me, ne hæretica lectione, tãquam cœni alicuius fœtore polluerer, uisio mihi quædam à Deo oñditur, quæ me confirmaret, & sermo ad me factus est, hæc mihi euidenter ꝓloquẽs: Lege omnia quæcunq; in manus tuas uenerint: quia ꝓbare singula quæq;, & discernere potes: qñquidem ex initio hæc tibi causa fuit credendi. Amplexus sum uisionem: quia & Ap̃licæ sñiæ concordabat, dicenti: Omnia probare, quæ bona sunt tenete. Hæc Dionysij Alexandrini uerba citat Eusebius loco præfato. In quibus uerbis admoneo lectorem, ut annotet cãm, pp quam diuinum illud oraculum permisit Dionysio libros hæreticorũ legere. Quia (inquit) probare singula quæq;, & discernere potes. Ex quibus uerbis apertissime conuincit̃ uerũ esse id, quod supra de idiotis, & sciolis hominibus diximus, eos nõ posse absq; peccato lectioni librorũ hæreticorũ insistere: quia probare singula quæque legerint & discernere non pñt. Si tñ fuerit semel data de hac re prohibitio, peccare censeo illum, qui hæreticorũ libros legerit quantum libet doctus ille sit, si absq; licẽtia id fecerit. Quisquis igitur Lutheranæ hæresis libros sine licẽtia Sedis apostolicæ legerit, peccabit mortaliter, eritq; eo ipso excõicatus: qm̃ in Bulla cœnę Dñi à Paulo III.

Euseb. Cæsar. Dion. Alexã.

1. thes. 5

emanata excõmunicantur omnes, qui libros Martini Lutheri, aut aliorum eiusdem sectæ legerit sine licentia Sedis apostolicæ. Quę tñ excõicatio non extenditur ad illos, qui aliorum hæreticorum libros legerint: quoniã hi soli in Bulla exprimuntur.

De spiritualibus hæreticorum pœnis, & primo de excommunicatione, ex qua oritur altera, quæ est priuatio sepulturæ. C. XVIII.

Hactenus de corporalibus pœnis, quæ iura hęreticis decernũt, disputauimus, illásq; iuste, & merito decretas esse probauimus: superest, ut de spiritualibus pœnis disseramus, & illas nihil minus, quàm corporales dignas hæreticis esse probemus. Peccauerunt quidem illi animo, perperam de fide catholica sentiendo, & corpore, contra illam scribendo, aut prædicando, aut alias quõlibet docendo, aut quiduis aliud contra fidei decreta exercendo, ac proinde iustum est ut corpore sit & anima puniantur, eo saltem modo, quo anima in hoc seculo puniri põt. Prima, quæ animam respicit pœna hæreticorum, est excõicatio, per quam, illi tanquam oues infectæ, ab ouili ecclesiæ abiguntur, ne reliquas conuersatione sua inficiant oues, per quam etiam aliјs catholicis interdicitur, hĩc cum illis conuersationem aliquam, ne forte cum illis conuersatæ inficiantur ab illis. Hæc pœna describitur in cap. Excõmunicamus. primo, & secundo, extra de hæreticis. Hanc pœnam sustinet quicunq; hæreticus, eo ipso, ꝙ hæreticus est etiam si nunquã fuerit de hęresi à iudice aliquo damnatus: siue sit relapsus, siue tunc prima uice sit hæreticus factus, dũmodo suæ hæresi assentiat, ut hæreticus. i. ut pertinax quamuis postea resipiscat. Si tñ aliquis citra omnem pertinaciam alicui hæresi assentiret, paratus suscipere, & tenere eam fidem, quam catholica tenet ecclesia, sicut non est hæreticus dicendus: ita nec excõmunicatus. Nam Decretales illæ nunc proxime citatę non feriunt excõmunicationis sententia omnes qui fuerint in aliquam hęresim lapsi: sed solos hęreticos. Quod etsi re ipsa sit clarissimum: ta-

men pp multos, qui trepidant timore ubi timor nõ est, non omittendum existimaui. Neq; omnes etiam hæretici snīæ excõicationis subiacēt: sed soli illi, qui heresim, quam mente conceperunt, foris quolibet manifestant, ut si aliquis esset tunc pñs, posset cognoscere illum in talem heresim fuisse lapsum. Siquis (gratia exempli) apud semet ipm aliquam pertractaret heresim: quam pertinaciter credit, & illam nemine etiam audiente, uerbis explicaret: sicut facere solent hi, qui pplm publica lectione docere, aut concione aliqua exhortari debent, qui (ut expeditiores postea sint in pronunciatione) prius apud semet ipsos soli loquunt, quæ publice coràm pplo postea dicturi sunt: talis absq; ulla dubitatione censebit excõicatus. Qm hæresis illius iam est ex natura sua manifesta, & iudicio hoīum obiecta, quis ex defectu testium sit per accñs occulta. Qui autem heresim mente concepit, & illam nunq; foris uerbo, aut signo aliquo pdidit, talis non est excõicatus: imò nec illum ecclia potest excõicare. Qūo põt ecclia excõicare illum cuius pctm pp qd infligenda est excõicatio, agnoscere non põt? Necessarium quippe est, ut qui alium iuste punire debet, prius sciat optime crimē, pp qd merito sit puniendus. Qui qd nouit, loquitur (inquit Salomõ) index iustitiæ est. At Papa nec tota ecclia militãs põt agnoscere heresim in corde heretici latentem, quia solus Deus est cordium scrutator. Deus.n. (ut dr in lib. 1. Regum) intuetur cor, homines autem uident, quæ foris patent. Ecclesia ergo, q non potest heresim in corde latentem agnoscere, non põt ēt pp illam solam pœna excõicationis aliquem ferire. Et hanc snīam confirmat, qd dr in cap. cogitationis pœnã. De pnía dist. 1. Cogitationis pœnam (inquit textus) nemo patiatur, & in cap. cogitatio. eadē distinctione. Cogitatio non meretur pœnam. Et hoc est qd cõis Theologorum snīa dicit, ecclesiam non posse obligare ad actus interiores. Glossa tñ in clementina prima de hereticis. paragr. Verum. docet oppositum, decepta ex quodam

Pro. 12.

1. re. 16

dicto

dicto illius Clemētinę male ab ipsa Glossa intellecto. Illa siquidem clemētina ipso iure excōmunicat inquisitores hæreticorꝫ, qui odio, aut amore aliquid fecerint cōtra hæreticos non faciendum, aut aliquid omiserint, qđ facere debuissent. Ex quo loco glossa illa deducit iā nullam esse causam dubitandi id, quod archidiaconus dixerat esse rem dubiam, an uidelicet hæreticus occultus sit ipso iure excōmunicatus: qm̄ ex textu istius Clementinę (ut ait glossa) apertissime constat ecclīam posse punire actus animæ interiores, & inde clarissime cōuincitur hereticum quālibet occultum esse ipso iure excōmunicatum. Et ut suam corroboret sentētiam multos hincinde citat ex iure textus, qui nec tantillum suo proposito faciunt. Et (ut ingenue loquar) non bene illius Clementinę literam intellexit, nec bene illius sensum considerauit. Illa enim Clementina non punit solos actus animæ interiores, in quos nullum (ut diximus) ecclesia habet forensem iurisdictionem: sed punit actus exteriores, qui ab illis interioribus procedunt. Non.n. excōmunicat ibi Pōtifex inquisitores, qui solum hn̄t odium, aut amorē: qm̄ propter solū odium in corde latens non poterat aliquē excōmunicare, etiam si odium esset ardentissimum: sed excōmunicat ibi Pontifex inquisitores, qui pp odiū, aut amorem aliquid in iudicio inquisitionis contra rōnem fecerint. Quibus uerbis diligenter consideratis, constat apertissime, ibi uon puniri odiū, aut amorem: sed puniri opus exterius, aut omissio operis exterioris ab odio, aut amore procedens. Valde quidem diuersa sunt odiū, aut amor, & opus ab odio, aut amore procedēs. Prima illa duo sunt actus animæ inferiores: hoc autē est actus exterior. Prima illa, ecclesia non punit, nec punire potest. Nam apl̄s istorꝫ iudicium prohibet, sic inquiens: Nolite ante tp̄s iudicare quoadusque ueniat dn̄s, qui manifestabit consilia cordium, & illuminabit abscondita tenebrarum. Hoc autem ultimū uidelicet opus exterius ab odio, aut amore ortum ecclesia iuste punire pōt etiam si

1. co. 4

ob defectum testium sit occultum: qm̄ ex natura sua, mox ut ex latebris cordis prodierit, est manifestū, aut saltem manifestabile. Omnes igitur textus, quos glossa citat, imponūt pœnam actibus exterioribus, & nullum in iure unquam reperieť decretū, quod pœnā aliquam decernat alicui propter solum actum animæ interiorē, ut puta odium, aut amorē. Ex ista pœna excōicationis oritur alia, uelut riuus ex fonte, priuatio uidelicet ecclesiasticæ sepulturæ. Nullus.n.in excōicatione decedens potest in loco sacro sepeliri, ut constat ex Clementina 1. de sepulturis. Sed nequis forte parū eruditus de hac re dubitaret. Visum est ecclesiæ dignum esse, ut speciale de hac re conderetur decretum, quod oībus hęreticis ecclesiasticam interdiceret sepulturam. Et habetur in cap. Quicunque. De hæreticis. lib. 6. Et merito quidē sic statutum est. Quoniam is, pro quo orare nō licet, indignus est, qui in loco sacro sepeliatur. Nō.n.ob aliam causam corpora in locis sacris sepeliuntur (ut August. ait) nisi, ut qui loca sacra ingrediuntur, pro illis, qui sunt ibidem sepulti deum precentur. Et ob hanc causam (ut August. in lib. de cura pro mortuis agenda ait) sepulchra defunctorum dr̄r monumenta: quia monent uiuoꝝ mentes, ut defunctoꝝ recordentur. At cum nulla possit memoria hæreticis defunctis prodesse, consequēs est, ut nec possit illis prodesse sepultura. Hāc pœnam sicut nunc eam declarauimus, hoc est, excōis sententiam ipso iure hæreticis inflictam aliqui nō infimę sortis theologi tam iustā eam putant, ut non solum à iure humano: sed etiam à iure diuino illam hæreticis inflictam esse censeant. Nā Iodocus Clitoueus in assertione ueritatum definitarum in concilio Senonensi hāc tenet sn̄iam. Iacobus Latomus in assertione determinationis datæ ab uniuersitate Louaniensi cōtra Lutheꝝ, eidem sn̄iæ aperte subscribit. Ioānes Echius in Enchiridio locoꝝ cōium contra Lutheranos, cap. de hæreticis cōburendis, idem uideť sentire. Hi omnes tres illustres theologi cōcorditer sentiunt pœnā

excōis, esse ex diuino iure hæreticis inflictam: tm̄ abest, ut illam iniustam esse putent. Neque absque causa, & sine ulla rōne: sed multis sacræ scripturæ testimonijs moti id asserunt. Paulus siquidem ad Titū scribens ait: Hæreticum hoīem post unā, & secundam correptionē deuita, sciens quia subuersus est, qui eiusmodi est, & delinqt, cum sit proprio iudicio cōdemnatus. Et btūs Ioā. in sua 2. Canonica epła inquit: Siquis uenit ad uos, & hāc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec aue ei dixeritis. Qui.n. dicit illi aue: cōicat operibus eius malignis. Alij tn̄ theologi, & si fatentur iustā esse hanc excōis sn̄iam contra hæreticos à iure prolatam, negant tn̄ illam iuris diuini robur tenere: qm̄ (ut aiunt) Paulus, & Ioannes hæc loquentes non dixerunt tale aliqd esse à deo mandatum, sicut alīs Paulus cum simile aliqd pertractat, dicere solet. Præcipio (inquit ille) nō ego: sed dominus. Et iterū: Non dn̄s: sed ego præcipio. At Paulus nō poterat (ut dicunt) sua ipsius authoritate talē excōis sententiam in omnes hæreticos ferre. Sed certe responsionem istam nullius esse momenti, aliquis conuincere putabit per id, quod Paulus Thessalonicēsibus scribēs ait: Denunciamus autē uobis fratres (inquit Paulus) in nomine dn̄i nostri Iesu xp̄i, ut subtrahatis uos ab omni fratre ambulante inordinate, & non secundum traditionem, quam acceperunt à nobis. Ecce Paulus interdicit conuersationem cum illis, qui non ambulant secundum traditionem, quā ab eo acceperunt, neque hoc nomine suo: sed nomine dn̄i nostri Iesu xp̄i se id præcipere dicit. Quæ uerba declarans Theophilactus ait: Sæpe alias diximus denunciationē, austeram quādam præferre doctrinam. Nunc igitur tremendā magis hanc faciens, inquit. Non.n. nos id ipsum iniungimus, sed xp̄s ipse. Hic nanque profatur, quę ipse ad uos loquor. Hęc Theophilactus. Quæ istarū opinionum sit uerior, ego nolo definire, cum satis pro præsenti disputatione mihi sit, quòd hi, qui negant excōis pœnam esse iure diuino inflictam,

Tit. 3.

2. Ioan.

1. cor. 7

2. the. 3

Theop.

negare non poterunt esse iuri diuino admodum conforme, pertinaces hęreticos excõmunicare. Nam illum, qui fratrem semel & iterũ admonentem de peccato cõtemnit, & ecclesiam insuper non uult audire, Christus saluator noster præcepit hñdum esse tãquam ethnicũ, & publicanum. Quibus uerbis concordi oĩum catholicorum sñia, Saluator noster, prælatis ecclesiæ dedit ptãtem excõicandi illum, qui tertio admonitus negligit emendari. Idem.n. est dicere, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus, ac si dixisset: nullam ꝓrsus cum eo habeto cõionem. Sicut.n. populo Israel fuit olim interdicta cum gẽtibus cõuersatio: ita etiam nũc ppl̃o christiano interdicit Saluator, aut potestatem dedit prælatis interdicẽdi cõicationem cũ eo, qui ecclesiam audire contẽnit, dicens: Sit tibi sicut ethnicus, & publicanus. Nam btũs Chrysost. hæc Matth. uerba interpretans, ait: Vide qualiter duplicib9 colligauit necessitatibus, & pœna, quæ hic est, scilicet proiectione ab ecclesia. Sit tibi sicut ethnicus, & publicanus, & supplicio futuro, quod est esse ligatum in cœlo. Hæc Chrysostomus. Vt autem sententiam prælati excommunicantis nullus contemnere auderet: sed firmam, & ratam esse, omnes censerent, addidit: Amen dico uobis, Quæcunque alligaueritis super terram, erũt ligata & in cœlis, & quęcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cœlis. Quæ uerba declarans beatus Hierony. in commentarijs super Mattheum ait: Quia dixerat, si autem ecclesiam nõ audierit, sit tibi sicut ethnicus, et publicanus, & poterat cõtemptoris fratris hęc occulta esse responsio, uel tacita cogitatio, si me despicis, & ego te despicio: Si tu me condemnas, & mea sententia condemnaberis, potestatem tribuit apostolis, ut sciant, qui a talibus condemnantur, humanam sententiam diuina sentẽtia roborari, & quodcunque ligatum fuerit in terra, ligari pariter in cœlo. Hæc Hieronymus. Ex quibus uerbis apertissime constat, quàm rata sit, & à Deo confirmata excommunicatio, quæ fertur in

Mat. 18
Chrys.
Hiero

illum, qui scđo admonitus, eccľiam postea audire contemnit. Quis aũt minus eccľiam audit, quàm hęreticus, q suam sñiam definitioni totius eccľiæ præponit, et ab ea fide, quam scit totam eccľiam tenere, proprio iudicio recedit? Nullus ergo iustius põt iuxta diuina decreta excõicari, quàm hæreticus, qui propriæ innitens prudẽtiæ eccľiam docentem, atq; admonentẽ audire contemnit. Et forte hoc ipm intellexerunt præfati illi tres doctissimi uiri dicentes, excõicationis pœnã iure diuino esse hæreticis illatam: quia iuri diuino innititur ius humanum, qđ illam hæreticis inflixit. Rursum, iustum esse hanc hæreticorum excõicationem, ostenditur per id, qđ dñs Deus olim ppľo Israel ꝑcipiens, ut deleret Iebusæum, Chananæum, & reliquas quinq; gñationes, addidit: Non inibis cum eis fœdus, nec misereberis earum, neque sociabis cum eis coniugia. Filiam tuam non dabis filio eius, nec filiam ipsius sociabis filio tuo: quia seducet filium, tuum, ne sequatur me: & ut magis seruiat dijs alienis. Attende, obsecro, causam, pp quam prohibuit cum gentibus illis contrahere matrimonia. Quia seducet (inquit) filium tuum, ne sequatur me. Nónne simile periculũ est in conuersatione hřticorum, quorum sermo (iuxta Pauli sñiam) ut cancer serpit. Propter eãdem igitur causam iustum est, ut sit oĩbus Xpianis interdicta hæreticorũ conuersatio, ne fallacijs suis seducant corda eorum, cum quibus conuersantur. Ideo Paulus ait: Quæ pars fideli cum infideli? Tam potẽs est hæc cã, ut pp illam solam censuerit Paulus uxorem fidelem coniunctam uiro infideli, qui non permittit illam in fide sua manere: sed quotidie solicitat, & urget ad infidelitatem, posse à uiro suo separari. Sic.n. ait Paulus: Quod si infidelis discedit, discedat: nõ est.n. seruituti subiectus frater, aut soror in hmõi. In pace aũt uocauit nos Deus. Quæ uerba declarans Theophilactus in cõmentarijs super epľas Pauli ita ait: Hoc est, si uir infidelis uxori fideli iniungat, secum ut sentiat, & particeps suæ fiat ĩfidelitatis, dirimat potius matrimonium

Deut. 7

2. Ti. 2.

2. Co. 6

1. Co. 7

Theop.

mulier, & à uiro abscedat. Satius.n. est connubium ipm dissoluere, q̃ pietatem, & Dei cultum amittere. Si tecũ ille eo iurgatur, quòd suæ infidelitatis participare nil toleres, confestim secedito. Nõ.n. es hmõi seruituti subiecta, hoc est, nil cogeris uirum in rebus hmõi perpeti. Melius est enim secedere, quàm altercari. Neque enim diuinæ illud est uoluntatis, quippe qui nos in pace uocarit. Itaque si litiget, & iurgijs urgeat, præbuit ille diuortij causam. Hactenus Theophi. Deinde id, quod Deus olim cum leproso lege Mosayca fieri præcepit, manifestum est exemplar nobis propositum, ut illo bñ inspecto discamus inde quid in lege Euangelica circa hæreticum fieri debeat. Oĩa.n. (ut ait Paulus) in figura contingebãt illis. Inter multa alia, quę in lege Mosayca circa leprosos necessario facienda, præcipiebant, hoc unũ erat, ut leprosus extra castra eijceretur. Omni tpe (inqt lex) quo leprosus est, & immũdus, solus habitabit extra castra. Leprosus aũt illic descriptus manifestam tenet hæreticorũ figuram. Nam btũs Augustinus exponens Euãgelium illud de decem leprosis ait: Quærendum est igit quid ipsa lepra significet. Non.n. sanati: sed mũdati dñr, qui ea caruerunt. Coloris quippe uitium est, non ualetudinis, aut integritatis sensuum, atque membrorũ. Leprosi ergo non absurde intelliguntur, qui scientiam ueræ fidei non habentes, uarias doctrinas profitentur erroris. Nulla porro falsa doctrina est, quæ nõ aliqua uera inter misceat. Vera ergo falsis inordinate permista in una disputatione, uel narratione hominis, tãquam in unius corpis colore apparentia, significant leprã, tanq̃ ueris, falsisq; colorũ locis humana corpora uariantem, atq; maculantem. Hæc Augustinus. Quibus uerbis subscribit Beda super Lucã, & in homilia quadam super illud Euãgelium, quod iuxta usum Romanæ ecclesiæ legitur in missa Dñica 13. post Pentecostẽ. Sunt adhuc multa alia in leproso consyderanda, ex quibus apertius colligi potest illum ueram hæretici figuram fuisse. Nam lepro-

1.Co.10 Leu.13 Luc.17 Augu.

sus suo contactu alios inficiebat, & hæreticus sua cõuersatione fidelibus nocet. Leprosi anhelitus noxius erat, & ob hanc causam os illius ueste cõtectum esse iubebatur. Et hæreticorum sermo, Paulo testante, uelut cancer serpit, & ob hanc cãm prędicatio est illi interdicta. Qm̃ (ut ait Salomon) qui imponit stulto silentium, iras mitigat. Cum ergo leprosus, ne sua cõuersatione alijs nocere possit, extra castra, et oĩum hominum conuersationem eijci, sit lege Mosayca præceptum, hoc exemplari, & sub huius figuræ uelamine nobis oñsum est, iustum esse: imò necessarium, ut hæreticus excõicetur, & sic extra ecclię castra eijciatur, ne catholicis cõicans eis sua cõicatione nocere ualeat. Accedit ad hæc, quod hr̃tici semper sunt cõtentiosi, nec pacem, quam Deus uiuens, et moriens tam obnixe nobis cõmendauit, unquam amplecti uolũt: sed nouorum dogmatũ inuentores, aut fautores effecti, rixas, & cõtentiones perquirunt, & iurgia, & dissidia intra ecclĩam suscitant. Ideo iustum, & necessariũ est hęreticos ab ecclĩæ cõione eijcere, ut uel sic pax reddatur ecclĩæ. Nam Salomon in prouerbijs ait: Eijce derisorem, & exibit cum eo iurgium. Quę uerba exponens Beda in commentarijs super Prouerbia ait: Eijce hæreticum, quem corrigere non potes, de ecclĩa: & cum illi prædicandi libertatem abstuleris, catholicæ paci auxilium præstas. Hæc ille. Demum semper ab ipsis ecclĩæ primordijs ueri catholici fugerunt consortia hæreticorum, & ab eorum cõuersatione procul recesserũt, nec colloquium ullum: nisi forte cã correctionis, cum illis hr̃e uoluerunt, adeo, ut domum, in qua hæreticus esset, intrare noluissent. In cuius rei certissimum, et irrefragabile testimonium, unum solũ exemplum afferam, quod refert btũs Irenæus. Is. n. uerus Xp̃i martyr lib. 3. aduersus hęreses cap. 3. de Polycarpo Ep̃o, & martyre Ioannis Ap̃li discipulo loquens, hęc ait: Et sunt adhuc ẽt nunc, qui audierunt ab ipso, quod Ioannes apl̃s discipulus Dñi, apud Ephesum cum Balneas lauandi gr̃a fuisset ingressus, & uidisset ibi Cerinthum, exi

2.Ti.2.
Pro.26
Pro.22
Beda.
Irenæ9

Iuerit continuo, & discesserit non lotus, dicens: Fugiamus hinc, ne & balneę ipsę corruant, in quibus Cerinthus lauatur ueritatis inimicus. Idem ēt ipse Polycarpus Marcioni aliqñ cũ occurrisset, dicenti sibi: Agnosce nos. Rñdit: Agnosco primogenitum Sathanę. Tanta tunc Apłi, atque eorꝫ discipuli in religione cautela utebātur, ut ne uerbi quidem cōionem, cum aliquo eorꝫ: qui a ueritate deuiauerant, hr̃e paterentur. Sicut & Paulus dicit. Hęreticum hominem post unam correctionem deuita. Hęc Ireneus. Et eadem ferè uerba citantur sub nomine Bedę, in cap. omnis. 24. q. 1. Cum igitur tam multis, urgentissimisq́ rōnibus ostenderimus iustam esse hęreticorꝫ excōicationem, opus est, ut quicunqꝫ se fidelem catholicum esse, & existimari optat, uitet cōsortia, & colloqa cuiuscunqꝫ manifeste hæretici, ne contrariũ faciens iustam alijs p̄beat suspicandi occasionem, se ēt eodē crimine hęresis esse infectum quo ille, cũ quo conuersatur.

Tim. 3.

An hæreticus possit post mortem excōicari. Cap. XIX.

Hominem mortuum non posse excōicari, cuicunque theologo, uel mediocriter sacram scripturam intelligenti, est apertissimum, qm̃ ptās iurisdictionis, quę ad excōicandum aliquem est à Christo saluatore nr̃o pręlatis ecclesię concessa, ad solos uiuos, & super terram existētes concessa est, non aũt mortuos, qui au supra terram, aut subtus terram locati sunt. Nam ptātem hanc excōicandi incorrigibilem, aut contumacem (ut proxime pręcedenti cap. sacrorꝫ doctorꝫ testimonio docuimus) Chrs saluator nr̃ concessit per hęc uerba, sic dicēs: Si ecclñam non audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus. Illa āt uerba, ut ex ipsius Euangelij lr̃a facillime cōstat, ad eos solos referuntur, qui semel, & iterꝫ à fratre, & tertio à p̄lato correpti, emendari recusant tanquam cōtumaces, & rebelles. Ex quo Euangelij processu, theologi omnes concordi sñia colligunt, nō pro quolibet peccato etiam mortali posse dari sñiam excōicationis: sed oportet esse annexam cōtumaciam, sine qua sñia excōicationis ferri

Mat. 18

non posset. At mortuus cũ non possit semel admoneri, aut à fratre, aut ab ecclia nunquã post mortẽ poterit dici cõtumax, aut rebellis, quo fit, ut nec excõicari possit post mortẽ. Forte quis dicet mortuũ non excõicari pp contumaciã, quam post mortem habuerit: quia hmõi talis illi contingere non põt: sed pp contumaciam, quam habuit ante mortẽ, quæ quia ipso uiuente non innotuit: sed post mortem, ideo mortuus excõicatur. Sed hoc fieri non posse, uerba, quæ Xps saluator nr̃ statim post pręcedentia, ad excõicationis cõfirmationem dixit, apertissime conuincunt. Nã post illa uerba, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus, stati subdidit: Quodcunq; solueris super terram, erit solutũ, & in cœlo, & quodcunq; ligaueris super terrã, erit ligatũ & in cœlo. Per quę uerba (ut proxime pręcedenti capitulo ex Hieronymi testimonio oñdimus) Saluator nr̃ ipsam excõicandi ptãtem ecclíæ concessam, amplius declarauit, & ratam, & firmam esse oñdit. Síq; tñ in hac re soli Hieronymo non fidit, nec solo illius testimonio est contentus, plures alios possem ex sacris doctoribus ad huius rei testimoniũ afferre. Ne tñ nimia prolixitate in re tam clara grauem Lectorẽ, solos duos alios probatissimos testes, omniq́; (ut dicitur) exceptione maiores proferam, qui per præfata Saluatoris nostri uerba conuincere nituntur ptãtem excõicandi datam esse ecclíæ. Primus est Vrbanus Papa & martyr in epl̃a de cõi uita, & oblatione fidelium, qui postquam inhibuit ne ecclíæ facultates caperentur in alios usus cõuerrendæ, & cuicunq; diripienti illas excõicationem minatus est, ne talem excõicationem aliquis contemnere auderet, ipsam excõicandi ptãtem, ꝑ illa Saluatoris uerba probat, quibus ait: Quodcunq; ligaueris super terrã, erit ligatum, & in cœlo. Gelasius Papa in c. legatur. et in cap. Nec quisq;. per illa eadẽ uerba probat ptãtem excõmunicandi datam esse ecclíæ. Illa aũt Saluatoris nr̃i uerba, de solis illis loquuntur, qui sunt super terram, hoc est, de illis, qui uitam in hoc mundo degunt, non aũt de

mortuis qui aut supra terrã, aut subtus terrã sunt. Solos ergo uiuos ecclẽia ligare, aut soluere põt, non autem mortuos. Et hanc sñiam tuentur non solum theologi oẽs: sed ẽt iuris canonici periti. Aliqui tñ canonistæ ab hac lege excipiunt hr̃ticum hominem, qui licet defunctus huic seculo sit, pp criminis tñ grauitatẽ dñt illum posse ẽt post mortem excõicari. Nam Glossator Decretalium in c. si quis Eps. de hæret. in uerbo, post mortem, postq̃ ad sue sñiæ confirmationẽ citauit c. sane. 24. q. 2. deinde sibi ipsi obijcit, & rñdet p hæc uerba. Contra, quia crimina morte extinguũtur. 23. d. quorundã. 24. q. 2. c. 1. & crimẽ cum pœna sit extinctum. C. si reus, uel accu. mor. fue. l. 2. Hoc tñ speciale est in crimine hæresis in criminis detestationem, ut post mortem possit accusari, & excõicari. Hæc glossator decretalium. Abbas in expositione præfati c. si quis Eps. eidem subscribit sñiæ, dicens ẽt hoc esse speciale hæretico, ut post mortem possit excõicari. Sed reuera (ut ingenue loquar) misere errauit, uterq;, q̃m nec Pontificum in hac re ptãtem intellexit, nec uirtutẽ excõicationis consideravit, nec uerba Gratiani, & q̃ ille ex alijs authoribus ibidẽ citat, interius penetrauit. Post mortem qdem damnari põt aliquis de hæresi, hoc est, dari sñia, p quam declaretur illum fuisse hæreticum, & in hæresi ex hoc sc̃lo decessisse: quia nulla pñiæ signa ante mortem oñdit. Non tñ cum damnatur hæreticus defunctus, tunc excõicatur, sed declaratur illum tunc fuisse excõicatum, cum primo factus est hæreticus. Nam (ut præcedenti c. diximus) hæreticus ẽt ante iudicis declarationem, est ipso iure excõmunicatus. Q̃m & si quis adeo occultus fuerit hr̃ticus, ut nunq̃ ad notitiã iudicis puenerit, si tñ hæresim suã exterius utcũq; pdiderit, et nõ in solo corde celauerit, nõ tñ pp hoc ab excõicatione liberabit̃, cũ talis excõicatio non ab hoĩe pẽdeat, ut uim suam hr̃e possit: sed sit ab ipso iure ĩflicta. Qui ergo post mortem de hæresi damnatur, non tunc excõicatur: sed declarat̃ fuisse ante mortem excõicatus, & ĩ excõmunicatione defunctus, ut

deinceps iam non pro illo sicut pro aliis, alicui orare liceat, & omnes intelligant illum, qui pro hæretico dãnatus est, non hr̃e partem in or̃onibus, quas ecclesia facit pro defunctis. Neq; aliud dici posse, authoritate, & rõne urgentissima id conuincere uolo. Leo Papa in ep̃la ad Rusticum Narbonensem Ep̃m, quæ est. 60. in ordine ep̃laꝝ suaꝝ, sic ait: De cõione priuatis, & ita defunctis hoꝝ causa iudicio Dei reseruanda est, in cuius manibus fuit, ut talium obitus non usq; ad cõionis remedium differretur. Nos autem quibus uiuentibus non cõicamus, mortuis cõicare nõ possumus. Hęc Leo p̃p, & hñr in uolumine Decretoꝝ. 24. q. 2. De cõione. Ex quibus uerbis constat Leonis Papæ sñiam esse, neminem post mortẽ ab excõicatione, in qua decessit, posse post mortem absolui. Et inde deducitur, ut eodem modo nemo, qui sine excõicatione decessit, possit post mortẽ excõicari. Hæc aũt collectio probatur esse bona testimonio Vrbani Papæ in ep̃la ad Guillimũdum Ep̃m, qui ex illis beati Leonis uerbis eandem format consequentiam, sic inquiens: Inter cæteros quippe nr̃æ fidei p̃res btũs Leo Papa doctor egregius. Quibus uiuis (inquit) non cõicamus, nec mortuis cõicare debemus. Constat ergo q̃bus uiuis (ut ex opposito loquamur) cõicamus, mortuis quoq; cõicare possumus. Hæc Vrbanus Papa, & hñr in cap. Sanè qđ super. 24. q. 2. Gelasius Papa in cap. legatur. eadem causa, & q̃one, dicit apertissime nullum post mortẽ posse ab excõicatione in qua decessit, absolui, & in suæ sñię confirmationem adducit illa sæpe iam repetita uerba, quæ Saluator nr̃ dixit beato Petro. Quodcunq; solueris super terram, erit solutum & in cœlis, & quodcunq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis. Quæ uerba doctissime annotans Gelasius ait: Super terram (inquit) nam in ligatione defunctum, nunq̃ dixit esse absoluendum. Hæc Gelasius. Ex quibus uerbis apertissime constat Gelasium Papam hac rõne moueri, ut dicat defunctum non posse ligari, aut absolui: quia uidelicet non

Leo p̃p primus

Vrb. p̃p

mat. 16

Gel. p̃p

est super terram. Hæc aũt ratio æque urget circa hęreticum defunctum, sicut circa omnes alios defunctos: q̃m hæreticus defunctus non magis est super terram, q̃ cæteri mortui. Cum ergo eadem ratio sit circa hæreticum defunctum, quę circa alios mortuos, oportet, ut eadem lege iudicentur hæretici defuncti, qua circa excõicationem alij defuncti iudicantur. Q̃m aut ratio illa à Gelasio data non bñ de alijs defunctis probat, q̃ solui, aut ligari non p̃nt, aut etiam de hæretico sicut de alijs concludit.

Eccl. 11 Præterea Salomon ait: Si ceciderit lignum ad Austrũ, aut ad Aquilonem, in quocunq; loco ceciderit, ibi erit. Lignum de quo loco isto Salomon loquitur, tunc cadere dr̃ (ut Hieronym. ibidem interpretatur) q̃n homo moritur. Sed in quocunq; loco ceciderit, ibi erit: quia sicut eum mors occupauit, ita post modum reperiet. Ex qua Salomonis s̃nía conuincitur, ut qui non est in morte excõicatus, nec possit etiam post mortem excõicari. Hanc nr̃am argumentationem confirmat id, qđ Gelasius Papa ait in cap. Nec quisquã. 24. q. 2. ubi disserens de mortuo an possit ab excõicatione absolui, aut ab ea ligari, hæc ait: Cæterꝝ de eo, qui in diuino iudicio est constitutus, nobis fas non est aliud decernere præter id, in quo eum dies supremus inuenit. Hæc Gelas. Quæ uerba cũ illis, quæ ex Salomone citauimus, manifestissime consonant. Rursum eodem modo põt Papa aut quiuis alius Ep̃s hæreticũ defunctum excõicare, sicut põt iniuste de hæresi damnatum absoluere, ꝑut definitum est in actione prima quintæ synodi, quam Gratianus citat in cap. sane qđ fertur. 24. q. 2. At cum absoluit illum, qui iniuste de hæresi damnatus fuerat, non absoluit ab excõicatione: quia constat nullam fuisse, neq; in illam incidisse: sed solum declarat illum non fuisse excõicatum: ergo cum post mortem dãnat hæreticum, aut excõicat, solum declarat illum fuisse hæreticum, & ꝑꝑ hæresim fuisse excõicatum, ac proinde non esse pro illo deinceps orandum. Deinde quod dicũt hoc esse speciale hæreticis, ut

pp criminis grauitatem possint post mortem excõicari, apertissime oñdit eos ignorare, ad quos se extendit ptãs excõicandi ecclesiæ concessa. Nam si hoc bñ introspexissent, nunquã hoc dixissent. Quis unquam diceret prætorem alicuius ciuitatis posse punire maleficos in alia ciuitate cõmorantes, in qua nullam prorsus habet iurisdictionem, etiam si illi grauissime peccarent? Aperta quidem est rła iuris in. 6. quæ talem sñiam, & punitionẽ cãmnat & irritat. Sñia (inquit rła) non à suo iudice lata, nulla est. Si tñ Rex pp criminis grauitatem, qđ in alia cõmittitur ciuitate, nouam quandam prætori alterius ciuitatis concederet ptãtem, ut maleficos, sceleratissimosq́ homines, quos in ciuitate suæ iurisdictioni alias nõ subiecta, nouerit, punire possit, tunc noua illi concessa ptãte poterit in illos sñiam firmam dicere, contra quos antea nihil prorsus efficere ualebat. Ptãs excõicandi, quam ex Euangelio didicimus ecclię datam esse ad solos uiuos se extendit, ut clarissime constat ex uerbis Euangelij, & ex interpretationibus sacrorꝝ doctorꝝ, quos supra citauimus. Si ergo aliquis Eps mortuum excõicare tentauerit, in eum, qui sibi subditus non est, sñiam dicet, fietq́ necessario, ut sñia illa: quia non à suo iudice lata, iuxta rłam iuris, sit nulla cẽsenda. Si Deus ultra illam gñalem ptãtem supra uiuos datam, specialem aliq̃ aliam concessit ecclesiæ ptãtem, ut hæreticos pp grauissimum hæresis uitium, possit etiam post mortem excõicare, tunc cedam. Cum tñ nullam possint specialem aliam, & latiorẽ ptãtem oñdere supra hæreticos fuisse à Deo concessam, nescio qua fronte dicere audent, hoc esse speciale in hæretico, ut pp criminis grauitatem possit post mortem excõicari. Est. n. speciale aliquid in crimine illo, per quod reliqua uitia superat in malitia: sed non est speciale aliquid in ptãte excõicandi à Xpo ecclię concessa, ita ut latiorem supra hęreticos, quàm supra alios illi concesserit ptãtem. Hanc aũt ptãtem oportebat illos magis, q̃ criminis grauitatem ĩspicere, ut recte de hac qõne defini-

re potuissent: qm̃ excōicatio ipsa, ut firma sit, magis ex ptāte sibi collata, q̃ ex criminis grauitate pēdet. His igr̃ urgentissimis rōnibus motus, dico hęreticum hominem posse damnari post mortem, hoc est, per snīam declarari fuisse hæreticum, & in hæresi usq; ad mortem perseuerasse, et per consequens fuisse in excōicatione defunctũ, nego tñ illum post mortem posse tunc primo excōicari, cum per mortem, sit iam extra hominũ iudicium constitutus. Neq; aliud dicit Gratian⁹ in 24. q. 2. par. 2. qm̃ illic dicit hominem posse de crimine hæreseos accusari, & damnari post mortem, quod & nos fatemur, nunq̃ autem dicit illum, aut aliquem alium post mortem posse excōicari. si quæras cur possit quis post mortem de hæresi damnari, non autem excōicari, rñdeo hanc esse cām, q̃ snīa damnans hæreticum mortuum, est uelut declaratoria operꝝ præteritorꝝ, declarans illum hanc aut illam hæresim pertinaci animo fuisse amplexatum, & per consequens fuisse eo ipso excōicatum: quod (ut clarissime constat) etiam post mortem fieri potest. Excōicatio uero non tam est snīa, q̃ snīæ executio. Sicut. n. aliud est furem suspendio dignum censere, & aliud furem suspendere, ita etiam aliud est decernere aliquem esse excōicatione dignum, aut illum iam fuisse excōicatum, & longe aliud est illum actu excōicare: Primus quidem dr̃ snīa: scd̃s uero non est snīa: sed executio snīæ iampridē latæ. Esto, excōicatio snīa dicenda sit: non tñ solum illa erit præteriti operis declaratoria: sed p̄ntis pœnę ioflictiua. Per excōicationem siquidem non solum declaratur illum cui infertur excōicatio, aliquod letale crimen cōmisisse, pp quod solum inferenda est excōicatio: sed ultra hoc infligitur pœna, qua excluditur excōicatus à participatione, & cōicatione fidelium. Hæc autem pœna non potest infligi defunctis, cum sint iam extra humanũ iudicium constituti. Cum autem quis de hæresi damnatur, & hæreticus iudicatur, nulla illi spũalis infligit̃ pœna: sed solum de opere iam olim dum uiueret, facto, de-

claratoria quædam profertur sñia, quæ declarat illum fuisse hæreticum, & in hæresim fuisse defunctum. Quæ sñia non parui est momenti, nec frustra & inutiliter daẽ: sed ad multa, q̃ inde iure facienda occurrunt, ualde conducit: ad omnes. s. pœnas corporales, quæ corpus hæretici contingere pñt: qm̃ hoc, & quæ illud contingunt, in terra sunt, & hominum ptãti subiecta. Primo quidem ualet ad confiscationem bonoꝝ ipsius hæretici faciendam. Nam bona illius, qui uiuens in hæresi latuit, si post mortem constat illum fuisse hæreticum, eo ipso sunt cõfiscata, ut decernitur in cap. Accusatus. paragr. in eo. De hæreticis. lib. 6. Valet etiam talis sñia, ad filioꝝ infamiã aliĳs innotescendam. Erant quidem filĳ parentis hæretici (ut supra docuimus) ipso iure infames: sed quia paternum crimen unde ad filios infamia deriuatur, latebat: iõ aliĳs erat ignota filioꝝ infamia. Vt autem defunctus damnatur de hæresi, eo ipso omnibus hanc damnationem scientibus, filioꝝ infamia innotescit. Deinde damnatio hæretici defuncti hoc tertium efficit, manifestare uideli cet aliĳs corpus illius indignum esse ecclastica sepultura, in qua reconditum est. Nam (ut præcedenti cap. oñdimus) hæreticus à iure priuatur ecclastica sepultura. Quo fit, ut postquam de illius hæresi post mortem constiterit, corpus illius si ab aliĳs fidelium corporib⁹ possit discerni, sit ab ipsa sepultura tanq̃ à re iniuste possessa separandum, & extra ecclãm eĳciendum. Sic. n. conciliũ Constantiense de corpore Ioannis Vuiclef hæretici iam tunc defuncti, censuit esse faciendum. Nam sess. 8. postquam idem concilium declarauit illum fuisse hæreticũ, nec unquam de illius pñia constitisse, hæc addit uerba: Decernitq́;, & ordinat hęc sancta synodus, corpus eius, & ossa (si ab aliĳs fidelium corporibus discerni pñt) exhumari, & procul ab ecclesiæ sepultura iactari, scdm canonicas, & legitimas sanctiones. Hæc concilium. Demum ualet hæc sñia, qua aliquis post mortem de hęresi damnatur, ut oẽs, uel ex eo intelligant nefas esse, & im-

Cõciliũ Cõstãt.

pium pro illo, tãqnam ꝓ hoĩe excõicato, & in excõicatione defuncto Deum orare. Ad hæc omnia ualet sñia, qua aliquis post mortem damnatur de hæresi: non tñ ualet ad excõmunicationem illi inferendam.

Respondetur obiectionibus, quæ pro Abbatis, & Glossæ opinione afferri possunt. Cap. XX.

Hic tñ fortasse aliquis Abbatis, aut Glossę in hac parte prõnus mihi obĳciet, hęreticos multos post mortem fuisse ab ecclesia anathematizatos. Nam conciliũ Constantiense sess. 8. anathematizauit Ioannem Vuiclefiam tunc defunctũ. Et in quinta synodo actione prima, anathematizati sunt Dioscorus, & Eutyches, & alĳ multi hæretici, qui iandiu ante annos multos fuerant mortui. In sexta synodo actione ultima, anathematizati sunt Theodorus Faranita, Sergi⁹, Pyrrhus, & Paulus, & Honorius, & multi alĳ hæretici, qui omnes iam erant mortui Et in cap. siquis Ep̃s, extra de hæreticis, præcipitur, ut anathema dicatur post mortem Ep̃o, qui hæredes instituerit hæreticos, aut paganos. Fateor quidem post mortem posse aliquem anathematizari, non tñ excõicari. Non sunt.n. idem prorsus anathematizare, et excõicare, aut anathema, & excõicatio. Hoc autem ita esse, uel ex eo constare põt ꝙ multi sunt, qui hæreses & hæreticos anathematizãt, qui nullam prorsus hñt excõicandi ptãtem. Nam omnis, qui hæresim, quam prius tenebat, deserit, cum ad ecclesię cõionem recipitur (ut supra docuimus) cogitur prius abiurare, & anathematizare hęsim, qua maculatus fuerat: sicut patet in cap. Ego Berengarius. q͛ hr̃, de consecratione. dist. 2. Non tñ omnis talis hæreticus resipiscens, ptãtem excõicandi hẽt. Præterea sæpe ecclesia in suis sententĳs, post uerbũ excõicationis addit uerbum anathematis, dicens: Excõicamus, & anathematizamus, prout patet in cap. Excõicamus. primo, & secundo, extra de hęreticis. Et in cap. cum non ab homine. extra de Iudicĳs. Primo p̃cipi͛, ut clericus incorrigibilis excõice͂, ac deinde, ut anathema

tis

tis mucrone feriatur. Ex quibus omnibus apertissime cõstat non esse idem prorsus excõicatio, & anathema. sed aliquid addere anathema supra excõicationem, præsertim quod perpetuo, ubi ista duo coniunguntur, uerbum anathematis semper ponitur post uerbũ excõicationis, & nunquam ante illud collocatur. Rursum cum Petrus in atrio Principis sacerdotum se calefaceret, & tertio negaret se Christi discipulum esse, dicit Marcus Euangelista de illo, ꝙ cœpit anathematizare, & iurare: quia nescio hominem istum. Certum autem est, Petrum tũc nullum excõicasse, quamuis anathematizauerit. Ex his omnibus luce clarius constat, aliquod esse discrimen inter has duas uoces, anathematizare, & excõmunicare. Oportet igitur harum uocum sig̃ationes explicare: qm̃ inde tota huius q̃onis summa pendet, & ex illarum ignorantia multi occasionem erroris sumpserunt, putantes eandem prorsus utriusq; uocis sig̃ationem, cum tñ sit ualde diuersa. Anathema Græca uox est, & significat donaria, quæ Deo, aut sanctis eius offeruntur, & in templis honoris gratia suspenduntur. Et iuxta hanc nudam uocis significationem, sæpissime in sacris literis præsertim in ueteri testamento reperitur. Nam (ut alia omittam) illud est manifestissimum, quod in libro Iosue de expugnatione ciuitatis Iericho legitur, ubi hæc habent: Cumq; septimo circuitu clangerent buccinis sacerdotes, dixit Iosue ad omnem Israel. Vociferamini: tradidit enim uobis Dñs ciuitatem: sitq; ciuitas hæc anathema: et omnia, quæ in ea sunt, Dño. Ciuitatem, & omnia, quæ ĩ illa erant, præcepit esse anathema Dño: quia omnia, q̃ in illa erant, uolebat Dño seruari, & illi in sacrificium offerri: ita ut ex illis nihil sibi ipsi aliquis seruare auderet. Cum aũt de spolijs ciuitatis tulisset ac sibi seruasset Acham filius Charmi, iratus est Dñs, & dixit filijs Israel: Anathema in medio tui Israel: non poteris stare coram hostibus tuis, donec deleatur ex te, qui hoc contaminatus est scelere. Anathema uocauit hoc loco spolia, q̃ sibi

mat. 14

Iosue. 6

seruauerat Achan filius Charmi: qm̃ illa ad hoc destinata erant, ut Deo dicarentur. Sicut autem nefas est cõtingere ea, quæ Deo sunt oblata, ita etiam nefas est conuersari cum his, qui ab ecclesia per excõicationem sunt præcisi. Et ob hanc causam similitudine per contrarium ducta is, qui excommunicatus est, uocatur anathema.

Gala.1 Sic accepit Paulus, cum in ep̃la ad Galatas ait: Siquis uobis Euangelizauerit, præter id, quod accepistis, anathema sit, hoc est, excõicatus, & à Deo separatus. Hæc omnia testimonio b̃ti Chrysostomi comprobãtur, qui

Chrys. homilia sextadecima super epistolam ad Romanos ita inquit: Quemadmodum anathema, donumq́; id, quod Deo oblatum dedicatur, nemo est, qui temere manibus contingere audeat, neq; ad id propius accedere: sic & eum, qui ab ecclesia separatur, ab omnibus abscindens, ac tanquam longissime abducens, hoc nomine à cõtrario. s. appellat, magno cum terrore omnibus interminatus, ab eo, ut separentur, ac pedem referant. Anathemati. n. honoris gr̃a appropinquare nemo audebat: ab eo autem, qui ab ecclesia abscisus erat, ex opposito omnes sñia separabantur. Quapp separatio quidem tum hæc, tum illa: ex æquo à uulgo alienatio erat. Separationis uero modus non unus: sed illi contrarius. Ab illo enim abstinebant, tanq̃ Deo dicato: ab hoc aũt decedebãt, tanquam à Deo alienato, & ab ecclesia absciso. Hactenus Chrysostomus. Et eadem post illũ dicit Theophi-

Rom.9 lactus interpretãs illud Pauli ex epistola ad Romanos. Optabam ego anathema esse à Christo pro fratribus meis. Et hoc idem asserit quinta synodus, cuius testimonium citatur à Gratiano in cap. Certum. 24.q.3. in quo hæc hñt uerba. Nihil. n. aliud significat anathema. nisi à Deo separationem. Quod intelligendum est, secundum illam significationem, scd̃m quam anathema applicatur excõicationi, & de illa sola loquebatur quinta synodus, ut patet ex literę circunstantijs, quæ semper solent uerum, & germanum literę sensum aperire. Alias qui-

dem,iuxta plenariam illius uocis significationẽ, multo plura significat quã separationẽ à Deo, prout apte constat ex testimonijs sacræ scripturæ & sanctoꝝ uiroꝝ, q̃ supra citauimns.Iuxta hũc modũ accipitur anathema, quoties in concilioꝝ definitionibus aut Pontificũ decretis dicitur. Siqs hoc,aut illud dixerit,aut fecerit,anathema sit: hoc est maledictus,& ab ecclesiæ consortio alienus. Nam anathematis uox,ut per silitudinem ad excõicationem applicatur, non solã minorem excõicationẽ exprimit,sed ẽt maiorem, per quam excõicatus ab ecclesia abscindit atque separat. Sic.n.docetur expresse in capite. Engertrudam 3.q.4. Ab hoc noĩe,anathema,deriuatur uerbũ anathematizo,quod sigñat maledicere, detestari,deuouere. In cuius rei testimonium(ut prophanos omittã authores)solum beatũ Aug.profero, q in q̃stionibus sup librum Numeroꝝ qõ.41.hæc ait: Hinc dictum est anathema quod detestabile aliqd, & abominabile uideat. Vt.n.nihil inde uictor in usus suos auferret,sed totum in pœnam luendam uoueret,hoc erat anathemare,quod uulgo dicitur deuotare. Origo aũt huius uerbi est in Græca lingua,ab his rebus,q̃ uotę & psolutę,hoc ẽ,pmissæ & reddite, sursum ponebant in tẽplis: à uocibus grecis, ἄνω τίθεσθαι: hoc est, sursum ponere, uel fingẽdo uel suspendẽdo. Hæc Aug. Anathema ergo iuxta Augustinum,est idem quod abominabile & detestabile. Anathematizare aũt uel (ut ille ait) anathemare,est abominari,maledicere,detestari. Et iuxta hanc significationem capit hęc uox,anathema,apud Marcum euãgelistã loco superius citato,cum dixit,ꝙ Petrus cœpit anathematizare & iurare: quia nõ noui hoĩem istũ. Iurauit.n.tunc Petrus iurõ per execrationẽ,quod (ut Augus.super psal.7.docet)est oĩum grauissimum iurm. Iurans Petrus maledicebat sibi ipsi,& maledictiones imprecabatur, ut maior suo iurõ adhiberet fides: ac si dixisset: Maledictus ego sim à deo, & talia aut talia addat mihi Deus,hæc,aut illa super me ueniat, si noui ho-

Aug.

Mar. 14.

minem istum. Hoc certe est iurare & anathematizare. Et hoc aut aliquod aliud simile credendum est Petrum negantem dixisse, pp quod dictus est anathematizare & iurare. Nam iurans nō alium, sed se ipsum anathematizauit. Ex qbus oībus iam apertissime cōstat, aliquam esse drīam inter anathematizare, & excōicare, eam.s.q̄ est inter maledicere aut detestari, & excōicare. Habent .n. illa duo talem ordinē inter se ipsa, quod nec semp ab inuitem sepantur, nec semp se necessario consequuntur, ut eidē semper cōueniant. Nam quāuis idē possit excōicari & anathematizari, non tñ consequens est ut omnis quem anathematizamus aut maledicimus, sit eo ipso excōicatus: neque ecōtrario cōsequens est, ut oīs excōicatus, sit eo ipso anathematizatus, aut maledictus. Et pp hanc cām ecclesia postquam aliquē publice & noīatim excōicauit, anathematizare cōsueuit. Tunc anathematizat, qñ maledictionis uerba & imp̄cationes quasdam cōtra excōicatum profert, ut puta dicēdo psalmū 108. maledictionibus plenum, qui in aliquibus ecclesiis tunc legi solet. In alijs ecclesiis q̄dam ceremoniæ horroris plenæ, post datā excōicationem, fieri solent. Candelæ accensæ, aqua desuper infusa, coràm pp̄io a' sacerdote extinguūtur, qui tunc hæc dicit uerba. Sicut hęc candela extinguitur in hac aqua, ita anima huius excōicati pereat in inferno. Deinde in signum tristitiæ pro aīa sic pereunte, signū crucis eleuatū uelamine nigro tegit̃. Cū hæc aut alia siñia ecclesia contra excōicatum facit, tunc illū anathematizat. Et hoc aut aliud sīle quidquā fieri præcipit Pontifex cū clerico incorrigibili, quem in cap. Cum ab homine, extra de iudicijs, supra citato postquā excōicatus fuerit, p̄cipit si emēdari noluerit anathematis mucrone feriri. Ex quibus oībus apertissime constat, in conciliorꝝ aut Pontificum decretis non frustra & sine causa post uerbum excōicationis, additum esse uerbum anathematis. Nam post excōmunicationem ad maiorē horrorem & metū alijs incutiendū, placuit superadde-

re male dictionem, q̃ anathematis nomine significatur. Vnde patet misere errasse Syluestrum de Prierio, q in sua summa, titulo excõicatio primo qõne ultima, dicit idẽ prorsus esse anathema, & maiorem excõicationem, & diem anathematizare & excõicare maiori excõmunicatione. Ad cuius sñiæ persuasionem profert illud cap. Engertrudam.3.q.4. Sed re uera (ut ingenue loquar) ille nõ intellexit textum: qm̃ si bñ intellexisset, nouisset optime nihil prorsus illius fauere sñiæ. Nam textus ille dicit quòd anathema maiorem explicat excõicationem: qđ intelligendum est, qñ iuxta illam significationem capit, iuxta quam applicatur excõicationi. Nunquam tñ textus ille dicit quòd anathema non significet aliud quam excõmunicationem, aut quod anathematizare non significet aliud, quàm excõicare. Deinde, id quod textus ille ait, anathema significare excõmunicationem maiorem, sic intelligendum est, ꝙ maledictio q̃ anathematis uoce significatur, non datur nisi maiore excõicatione p̃cedente. Itaq; anathema maiorem significat excõicationem, quia cum anathema dicitur, datur intelligi maiorem iam præcessisse excõicationem, postquam solam dici solet anathema.i. maledictio. Omitto quàm bellam illius uocis anathema, Syluester reddat etymologiam. Non quidem miror ꝙ hęc ille ignorauerit, sed miror ualde quòd tanta cum authoritate docere non sit ueritus q̃ prorsus ignorabat. Et certe ista aduersus illũ nõ dixissẽ, si ille cũ alijs fuisset uel parũ modestus. Nam Angelum de Clauasio authorem summæ angelicæ, uirũ quidem, p̃ter doctrinam quam habuit non modicam, multis miraculis clarissimum, sæpe iniuriose tractat: cum tñ multa frequenter nec uno mutato uerbo, ab illo furatus sit: put facile poterit illius tam multa furta deprehendere, quisquis illius summam cum angelica summa conferre uoluerit, quamuis ille ad hoc laborasse vr̃, ut furta occultaret, quia quæ Angelus sub una dictione posuerat, ille in aliam dictionem transferre curauit, ne forte qui utranq;

summam in eadem materia legeret, furtum deprehēdere posset. Fieri igitur oportuit cum Syluestro, ut cum ille toties male locutus fuerit, male etiam aliqñ audiret. Fatemur itaque defunctos non solum hæreticos sed etiam catholicos posse à uiuentibus anathematizari, non tñ excōicari. Nam sæpenumero uidemus, ut filij uiuētes parētibus suis defunctis maledicant, & illos detestentur, & abominenẽ, male illis imprecantes, q̃a forte parētes dū uiuerent, fuerunt suarū rerū prodigi, aut quia male cū illis hæreditatem diuiserunt, aut pp̄ aliam similem cām. Quo sic eueniente, filij parentes suos defunctos anathematizant, non tñ perinde eos excōicant, quia non omnes id facere pñt, cum excōmunicare sit actus ptātis & iurisdictionis, quam non oēs hr̄e, apertissime constat. Ecclesia tñ non consueuit anathematizare, hoc est, maledicere, nisi illum qui prius excōicatus fuisset. Quamuis igitur anathematis uoce (ut diximus) ecclesia aliqñ utatur pro excōicatione, non tñ hoc semper facit. Concilium ergo Constantiense anathematizauit Ioannem Vuiclef defunctum: quinta synodus plurimos hæresiarchas iam mortuos anathematizauit: sexta synodus anathematizauit alios multos hæreticos, hoc est, maledixit illis, & imprecationes in illos dixit, non tñ illos excōicauit. Neque unquam Concilium in suis definitionibus, aut Pontifex in suis decretis, usus est uerbo excōicationis contra illos hęreticos, sed solo uerbo anathematis. Intelligebāt siquidem optime tam concilia quàm Summi Pōtifices, se iam super illos ptātem aut iurisdictionem non hr̄e: & sciebant non paruum esse discrimen inter anathema & excōicationem. Illud ēt quod ex concilio Africano citatur in cap. Siquis Ep̄s, extra de hæreticis, ad eundem modum est interpretandum, ita ut ibi anathema capiatur pro maledictione non pro excōicatione. Nam si pro excommunicatione poneretẽ, dixisset, sit anathema hoc est sit excōicatus, & nō dixisset, dicatur illi anathema, Qm̄ tale genus locutionis inusitatum est in ecclesia, ut pro

eo quod est excōicare, ponatur, dicere alicui excōicatio nem. Iubet igitur concilium, ut Epo qui hæredes instituerit hæreticos aut paganos, dicat anathema, hoc est, maledicatur ab omnibus, omnes illi imprecentur, omnesq; illum maledictum appellent. Esto etiam, illic anathema pro excommunicatione ponatur, nihil tñ nostræ obuiabit sñiæ: qm̃ (ut ex ipso uerboꝝ contextu conuincitur) sñia illa quæ illic contra talem Epm̄ profertur, est solum declaratoria pœnæ iam olim illatæ, & non executio nouæ excōicationis. Si dixisset concilium, sit anathema, uideretur sensisse tunc primum post mortem, excōmunicationem esse inferendam, quia præcipiēs esse anathema aperte innuere uideretur, ante non fuisse anathema. Cum uero concilium præcipiat ut dicatur anathema, satis clare ōnditur sñiam esse declaratoriam. Quia quod ait, dicat anathema, tm̃ ualet, ac si dixisset, appelletur excommunicatus, uocetur maledictus. Et hūc esse uerꝝ lr̄æ sensum, uerba quę sequuntur apertissime declarant. Nam postquam dixerat concilium, dicatur ei anathema, statim subdidit: atq; eius nomen inter Dei sacerdotes nullo modo recitetur. Erat quidem olim consuetudo ut catalogus haberetur in ecclesia omnium Epoꝝ defunctoꝝ, qui illius fuerant pastores, & talis catalogus publice ante altare legebatur coram pp̄lo, ut populus illos dño commendaret. Præcipit igitur concilium Africanum ut Ep̄s qui hæredes instituit hęreticos aut paganos, non scribatur in catalogo Epoꝝ, nec nomen illius recitetur inter nomina alioꝝ Epoꝝ. Hanc fuisse olim ecclesiæ consuetudinem, & hanc esse concilij Africani sñiam, apertissime conuincitur per id quod beatus Leo Papa ait in quadam epistola ad Anatholium Constantinopolitanum Epm̄, quæ est .38. in ordine ep̄laꝝ suaꝝ. In illa enim epistola idem beatus Leo Papa respondet ad quasdam qōnes à præfato Anatholio propositas, & ad tertiam qōnem rñdens, sic ait. De nominibus autem Dioscori, Iuuenalis & Eustachij, ad sacrū altare nō reci-

Leo pp̄ primus

tandis,dilectionem tuam hoc decet custodire, quod nostri ibidem constituti, faciendum esse dixerint: quodq; honorandæ sancti Flauiani memoriæ non repugnet, & à gr̄a tua christianæ plebis animos non auertat. Nam iniquum nimis est atque incongruum, eos qui innocentes & catholicos sua persecutione uexarunt, sanctorum nominibus sine discretione misceri. Hæc Leo Papa huius nominis primus. Et alius etiam beatus Leo tertius huius nominis Papa, in epistola pro confirmatione sextę synodi gñalis ad Constantinum Imperatorem missa, quæ hr̄ in ultima actione eiusdem synodi, eandem ostendit consuetudinem, & textum illius capituli, siquis Ep̄s, aperte declarat, cum ait. Anathematizamus præterea (inquit Leo tertius) proinde atq; execramur omnes hæreses, omnesq; earū authores, atq; fautores, qui aduersus apl̄icam & orthodoxam fidem diabolicis decepti fallacijs falsitatis errores in ecclesiam conati sunt introducere. i. Arrium, Sabellium, Macedonium. Et multis hęreticorū nominibus recēsitis, tandē subdit. Quos sc̄tā catholica atque Apostolica ecclesia de catalogo fideliū patrum, utpote zizania de area Dn̄icæ ecclesiæ gehennæ supplicio abdicāda per uentilabrum diuinæ discretionis abiecit. Hæc Leo tertius. Ex quibus duobus tam fidelissimis testibus aperte constat uerus atque germanus sensus illius capituli, siq̄s Ep̄s. p̄cipit nanq; conciliū, ut ille talis Ep̄s qui hæreticos aut paganos hæredes instituit, post mortem non appelletur Ep̄s aut Dei sacerdos, sed dicatur anathema, hoc est, maledictus, detestabilis, abominabilis, & nomen eius in catalogo Ep̄orū defunctorū non recitetur. Sc̄d'o potest mihi aliquis obijcere, illud secundum capit. quod incipit, a nobis, extra de sn̄ia excōmunicationis, ubi Papa Innocētius definit, post mortem posse dari absolutionem defuncto in excōmunicatione decedenti, & deinde dicit ecclesiam in certis casibus posse ligare mortuos & soluere. Hic textus ī superficie sola inspectus, nostram vr̄ prorsus destruere

Leo pp̄ tertius.

fníam, ſed bene conſideratus & acutius examinatus ꝑ nobis fníam dicet, tm̄ abeſt ut uel ex longinquo nos oppugnare uelit. Pro cuius clariori intelligentia admoneo lectorem, ut conſideret, ꝙ excõicatio quæ in unam aliquam perſonam fertur ad plures perſonas ſuos extendit effectus. Nam excõicatio non ſolum pertingit ad excõmunicatum, ſed etiam ad alios: qm̄ cum eccleſia aliquẽ excõmunicat, eo ipſo alios obligat, ne pro illo publicas & ſolennes apud Deum effundere preces, aut eleemoſynas publicas dare, aut ſacrificia offerre, aut denique comercium ullum cum illis hr̄e audeant. Ipſummet excõicatum non uno tm̄ uerbere percutit, ſed multis: quoꝝ aliqua ad corpus, aliqua ad aĩam pertinent. Excõmunicatus ſiquidem tanquam membrum putridum eſt, à corpore eccleſiæ abſciſus & procul ſeparatus: ob quam cauſam cões Eccleſiæ oꝛones, & alia illius bona opera, quę ſibi inuicem communicant reliqua membra uiua et capiti cõiuncta, nullo modo proſunt excõicato. Et hoc eſt uulnus aut flagellum quod aĩæ per excõicationem infligitur. Et circa hoc nihil prorſus põt eccleſia circa defunctum efficere, qm̄ anima quę hoc flagello percuti debet, iam poſt ſeparationem à corpe, eſt oĩo a iudicio eccleſiæ ſeparata. Pręter hoc aĩę flagellũ, ſunt alia quę ad corpus pertinent, uidelicet priuatio eccleſiaſticę ſepulturę: non poſſe legitimam & ualidam in iudicio fníam dicere, & alia multa à iure contra ęxcõicatos decreta. De his corporalibus pœnis non dubito quin eccleſia illas poſſit inferre defuncto, qm̄ corpus defuncti, & quę illud contingere pñt, adhuc ſunt eccl'ię ꝑtãti ſubiecta. Põt igitur eccl'ia ꝑ aliquam iuſtam cãm, non ſolũ hęreticũ, ſed ẽt quẽlibet alium ſceleratum hoĩem defunctum, ad hunc finem excõicare, ut corpus illius extra eccl'iam iactetur tanquam eccl'iaſtica ſepultura indignũ. Põt etiam iuſta cã urgente, alium in excõicatione defunctũ ad hũc finem abſoluere, ut eccl'iaſtica illi cõcedatur ſepultura, qua ob excõicationem priuatus fuerãt. Deinde, quia ec

clesia(ut diximus)cum aliquem excōicat, alios ligat ne pro illo Deum publice orare ualeant,aut alia q̄ diximus pietatis opera pro illo facere. Quo facto quasi indirecte ēt illū lædit,dum illū priuat suffragijs tam corpis quàm aīę quę illi ab alijs prouenire possint. Et hoc ecc'iam facere posse circa defunctum ego non dubito,qa licet defunctus ille sit extra ecc'ię iudiciū constitutus,tñ alij uiuentes,ad quos tale dirigitur ecc'ię mandatum, ecc'ię ptāti subdunt. Sed quia ex tali mādato nocumentū quoddā infertur defuncto,ideo tūc eccl'ia defunctum excōicare dr:cum tñ re uera non defunctus sed uiuentes tali excōicatione ligent. Et isto modo ēt fatendum est ecclesiam posse absoluere ab excōicatione defunctū,qui in illa decesserat. Qua absolutione si res bñ aduertatur,non tam defunctus,quàm alij uiuentes absoluuntur. Viuentes siqdem ligati erant,ne pro illo, qui fuerat in excōicatione defunctus,possent orare. At concesso post modum absolutionis bñficio, absoluunt uiuentes, ut libere possint orare pro defuncto, & alia pietatis opera pro illo exercere. Quia tñ talis libertas uiuentibus concessa,in utilitatem cedit defuncti,ipse defunctus dicitur absolui. Et iuxta hunc modum ego intelligendum censeo scd̄m c. qđ incipit,à nobis. extra de snīa excōicationis. ubi Papa decernit ecc'iam posse soluere & ligare defunctos. Nā (ut ex ipsius lrę contextu apertissime constat) Papa ibidem de solo illo absolutionis bñficio loquitur,qđ dat uiuentibus libertatē ut possint impune ꝑ defuncto Deū orare, & alia pietatis opera ꝑ illo exercere. Et hoc ipm apertius declarauit,cum dixit,aliquē esse apud Deū qui non fallitur absolutū,q tñ apud eccl'iam est excōicatus. Qūo posset esse apud ecc'iam ligatus,qui apud Deū est absolutus,nisi qa ille ob hoc solum ligatus dr̄,quia alij ab ecc'ia ligati sunt ne pro illo orare possint, & ob hoc dr̄ ille ligatus,quia in illius uertitur damnū talis aliorꝝ ligatio. Nam al's illum defunctum q apud Deum absolutus est, & per consequens illi coniunctus,non pōt eccl'ia illū ex

cõicare, ut à Deo separet & abscindat. Tam longã traxi de hac re disputationem, quia noui optime, esse summe necessaria ea omnia quæ dixi, ut hunc errorẽ radicit⁹ euellere possem, & loco illius firmam plantare ueritatẽ.

An episcopus aut quiuis alius sacerdos factus hæreticus amittat illã ecclesiasticam ptãtem quæ à Theologis dicitur ptãs ordinis. C. XXI.

Duas esse ecclesiasticas ptãtes, unam quæ dr̃ ptãs ordinis siue sacralis, alteram quę dr̃ ptãs iurisdictionis, uniuersa Theologorũ schola docet, & multa sctõrũ patrũ testimonia confirmant. Ptãtem ordinis, siue ptãtem sacramentalem, quod idem est, diffinit Sctũs Thomas secunda secundę. q. 39. art. 3. sic inquiens. Sacr̃alis ptãs est quæ per aliquam consecrationem confertur. Dr̃ autem sacr̃alis à fine ad quem ordinatur: quia omnis talis ptãs ordinatur ad concessionem & ordinationem sacrorũ. Posset etiam dici sacr̃alis talis ptãs, quia semper donatur alicui per collationem alicuius sacr̃i, præsertim iuxta illorũ opinionem, qui putant Ep̃atum esse alium ordinem à sacerdotio distinctum. Nam qui contrariam tuẽtur sñiam, dicent Ep̃m multas hr̃e sacr̃ales ptãtes post consecrationem suam, quæ tñ non sunt illi per collationem alicuius sacr̃i collatę. Hæc ptãs dr̃ etiam ptãs ordinis, quia nemo potest illam hr̃e, nisi sit in aliquo certo gradu & ordine constitutus. Ptãtem iurisdictionis dicit Sanctus Thomas esse illam quę ex simplici iniunctione aut cõmissione hominis confertur, ut est ptãs excõicandi aut absoluendi ab excõicatione, ptãs definiẽdi in causis forensibus. Ioannes de Turrecremata libr. 1. de summa ecclesiæ. Cap. 96. dicit hanc iurisdictionis ptãtem esse duplicem iuxta duplex forũ, uidelicet conscientiæ & causarũ. Ptãs in foro conscientiæ est illa quam habet omnis pastor animarũ per quam potest absoluere subditos à peccatis. Ptãs in foro exteriori est ptãs per quam aliquis in negotijs & causis quæ uersantur inter homines habet ius definiendi, & sñiam etiam contra inuitum dicendi. Ptãtes ordinis uariæ sunt, sicut etiam uarij sunt

S. Tho.

S. Tho.

ordines quibus competunt. Quædam.n.ptãtes ordinis siue sacrales solis Epis conueniunt, ut sunt: posse ordines conferre, cõfirmare, cõsecrare ecclesias, aut altaria, aut calices, benedicere sacralia reliqua, ut sunt uestes sacerdotales, quæ omnia solus Eps potest facere. Aliæ sunt ptãtes ordinis, quæ omnibus sacerdotibus conueniunt. Ptãs siquidem consecrandi Corpus Christi, & ptãs absoluendi à peccatis, sunt ptãtes ordinis, quarum quælibet traditur sacerdoti, in consecratione illius, qñ illum ordinat Eps. Ptãtem consecrandi confert Eps qñ tradito calice dicit. Accipe ptãtem offerendi sacrificium deo, missasq́ celebrandi tam pro uiuis quàm pro defunctis in nomine dñi. Ptãtem absoluendi tradit Eps his uerbis. Accipe spm̃ sctm̃, quorum remiseris peccata remittuntur eis: quorum retinueris retenta sunt. Sed quia per hanc ptãtem absoluendi, sacerdos non potest operari, nisi aliquã habeat iurisdictionem, ideo iuxta beati Thomæ sniam necessario consequens est, ut duæ sũt ptãtes ordinis & iurisdictionis in pctõris absolutione concurrant, quarum si alí qua desit, nihil prorsus effici ualet. Alñ tñ has duas ecclesiasticas ptãtes alr diuidunt, aliterq́ diffiniunt. Nam Alfonsus Abulensis in illo lib. quem appellauit defensoriũ, part. 2. cap. 62. distinguit has duas ptãtes, non per hoc, quòd una conferatur per consecrationem, & alia sine consecratione: nec per hoc, quòd una donetur à Deo immediate, alia ab homine: sed per diuersitatem rerum, circa quas exercentur, quæ sunt duę, uidelicet corpus Xpi uerum, & corpus Xpi mysticum. Ptãtem ordinis dicit esse illam, quæ est supra corpus Christi uerum directè, aut indirectè. Ordinem sacerdotalem dicit directè respicere corpus Christi uerum: quia primum, ad quod dirigitur talis ordo, est Eucharistiæ consecratio. Ordo diaconatus, & subdiaconatus, & cæteri ordines minores etiam ordinãtur ad Eucharistiam: quia omnes in aliqua re subministrant, uel deseruiunt sacerdoti conficienti, ut manifestũ esse potest cuilibet consyderanti singulorum ordinum a-

ctus,quos describit Isidorus,ut hr in cap.cleros,& cleri cos.dist.21 Quæ ptas à Xpo conceditur sacerdoti per ministerium Epi ordinantis. Ptas iurisdictionis secundu Abulensis sniam respicit corpus Christi mysticum, qd iuxta Pauli doctrinam, est Catholica fidelium ecclesia. Et hanc ptatem Abulensis etiam duplicem esse docet, alteram in foro contentioso, alteram in foro conscientiæ.prout nunc proxime ex snia Ioannis de Turre Cremata,eas diuisimus,atq; diffiniuimus. Hoc tn est inter illos discriminis, q Ioannes de Turre Cremata dicit ptatem iurisdictionis in foro conscientiæ non conferri sacerdoti per uirtutem ordinationis, qn ille ordinat ab Epo: sed conferri postea ab homine,qn Papa,aut Eps dat illi curam animarum. Ex quo ille deducit simplices sacerdotes,qui nullam prorsus curam animarum tenent, non hre ullam iurisdictionis ptatem. Contrariam huic sniam tuetur Abulesis,qui docet ptatem iurisdictionis in foro coscientiæ conferri cuilibet sacerdoti in ordinatione sua, qn ordinatus fuit ab Epo. Tanc.n. dicit,q ex conditione ordinis,& institutione Xpi, competit cuilibet sacerdoti ptas iurisdictionis in foro conscientiæ super omnes fideles totius orbis:ecclesia tn,ob iustam cam,ad tollendum schismata,& confusiones, quæ inde oriri poterat, arctauit iurisdictionem istam, distinguendo subditos. Quapp de simplici sacerdote,qui nullam habet animarum curam, dicit illum hre ptatem iurisdictionis super omnes fideles:esse tn per ecclesiam talem ptatem, non quidem ablatam:sed ligatam. Qn igitur ordinator,uel ecclesia,aut quicunq; prælatus, dat alicui ordinato iurisdictionem in foro conscientiæ, aut in foro contentioso, dicit nihil tunc nouum illi concedi: sed tm remouere ecclesiam impedimentum,aut tollere ligaturam,qua ptatem illius ligauerat: Sed re uera ego hanc Abulensis sententiam nequaquam probare possum:imò aliquib9 urgentissimis rationib9 cogor ab illa discedere. Prima est: quia ptas iurisdictionis est quoddam correlatiuum no-

men, quod non ad se solum: sed ad alterꝝ respicit, ad illos, uidelicet, super quos est talis ptās. Sunt ergo correlatiua ista duo, ptās iurisdictionis, & subditus, sicut superior, & inferior. At correlatiuoꝝ natura, iuxta Arist. doctrinam, talis est, ut altero ex illis deficiēte, alterꝝ necessario intereat. Vt, grā exempli, mortuo filio necessarium est, ut qui illius ante pr̄ erat, iam tunc pr̄ non sit, qa non est ad quem iam possit referri. Ex quo aptissime cōuicitur, ut simplex sacerdos, qui nullam habet animaꝝ curam, nullam ēt habeat ptātem iurisdictionis: quia nō habet subditum aliquem, in quem illam exercere possit. Secunda ratio est, ꝙ ista ptās absoluendi à peccatis, non confertur sacerdoti ab homine: sed à Deo principaliter, quāuis in tali collatione ptātis Eps̄ sit Dei minister, per cuius manus Deus tradit illam ptātem sacerdoti. Et hoc ip̄m fatetur Abulensis in cap. 63. Ex quo a pette sequitur eccl'iam nō posse tollere à sacerdote hāc ptātem iurisdictionis in foro conscientiæ, nec arctare, nec minuere, nec ligare. Quia quod à superiore concessum est, inferior non potest tollere, aut minuere. Ex quo ultra sequeret̄ simplicem sacerdotem uere posse absoluere quemlibet. Qui licet peccaret absoluendo: alius tñ uere absolutus maneret. Hoc autem fateri, est contra omnium theologoꝝ doctrinam. Qđ autem inde sequatur, probatur manifeste ex illius doctrina. Quia in cap. 62. simili argumento probat ecclesiam non posse tollere à sacerdote ptātem cōficiendi Eucharistiam: quia uidelicet talis ptās non est data sacerdoti ab ecclesia: sed à Deo, qui maior est ecclesia. At btūs Thomas, & qui illius sn̄iam sequuntur, facile ab his inconuenientibus liberantur. Nam simplex sacerdos, qui curam animarū non habet, etsi habeat ptātem illam absoluendi, quæ, iuxta illoꝝ sn̄iam, dr̄ ptās ordinis: non tñ habet ptātem iurisdictionis, atq; ideo neminem absoluere ualet. Tertia ratio, quæ me nimium urget, est quia si cuilibet sacerdoti (ut Abulensis ait) ex institutione Chr̄i competit ptās

iurisdictionis in foro conscientię, et ptās iurisdictionis in foro contentioso super oēs fideles totius orbis, sequunt̃ inde duo maxima, & prsus intolerabilia inconueniētia. Primũ est, ꝙ ex institutione diuina oēs sacerdotes erunt pares in ptāte iurisdictionis, & ita Papa nō esset cæteris omnibus ex iure diuino: sed solũ iure humano, superior. Hæc autem snīa tanquam erronea, & hæretica est multoꝵ conciliorꝵ authoritate damnata. Alterꝵ & non minus inconueniens est: quia si ita res se hr̃et, cōuinceretur inde apertissime Chr̃m male, atque pessime ordinasse rempub. Chr̃ianam, cum in illa tot iudices, ex ęquo potentes reliquisset, quorꝵ quilibet ęquam super omnes fideles ptātem hr̃et. Nam tanta iudicum sine ullo ordine multitudo plus posset (ut re ipsa manifestissimum est) ecclesię obesse, quàm prodesse. Hoc aũt fateri esset hęresis manifesta: quia scriptura sacra adeo eccl̃ię ordinem cōmendat, ut pp illius ordinem eximium dicat illam esse hostibus formidabilem. Terribilis (inquit de illa) ut castrorꝵ acies ordinata. *Can.6* Quarta ratio est. Omnis ptās, quę datur sacerdoti ĩ sua ordinatione, est character sacerdotalis, aut illi characteri sic necessario cōnexa, ut separari ab illo non possit: sed character sacerdotalis nō est ptās iurisdictionis: sed ptās ordinis: ergo sacerdoti in sua ordinatione non confertur ulla ptās iurisdictionis: sed solũ ptās ordinis. Maiorem, & consequentiam non oportet probare: qm̃ notę sunt, minorem tñ ex qua tota argumẽtationis uis pēdet, sic probo. Ptās iurisdictionis est limitabilis, quæ potest augeri, & minui, & prsus tolli. Character autem nihil horꝵ habere potest: ut manifestũ est ex ipsa ratione characteris: ergo character non est ptās iurisdictionis. Quinta ratio contra Abulensem est ista: Omnis ptās, quę per aliquam ordinationem sacralem confertur, est ptās ordinis: sed ptās absoluendi data sacerdoti in sua ordinatione est hmōi: ergo illa est ptās ordinis & non iurisdictionis. Consequentia, & minor sunt per se notę, maior aũt probatur: quia non ob aliud dicit

ptās ordinis: nisi quia per ordinis collationem confert. Preterea, talis ptās absoluendi à peccatis, quę traditur sacerdoti in sua consecratione, ordinatur ad sacri administrationem: ergo potius dicenda est ptās sacralis, q̃ ptās iurisdictionis. Vltima ratio, quę (mea quidem sñia) uehementer Abulensem constringit, est, quòd omnium theologorum consensu receptum est, ad absolutionem sacramentalem faciendam requiri ptātem ordinis ita q̃ sola ptās iurisdictionis sine ptāte ordinis non sufficeret ad hoc, ut quis posset alium à peccatis absoluere: sicut manifestum est in illo, qui habet curam animarum, & nō est sacerdos. Ille.n. etsi habeat ptātem iurisdictionis: tamen caret ptāte ordinis neminem absoluere potest. Nulla autem alia ptās ordinis requiritur: nisi ptās absoluendi: ergo illa non est dicenda ptās iurisdictionis: sed ptās ordinis. Et (ut hominem fortius cōstringamus) statuamus id euenisse, qđ facillime euenire potest, ut uidelicet Ep̄s ordinans in sacerdotem talem curatum, aut Ep̄m, postquam illi dedit ptātem supra corpus Chr̄i uerum, statim moriatur, antequam tradat eidem sacerdoti ptātem super corpus Chr̄i mysticum. In hoc euentu, nullus sanę mentis dicet talem sacerdotem posse à peccatis absoluere. Quid igitur deest? Non quidem ptās iurisdictionis: quia illam habet ratione curę sibi commissę: deest ergo ptās ordinis: sed nō deest ptās ordinis supra corpus Xp̄i uerum: quia illa iam data fuit ab Ep̄o, antequam ille interiret: ergo deest ptās ordinis supra corpus Chr̄i mysticū, quę non est alia nisi ptās absoluendi à peccatis. Ex quo apertissime colligitur talem ptātem non esse ptātem iurisdictionis: sed ordinis: & inde per consequens sequitur non omnem ptātem, quę est supra corpus Christi mysticum, esse censendā ptātem iurisdictionis. Propter has rōnes, quę mihi urgentissimę uīr, censeo has duas ecclesię ptātes, ordinis uidelicet, & iurisdictionis, non esse eo mō distinguēdas, neq; diffiniēdas, sicut Alfonsum Abulēsem illas distinxisse diximus. Btm̄ igitur Thomam in hac

hac parte imitatus, dico has duas ptãtes distingui per hoc, q ptãs ordinis, siue (ut sctũs Thom. ait) sacralis cõfertur per collationem alicuius ordinis ecclẽiastici, siue illa sit supra corpus Xp̃i uerũ, siue supra corpus mysticũ. Potestas iurisdictionis est illa, q̃ supra alios datẽ per iniũctionẽ, aut cõmissionẽ alicuius hoĩs. De his igiẽ ptãtibus differere oportet, an qui illas hẽt: si fiat hęreticus, statim eas amittat. In hoc cap. de sola potestate ordinis differimus: & proximo. c. de ptãte iurisdictionis inquiremus. Potestates ordinis, iuxta ordinum uarietatẽ, uarias esse diximus: quarũ aliquæ oĩbus competunt sacerdotibus, aliquæ solis ep̃is conueniunt. Primo igitur de ptãte sacerdotali, mox uero de ep̃ali ordinis ptãte disputabimus. De sacerdotali ordinis ptãte Petrus Lombardus, q magister snĩarũ dicitur, lib. 4. dist. 13. docet illam ptãtem, q̃ est supra corpus xp̃i uerũ, nõ manere in eo, qui factus est hæreticus, neque in eo, qui est excõicat⁹. Et, ut illius mẽtem quisque facilius agnoscat, uerba illius citabo, q̃ loco præfato de hac re ait. Illi uero (inquit ille) qui excõicati sunt, uel de hæresi manifeste notati, non uñr hoc sacramentum posse conficere, licet sacerdotes sint. q̃a nemo dicit in ipsa consecratione, offero, sed, offerimus, quasi ex persona ecclẽie. Et ideo cum alia sacra extra ecclẽiam possint celebrari, de hoc non uideẽ. Hæc magister snĩarum. Idem ẽt mihi uidetur sensisse Gratianus. Nã 24. q. 1. secunda parte qõnis, quę post. c. Audiuimus, incipit ibi: Sin aũt ex corde suo nouã hæresim &c. Hæc uerba dicit Gratianus. Quicũq; ergo ab unitate ecclesiæ, q̃ per Petrum intelligiẽ: fuerit alienus, execrare põt, consecrare non ualet: excõicationis, uel recõciliationis ptãtem nõ habet. Hęc ille. Cuius errorẽ Glossa ibi aperte agnoscẽs illum corrigere decreuit. Nã in uerbo illo, nõ ualet. Hæc ait glossa. Conficit tñ etiam extra ecclẽiam si formã obseruet: quia hoc ordinis est, quẽ retinet recedens ab unitate ecclesiæ 1. q. 1. quod quidam. Sed non põt excõicare: quia hoc iurisdictionis est quam amittit, qui recedit,

Petrus Lõbar.

ut 1. q. 1. remissionem. Hæc in glossa. Sed idem Glossator in c. Accedens. distin. 50. de sacerdote degradato, sentit oppositum dicens, ꝙ nõ credit illum conficere: quia (ut ait) perdit oẽm ptãtem. Et certe miror, ꝙ uiri tam docti, & tam boni in tam manifestũ inciderint errorem. Sed (cõi prouerbio dr̃) qñqꝫ bonus dormitat Homerus. Falsitas huius doctrinæ inde apertissime conuincit̃, ꝙ ptãs consecrandi nõ est aliud: nisi character sacerdotalis, q imprimitur sacerdoti à Deo, cum illum ordinat eps̃, & dicit: Accipe ptãtem offerre sacrificium deo: Missasqꝫ celebrãdi tam ꝓ uiuis, q̃ꝫ pro defunctis &c. Quibus uerbis finitis, deus in aĩa sacerdotis imprimit characterem, & sacerdos per illũ characterẽ accipit à deo ptãtem cõsecrandi Eucharistiam. Quo fit, ut tandiu duret in sacerdote ptãs conficiendi Eucharistiã, quandiu durauerat in eo sacerdotalis character. At talis character cum à solo deo imprimatur, solus Deus illum ab aĩa delere potest. Consequens igitur est, ut ẽt ptãs consecrandi, non possit per quoduis crimen quãtumlibet graue, tolli à sacerdote, etiam si ille sit degradatus. Nam ꝑ talem degradationem, licet ecclesia auferat à sacerdote ordinis executionem, ita ut nõ possit sine pc̃tõ Eucharistiam conficere, non tñ ab illo aufert, nec auferre põt ordinis ptãtem, ut etiam attentãs conficere non possit. Præterea eccl̃ia nõ dat sacerdoti potestatẽ consecrãdi: sed solus Deus. Qm̃ potestas illa cum sit tã magna, & tam excellens, ut omnium angeloꝝ nedum hominum ptãtem exuperet, non põt nisi à deo conferri, quãuis ad illius ordinis collationem eps̃ se habeat, ut minister, aliqua circa sacerdotem exercens, sine q̃bus deus nunq̃ꝫ talem sacerdoti cõcedit ptãtem. Necessarium igit̃ est, ut eccl̃ia non possit auferre à sacerdote ptãtem consecrandi, quam cõstat solum Deum illi dedisse. Inferior siquidem non põt superioris donationẽ reuocare, aut irritũ facere, quidqd superior fecerit. Rursum si doctrina magistri sñiaꝝ uera esset, sequeretur inde sacerdotẽ, qui ab hæresi, in quã lapsus fuerat

resipiſcit, eſſe iterũ ordinandum, ut corpus xp̃i in Eucha riſtia cõficere poſſit. Hoc aũt fateri eſſet nimis erroneũ, & contra uniuerſalis eccleſiæ definitionem. Nam conci lium Florentinũ, tradens Armenis certiſſimam fidei re- gulam, quã tenere deberent, de ſacris eccl̃iæ differens, hæc ait: Inter hæc ſacr̃a tria ſunt baptiſmus, confirma- tio, & ordo, q̃ characterem, id eſt, ſpirituale quoddã ſi- gnum a' cæteris diſtinctiuum, imprimunt in anima inde lebile. Vñ in eadem perſona non reiterant. Reliqua uero quatuor characterem nõ imprimunt, & reiteratione ad mittunt. Hæc concilium Flor. In quibus uerbis duo ma- xime aduertere oportet. Quæ duo proxime adducta ar gumenta fortiſſime confirmant. Primũ eſt, q̃d ait: Cha- racterem eſſe indelebilem, & hoc deſeruit ſuperiori ar- gumento. Alterũ eſt, cum ait: Sacramentum ordinis eẽ connumerãdum inter illa ſacr̃a, quæ reiterationem non admittunt. Dicimus ergo iuxta totius catholicæ eccl̃iæ ſniam, ſacerdotem oẽm recte ordinatum, et ſi hæreticus fiat, & degradatus ſit, poſſe Euchariſtiã conficere, q̃uis hoc faciendo peccet. Vnde Aug. lib. 2. contra Parmenia num ait: Illi qui intra eccl̃iam conſtituti, receperũt po- teſtatem conſecrandi euchariſtiã in ordinatione ſacer- dotis, recte quidem hñt ptãtem: ſed non recte ea utunt, ſi poſtmodũ per hæreſim, aut ſchiſma, uel excõicatione ab eccleſia ſeparentur. Hæc Aug. Forte contra iſta, quis nobis obijciet illud cap. Degradatio. quod hr̃ in titu. de pœnis. lib. 6. In illo. n. cap. decernitur, ut ep̃s ſacerdotem degradans, utatur hac forma: Authoritate Dei oĩpoten tis patris, ac filij, & ſpũs ſancti, ac noſtra, tibi auferimus habitum clericalem, & deponimus, degradamus, ſpo- liamus, & exuimus te oĩ ordine, beneficio, & priuilegio clericali. Ex quibus uerbis uidet colligi, degradatũ nul- lam hr̃e ordinis ptãtem, & per cõſequens priuatum eſſe charactere ſacerdotali. Alioqui forma degradationis falſitatem cõtineret, cũ dicat: Exuimus te omnĩ ordine. Et gloſſa in illo cap. dicit inde ſumi argm̃ contra eos, q

Cõciliũ Florẽt.

Augu.

dnt degradatū posse conficere. Sed re uera Glossator il le deceptus est, nec uim illorū uerborū plene intellexit. Nam p illa uerba intelligit Papa, degradatū esse priuatum, & spoliatum executione ordinis, nō aūt potestate ordinis. Qm̄ hac priuari nō posset, cum sit character indelebilis. Et huic nr̄æ expositioni fauet Cardinalis, q in cap. Accedēs. dist. 50. dicit, q ubicunq; in iure hr̄, q depositus, seu degradatus amittit, uel non hēt ordinē, intel ligendū est de executione, & priuilegio ordinis. Eandē sñiam docet dn̄s Adrianus Papa in 4. sent. in qōne de cō firmatione, ar. 3. Et sic est necessario dicendum, ne dicamus Papam definiendo errasse. De ptāte aūt absoluendi à peccatis, non pōt certa aliqua sine distinctione dari sñia: sed iuxta uarietatem ptātis, uaria ēt dabit̄ definitio. Nam (ut in principio huius. c. diximus) duplex est ptās absoluendi a peccatis. Vna dicit̄ ptās ordinis, & hęc est character sacerdotalis, siue alius à priori, siue ille idē ma ior effectus, parū refert ad p̄ntem disputationē. Et hæc ptās traditur à deo sacerdoti, qn̄ eps̄ consecrans illum, dicit: Accipe spm̄ sanctum, quorū remiseris peccata, re mittunt̄ eis, quorū retinueris retenta sunt. Altera est potestas absoluendi à peccatis, q̄ dicit̄ ptās iurisdictionis in foro cōscientiæ. Hæc non tradit̄ in cōsecratione sacerdotis: sed postea qn̄ illi datur cura animarū, neq; tradit̄ à deo īmediate: sed ab homine, qui illi cōmittit animarū curā. Harū duarū nulla sine altera pōt (ut ante diximus) exercere actū absolutionis peccatorū: sed ambæ sunt ne cessario reqsitę. Nā sacerdos qui nullā habet animarū cu ram, neq; ordinariā, neq; legatam (extremæ necessitatis casu excepto) neminē absoluere pōt. E cōtrario qui curā animarū hēt, & sacerdos non est, neminem ēt absoluere pōt. Sacerdos igit̄, qui hr̄ticus effectus est: ptātem iurisdictionis amittere pōt: qm̄, cum illam (ut diximus) ab hoīe accipiat, ēt hō, q dedit, aut alius supior illā tollere poterit. At ptātem absoluēdi, q̄ dr̄ ordinis, aut sacralis, sicut nō dedit sacerdoti homo, ita nec potest ab illo tol-

lere aliquis hō. Est.n.hæc ptās etiam indelebilis, ab aīa, quemadmodum ptās cōficiendi Eucharistiā: quia utraque illarꝫ nihil aliud esse censetur, q̃ character sacerdotalis à Deo in aīa sacerdotis impressus. Ex quo apertissime colligitur sacerdotem hæreticū: si curam aīarꝫ, quā ante habebat, eccłia illi non subtraheret, posse subditos suos à peccatis eorꝫ absoluere: quia ad id faciendū, utrāque retineret ptātem ordinis, & iurisdictionis. Nūc aūt quia ecclesia hæreticos omni bñficio priuat: ideo licet illi habeant ptātem ordinis, postquā tñ sunt priuati, absoluere non pñt: quia carent ptāte iurisdictionis. Tota igiť hæc nr̃a disputatio duabus certissimis regulis pōt comprehēdi. Prima regula. Sacerdos hæreticus effectus non amittit neque amittere pōt ullam ordinis ptātem: quia illa est indelebilis, & à solo Deo datur. Scđa regula. Sacerdos hæreticus effectus amittere potest iurisdictionis ptātem: quia illam non accepit in cōsecratione: sed postea ex hominis commissione. Et qa istarꝫ duarꝫ ptātum d\u0304r\u012bam, non bñ consyderarunt magister sn\u012barꝫ, & Gratianus, decepti sunt putantes idem prorsus de utraque illarꝫ esse dicendū, quod tñ non ita dicendum esse facillime agnoscerent: si bñ consyderassent, latū esse inter illas duas ptātes discrimen, uariasq́ esse illarꝫ duarꝫ ptātum conditiones. Sed opus est iam, ut uideamus quid magister sn\u012barꝫ pro suæ sn\u012bæ confirmatione afferat. Nō n. gratis, & sine ulla rōne, quāuis fallaci: id tantus uir unquam dixisse putandus est. Sacerdos cōsecrans (inquit ille) in persona eccł\u012bæ hoc agit, & nō sua: quia cū hostiā offert non dicit, offero: sed dicit, offerimus. At qui extra ecclesiam est, non pōt aliquid nomine ecclesiæ facere. Hæreticus igitur, aut excōicatus cum sit ab ecclesia separatus non poterit nomine eccł\u012bæ consecrare. Hæc rō certe debilissima est, & quam facillime quiuis hō uel mediocriter doctus, nedum magister sn\u012barꝫ reijcere posset: si bñ consyderasset latam esse d\u0304r\u012bam inter consecrationem Eucharistiæ, & orōnes, quæ illam in canone missæ præ-

cedunt, aut sequuntur. Orationes illas sacerdos dicit in nomine ecclīæ, in cuius unitate consistit, tanq̃ membrū illius. In consecratione aūt, qn̄ conficit Eucharistiã, non in persona ecclīæ: sed in persona Xp̄i loquitur: Cuius uicem gerit per ordinis ptātem. Quod aūt in persona Xp̄i loquatur, ipse uerbo℞ cōtextus, qui proxime uerba consecrationis præcedit, apertissime ondit. Nam sacerdos iam consecrare paratus, de Xp̄o saluatore nr̄o loquens hæc, quæ sequuntur, ait: Qui pridie quã pateretur accipiens panē in sanctas, ac uenerabiles manus suas, et eleuatis oculis ī cœlum ad te Deum prēm oīpotentem tibi grãs agens, bn̄dixit, fregit, dedítq; discipulis suis dicēs: Accipite, & comedite ex eo omnes. Hoc est.n. corpus meum. Ex quo uerbo℞ contextu apertissime constat, sacerdotem in sola Xp̄i persona uerba cōsecrationis ꝓferre, & non in persona propria. Sacerdos igitur excōīcatus, aut hæreticus, aut al's quolibet ab ecclesię unitate præcisus, si Missam celebret: quia ptātem ordinis indelebilem tenet, uere conficit corpus, & sanguinem dn̄i: quia tamen est ab ecclesiæ unitate separatus, orationes eius, quas nomine ecclesię offert, nullam prorsus habent uirtutem, nullumq́; meritum, ita ut nec ipsi hęretico, nec illis, pro quibus dicuntur, proficere possint.

An episcopus factus hæreticus, eo ipso amittat potestatem ordinis Episcopalis. Cap. XXII.

Diximus in præcedenti c. uarias esse ordinis ptātes, qua℞ aliquæ oībus competunt sacerdotibus: et de istis tunc disseruimus, an pp hæresim amitterentur. Aliæ solis Ep̄is conueniunt, et de istis nunc inquirendum est, an Ep̄s effectus hæreticus, eo ipso omnes illas amittat, uel amittere possit. Vt aūt huius qōnis difficultatem plene absoluamus, opus est primo aliam qōnem discutere, ex qua (ut opinor) tota huius qōnis difficultas pēdet. Quærendum igitur est: an Papa, aut gn̄ale concilium possit ab Ep̄o auferre eam ordinis ptātem, quæ illi per ordinationem concessa est. Nam si ecclesia hoc facere potest,

credendum est illam, iam talem ptãtem hęreticis abstu lisse: quia cum illos summo, & iustissimo persequatur odio, pie credendũ est abstulisse ab illis quidqd potuit auferre. Si aũt eccl'ia non põt hãc ordinis ptãtem auferre ab Epo, inde luce clarius cõstare poterit, Epm nõ amittere talem ptãtem, ẽt si hęreticus fiat, pręsertim cum con stet illam non esse iure diuino pp hæresim ab Epo ablatam. Dñs Innocentius in c. Quanto de consuetudine, di cit fuisse quorundam opinionẽ dicentium Papam posse hoc Epis prohibere, ut non administrent sacr'm ordinis, aut confirmationis: qua prohibitione facta, si Eps talia sacra conficere tentaret, nihil illũ facere dñt. Quia licet Papa non possit tollere sacr'm baptismi, uel alia necessaria, põt tñ (ut isti dñt) circa illa disponere, uel dando for mam, uel disponendo de personis, à quibus, & quibus sint conferenda. ut notatur in c. 1. de baptismo. Nam Pa pæ scd'm istos est obediendum in omnibus spũalibus, in concernentibus periculũ animæ: nisi illa reperiantur ex presse interdicta, uel sint contra fidem. Postquã istorꝫ opinionem retulit Innocentius, neqꝫ illam absolute probat, neque etiam in uniuersum reprehendit: sed quadam distinctione prius data, dicit ꝙ aut Papa facit legem, ꝑ quam tollit hanc ptãtem Epis, & tunc dicit Epm nihil prorsus agere cõferendo tale sacr'm contra ꝓhibitionẽ: aut simpl'r Papa prohibet Epis ne faciant, & talis simplex prohibitio (ut ait) non impediret impressionem cha racteris. Panormitanus in eodem c. Quanto refert hanc Innocẽtij opinionem, & dicit optimam esse illius sn̄iam, tñ abest, ut illam reꝑhendat. Alexander de Ales ĩ quarta parte. q. 35. mẽbro. 6. dicit ẽt hãc fuisse aliquorꝫ sn̄iam, illam tamen alia longe diuersissima nota signauit, asserens illam esse falsam, & erroneam. Nec solus Alexander Alensis: sed omnes scholastici theologi, qui de hac re tractant, illam apertissime damnant. Quorꝫ sententię ego subscribens illam Innocentij, & Panormitani opinionem non solũ falsam: sed hæreticam esse censeo. Nec

tñ ob hoc existimo illos esse hæreticos dicendos: quia non puto eos tam pertinaci aïositate ita sensisse, ut contra catholicæ eccl'iæ doctrinam, suam opinionē tueri uoluissent: Imò contra firmissime credo illos, si fuissent de hac re (ut decebat) admoniti, statim suã sñiam reuocasse. Deinde res ipsa non est de illis primis fidei principiis, in quibus fas non est Xp̃iano uiro aliquid ignorare: neque res est per se tam aperta, ut non possit per ignorantiam excusari, præsertim cũ illa magis ad theologorꝝ, quam ad canonistarꝝ examen pertineat. Vt aũt nos certam, & indubitatam de hac re oñdamus sñiam, aliqua prius admonere oportet, quæ ad rei claritatem oñdendam multum iuuare pñt. Primum quidem cõsyderare oportet, ꝙ (ut Augustinus lib. scđo contra Parmenianũ ait) aliud est aliquid omnino non hr̃e: aliud aũt non recte hr̃e: & sil'r etiam aliud est non dare, et aliud non recte dare. Cõsyderare etiam oportet uarias esse in Ep̃o sui ordinis potestates, quæ oẽs non sunt æqua lance pensandæ. Habet siquidem Ep̃s ptãtem circa aliquorꝝ sacrorꝝ collationẽ, ut sunt ordo, & confirmatio, quę à solis Ep̃is cõferri possunt. Habet etiam ptãtem ex ordine suo ad bñdicendũ, & consecrandum alia, quę non sacra: sed sacralia dñr, ut sunt, ecclesiæ, calices, uestimenta, & cætera, quæ à solis Ep̃is consecrantur, & benedñr. Hæc omnia, & alia similia dñr sacralia: quia omnia illa ordinantur ad alicui⁹ sacri consecrationem, uel illius administrationem. Nam consecratio, aut bñdictio ecclesię, consecratio calicis, benedictio uestimentorꝝ, aliaq; id genus multa, ad consecrationem Eucharistiæ cum debita deuotione, & reuerentiam faciendam, ordinantur. Chrismatis cõsecratio, ad sacrorꝝ baptismi, & confirmationis, & extremæ unctionis collationem diriguntur. Pñt etiam hæc omnia, & alia hmõi ob aliam rõnem dici sacralia: quia uidelicet aliquam hñt cum sacris similitudinem. Nam sacris omnibus Deus hanc contulit ptãtem, ut gr̃am digne recipientibus conferant. Et omnia illa, quæ sacralia dñr,

& si non tanta sint ptãte à Deo donata, ut sumentibus illam grãm conferre ualeant, est tñ omnibus illis postq̃ sunt ab ecclesia consecrata, aut benedicta, particularis quædam à Deo uirtus concessa, ad aliquid in deuote recipiente efficiendum, quod seclusa benedictione non efecissent: ut aqua benedicta, aut cineres benedicti, aut candelæ, aut rami, aut campanæ. Quorũ omnium benedictio non est (ut impij Valdenses censuerunt) inanis putanda, & uelut talis ridenda: sed iuxta totius catholicæ ecclesiæ doctrinam, aliquam rebus illis omnibus Deus pp ecclesię bñdictiones, particularem concedit uirtutẽ, quam illę seclusa benedictione non haberent. De qua re olim me dixisse recolo in opere illo, quod aduersus oẽs hęreses edidi, in titulo, aqua hęresi sc̃da, et in titulo, Exorcismus. His igitur habitis cõsyderationibus, aliquas suo ordine proponam cõclusiones, ex quibus quidquid ad hanc rem attinet, facillime intelligi põt. Prima cõclusio, Papa non põt tollere ab Epõ ptãtem conferendi illa sacramenta, quę sunt Episcopis reseruata, ut sunt confirmatio & ordo, ita ut illorũ sacrorũ collationem irritam & inanem Papa facere possit. Hanc conclusionem plurimis euidentissimisq́; rationibus probare oportet, ut inde apertissime constet falsam & hęreticam esse Innocentij & Panormitani opinionem. Primo quidem hęc nostra conclusio inde conuincitur esse uera, quòd potestas quam circa confirmationis & ordinis sacrorũ collationem, Episcopus habet est illi iure diuino, & à Deo concessa: ex quo euidentissime colligitur, Papam non posse illam ab Episcopo auterre: quoniam inferior non potest ab aliquo tollere, quod illi fuerit à superiore concessum. Assumptum huius argumentationis, ex quo tota illius uis pendet, multiplici ratione probare uolo. Nam si semel ostenderim potestatem illam esse à Deo Episcopo concessam, non est quod quis deinceps putare possit Papam posse illam ab Episcopo auferre. Hęc.n. una est ex pręcipuis rationibus quibus Theologi conuin-

cunt potestatem consecrandi non posse à sacerdote quã uis degradato, auferri: quia cum illam à Deo & nõ ab hominibus acceperit, consequens est, ut nullus homo illam à sacerdote tollere possit. Quod autem talis potestas præsertim circa ordinis collationem sit à solo Deo Episcopis concessa, inde primo probatur, quod potestas conficiendi Eucharistiam etiam ministerialiter superat totius Ecclesiæ propriam atque natiuam uirtutẽ, quia nisi Deus hanc dedisset sacerdotibus potestatem, ut tanquam ministri possent Eucharistiam conficere, tota Ecclesia non posset illam alicui tradere sacerdoti. Ex quo aperte conuincitur, ut potestas quam habet Episcopus ad conferendum sacerdotibus hanc in illorum ordinationibus potestatem, superet etiam totam ecclẽiæ uirtutem & potestatem. Vnde necessario consequitur, ut talem potestatem Episcopus non ab homine, qui dare non potuit, sed à solo Deo acceperit. Nam alioqui si potestas consecrandi sacerdotem posset ab homine iure diuino secluso, alicui dari, inde apertissime sequeretur, ut potestas conficiendi Eucharistiam, quæ per illã priorem potestatem sacerdoti confertur, posset etiam secluso iure diuino alicui dari. Certum enim est, quòd si ego uirtute humana (non secludo gñalem dei concursum) possum Petrum in aliquo ordine & dignitate constituere, quidquid per illum ordinem & dignitatem Petrus fecerit, erit humana uirtute factibile. Vulgata siquidem est philosophorum regula, quæ ait. Quidquid est causa causæ, est causa causati. Si uero Petrus per talem ordinem, & dignitatem aliquid fecerit quod humana uirtute effici non potest, euidentissime inde sequitur ut nullus humana uirtute possit Petrum in tali ordine & dignitate constituere. Cum ergo potestas sacerdotis superet oẽm humanam uirtutem, necessario consequens est, ut ptãs efficiendi sacerdotes quam habet Ep̃s, superet etiã omnem humanam uirtutem. Qđ ergo homo non põt Ep̃o dare non potest etiam, ab Ep̃o auferre. Et sicut Pa-

pa non poteſt à ſacerdote tollere ptãtem conſecrandi, ita nec ab Ep̃o ptãtem ordinandi: quia utrunq; humanam ſuperat uirtutem. Secũdo probatur illud ſuperius aſſumptum, uidelicet, q̃ ptãs ordinis circa collationem ſacroꝶ, quæ eſt in Ep̃is, competat illis iure diuino. Qm̃ niſi hoc ita eſſet, ſequeretur inde Ep̃os ſolo iure humano eſſe aliis ſacerdotibus ſuperiores, quo fieret, ut ex diuina ſola inſtitutione, Ep̃i nullam maiorem ptãtem haberent quàm alij ſacerdotes. Nihil.n.aliud habet Ep̃s quod non poſſit hr̃e alius ſacerdos, niſi ordinis & confirmationis ſacroꝶ collationem. Sed ſi hæc ptãs ſolo iure humano & non diuino competit Ep̃is, euidentiſſime ſequitur inde, nihil competere ex iure diuino Ep̃is, quod aliis ſacerdotibus non conueniat. Hoc autem fateri eſt hæreſis Aerij, quam Auguſtinus in libro de hæreſibus, Cap.53. nomine hæreſis condemnat. Et btũs Epiphani⁹ in libro octoginta hæreſum, hæreſi ſeptuageſima quinta de Aerio diſſerens, hanc inter illius hæreſes cõnumerat. Et nos in illo opere quod aduerſus omnes hæreſes edidimus, in tit. Ep̃s, multis, euidentiſſimiſq; rationibus probauimus talem ſñiam eſſe hereticam. Tertio adhuc probatur antecedens illud ſuperius in prima argumentatione aſſumptum. Si ptãs quam Ep̃s habet circa ordinis & confirmationis collationem, non eſt ex iure diuino, ſed ex ſolo iure humano illi conceſſa, ſequitur q̃ etiã Papa poterit talem ptãtem aliis ſacerdotibus conferre. Qm̃ ſi ſolo iure humano illi conceſſum eſt, ſicut de Ep̃is ſtatuit eccleſia, ita de ſacerdotibus ſtatuere poſſet, ut illi etiã alios in ſacerdotes ordinare poſſent. Veꝶ hoc fateri Panormitanus nullum putat eſſe inconueniens, qm̃ in loco præfato ſponte & nullo argumento coactus, dicit Papam poſſe delegare hanc ptãtem cuilibet ſacerdoti, ut ordines conferat. Si de minoribus ordinibus qui ſacri non cenſentur, ille loquereur, ego illi non contradicerem, ut poſtea apertius declarabo. Sed quia de omni ordine abſolute loquitur, ideo non poſſum ab illo non

discedere cum illius snia sit manifeste erronea. Nã si hoc ecclesia potest, sequitur inde Ecclíam posse sacerdotes omnes pares facere Epis, quia poterit sacerdotibus dare ordinandi, & per consequens confirmandi ptãtem, qua data erunt per omnia pares. Nam btũs Hieronymus in epistola ad Euagrium, ait: Quid facit, excepta ordinatione, Eps, quod presbyter non faciat? Hæc ille. Si hoc solo Eps reliquos sacerdotes excedit, consequens est, ut data sacerdotibus illa ptãte, sint illi Epis pares. At sicut nũc proxime diximus, ex catholica fide docemur, Epos ex iure diuino esse reliquis sacerdotibus superiores: ergo ex catholica fide credere tenemur Papam non posse sacerdotibus delegare ptãtem, ordines, præsertim sacerdotium, conferendi. Præterea, Paulus in ea quæ ad Hebræos est epistola, ait: Sine ulla contradictione: quod minus est, à meiiore benedicitur. Maior ergo est Eps q sacerdotem benedicit & consecrat, quam sacerdos qui ab illo consecratur. Quo fit ut sacerdos à solo sacerdote effici non possit, quia illi sunt inter se pares, Rursum concilium Florentinum reddens Armenis certissimam fidei rſam, quam illos sequi oportebat, cum de sacro ordinis disserit, dicit ueꝝ illius ministrum esse Epm, ergo Ecclía non potest alium ministrum instituere, & per cõsequens non poterit Papa hoc alīj sacerdoti delegare. Quia sicut non potest aliam materiam aut formam ab illa quam Chrs instituit in sacramẽtis instituere, ita nec potest alium ministrum instituere quam Chrs instituit. Ptãs ergo quam Eps circa sacroꝝ collationem habet, est illi & non alteri iure diuino concessa, & ita nec ab illo per Ecclesiam auferibilis nec alicui alteri donabilis.

Hiero. | Heb. 7

Ex quo deducitur aperta responsio ad id, quod fuerat in hoc cap. primo. quæsitum. uidelicet, an Eps hæreticus effectus amittat ptãtem ordinis Epalis. Cui qõni nos respondemus, Epm, quamuis hæreticus sit, aut degradatus, nunquam talem amittere ptãtem. Qm̃ talis ptãs datur illi à Deo & non ab homine; datur etiam per suam

consecrationem, q̃n ille cõsecratur. Omnis autem ptās ordinis siue sacr̄alis (ut supra ex beato Thoma docuimus) q̄m datur per consecrationem, est indelebilis sicut & ipsa consecratio est indelebilis. Præterea ecclesia nõ consueuit Ep̄os hęreticos si resipiscant, iterũ consecrare: sed semper illos in sua dignitate recepit, ut patet ex actis septimæ synodi, quæ fuit secunda Nicæna. in qua multi Ep̄i, qui ab ecc̄lia pp̄ hæresim decesserant, postquam resipuerunt, misericordiam petentes fuerunt in suis gradibus & honoribus sine noua ordinatione recepti, sicut h̄r in Cap. conuenientibus. 1. q. 7. Si t̄n Ep̄alem ordinem per hæresim amitterent, oporteret eos cum ad ecc̄liam redirent, iterũ consecrare. Rursum, ordinatos ab Ep̄is hęreticis qui ueram ecclesiæ formam in ordinatione seruauerant, ecclesia præcipit ut non iterũ ordinarentur, sed in suis persisterent gradibus: ut clarissime h̄r in Cap. ordinationes. 9. q. 1. Et expressius hoc definitum fuit in septima generali synodo, cuius definitio h̄r in Cap. cõuenientibus. 1. q. 7. Non. n̄ hoc censeret ecclesia, nisi illa sensisset Ep̄m quamuis obstinatissimus fiat hęreticus, suam semper retinere ordinis ptātem. Quia licet ritus ille consecrationis quo Ep̄s consecratur, sit iure humano institutus, t̄n ptās quæ Ep̄o in illa consecratione dat̄, à Deo solo & non ab homine illi donatur. Demum, hoc ꝓbat̄ testimonio beati Augustini, qui lib. 2 contra Parmenianum de hac re disputans, sic ait. Nam si ex ipsa parte uenientes, etiam præpositi qui pro bono pacis, correcto schismaticorũ errore, suscepti sunt, etsi uisum est opus esse ut eadem officia gererent quæ agebant, non sunt t̄n rursus ordinãdi: sed sicut baptismus in eis, ita ordinatio mansit integra: quia in præcisione fuerat uitium, qđ unitate pacis est correctum: non in sacris quę ubicũq; sunt, uera sunt: & cum ipsi expedire v̄r ecclesiæ, ut præpositi eorũ uenientes ad catholicam societatem, honores suos ibi non administrent, non eis t̄n ipsa ordinationis sacr̄a detrahuntur, sed manent etiam super eos: Ideoq; nõ eis

Aug.

in pp̃lo manus imponitur, ne non homini, sed ipsi sacro fiat iniuria. Hæc Augustinus. Et citantur à Gratiano in Cap. Quod quiddam. 1. q. 1. Forte contra ista quis mihi obijciet capitulum illud. Daibertum, quod hr̃. 1. q. 7. in quo Vrbanus Papa dicit, Daibertum à Nezelone hæretico Ep̃o ordinatum, nihil recepisse, sed esse iterũ ordinatum. Et rõnem reddens idem Papa ait. Quia q̃ nihil habuit, nihil dare potuit ei cui manus imposuit. Hæc Vrbanus. Vnde aperte sequitur q̃ Ep̃s ille Nezelo factus hæreticus, amiserat Ep̃alis ordinis p̃tãtem. Huic argumento r̃ndet ibi Glossa in principio capituli, hoc ideo Papã decreuisse, quia Daibertus ille non fuerat in forma ecclesiæ baptizatus, & ideo merito censuit illum nihil recepisse, esséq; iterũ ordinandum. Per hãc responsionem licet Glossa satisfacere uideatur pro reiteratione ordinationis, nõ tñ satisfacit uerbis illis, in quibus Papa reddit rationem illius reiterationis, sic inquiens. Quia qui nihil habuit, nihil dare potuit ei cui manus imposuit. Ex quibus uerbis constat Papam sentire Nezelonem Ep̃m hæreticum non hr̃e p̃tãtem conferendi ordines. Quapp̃ dico Nezelonem illum hæreticum nunquam fuisse Ep̃m, quia ab alio Ep̃o hæretico extra formam ecclesiæ fuerat consecratus. Et ita rem contigisse, narrat quisquis ille fuit, q̃ casum illius capituli ante uerba glossatoris descripsit. Quo euentu, constat Nezelonem illum nihil ab alio Ep̃o recepisse: ac proinde nihil hr̃e quod Daiberto conferre potuisset. Secunda conclusio. Papa potest p̃hibere Ep̃is executionem ordinis Ep̃alis circa sacrã: siue hoc faciat particulari p̃hibitione, siue g̃nali lege omnibus Ep̃is prohibens, ne ordines faciant, aut confirmationis sacr̃m administrent. Qua facta prohibitione Ep̃s contra illam prohibitionem ordinans aut confirmans, peccaret sic faciendo, quamuis ea quæ fecerit, sint pro ratis habẽda, nec oporteat illa iterũ facere. Ad huius cõclusionis probationem ualere potest ratio illa, quam supra ex Innocentio & Panormitano adduximus pro suæ

opinionis confirmatione, quæ huic proposito ualde seruire potest, cum tñ pro alio nihil efficiat. Papæ obediendum est in omnibus quæ non sunt contra fidem & legẽ Dei: Ep̃o esse interdictam executionem ordinis Ep̃alis, non est contra fidem, neq; contra Dei leges. Quia licet de iure diuino sit (ut diximus) ꝙ Ep̃s recte ordinatus, habeat semper illam ordinis Ep̃alis ptãtem, non tñ est de iure diuino ꝙ illam ptãtem semper exerceat. Quo fit ut possit illi per superiorem prohiberi, ne illam exequatur. Ad probationem opinionis Innocentij & Panormitani, non potest hæc argumentatio ullo mõ iuuare. Quia Ep̃m conseruare ptãtem ordinis semel acceptam, est fide catholica tenendum, cũ sit illi à Deo concessum: quapp præceptum Papæ nihil in ea re efficere ualet. Exercere autem semper ptãtem illã, non est diuino iure mãdatum, & ideo circa illud, quidquid uoluerit Papa efficere poterit. Deinde, non est in ptãte Ep̃i situm, hr̃e uel non hr̃e, ptãtem ordinis Ep̃alis: quia hoc à uolũtate Dei pendet, qui sicut ille solus hanc ptãtem dedit ita solus auferre potest. Nihil ergo agit ad hanc rem Ep̃i obediẽtia: quia sicut Papa non potest Ep̃o præcipere qđ non est in illius arbitrio situm, ita nec Ep̃s tenetur obedire in his quæ suæ uoluntatis Imperio nõ subsunt. At Ep̃alem ordinis ptãtem exercere uel non exercere in uoluntate Ep̃i situm est: quia cum uult potest exercere, & cũ uult potest omittere. Et inde consequens est, ut Papa possit hoc prohibere Ep̃o, & Ep̃s teneatur Papæ prohibenti obedire. In hoc tñ laudandus est Innocentius ꝙ (ut de illo Panormitanus in præfato capitulo refert) dicit non esse tolerandam talem prohibitionem si Papa sine magna causa legem uñem facere uellet, qua omnibus Ep̃is prohiberet sacroꝝ ordinis & confirmationis executionem. Quia talis prohibitio esset incõmoda toti Christianæ reipublicæ, & totum illius statum turbaret, & in talibus quæ uñem ecclesiæ statum perturbant, dicit Innocentius Papam non esse audiendum, sed resistẽdum

esse illi per ul'em ecclesiam. Ex hac secunda conclusione deducitur hæreticum Epm non posse recte exequi Epalis ordinis ptãtem circa administrationem ordinis aut confirmationis, quia est illi per ecclesiam interdictum ut patet in cap. Dicimus, & capit. Pudenda. 14. quæst. 1. Si autem contra ecclesiæ prohibitionem, seruata tñ debita forma & recta adhibita intentione aliquem aut cõfirmaret, aut sacerdotio consecraret, quamuis rata esset ordinatio aut confirmatio per illum facta, ipse tñ peccaret & quidem grauissime talia sacra ministrando. Tertia principalis conclusio. Papa potest tollere ab Epis eã ptãtem ordinis quam hñt circa sacralia, ut puta, consecrationes altarium cõsecrationes calicum, bñdictiones uestimentorꝝ necessariorꝝ ad missę celebrationem. Hęc omnia facere quamuis omnibus & solis Epis sit concessum, non tñ hoc illis iure diuino competit, sed humano. Nihil. n. horꝝ Xps instituit, sed successu tpis sunt paulatim ab ecclesia instituta. Quod autem solo iure humano solidatur, ab hominibus qui ius ipm condiderũt, aut ab illis qui in illorꝝ locum & ptãtem successerunt, poterit tolli. Constat autem Papam, qui nunc est, non minorem in ecclesia hre ptãtem, quam alij Summi Pontifices qui illum præcesserunt. Ergo sicut Pontifices prædecessores, illa omnia ab Epis facienda esse decreuerunt, ita posteriores Pontifices poterũt decernere ut nihil illorꝝ Epi facere possint. Præterea, sicut ecclesia illas oẽs consecrationes & benedictiones olim statuit, ita etiã nunc illas omnes posset in uniuersum abrogare, ita ut sine omnibus illis missa celebraretur. Quibus abrogatis, constat sil'esse Eporꝝ ptãtem hac in re prorsus abrogatam. Qm̃ tunc nihil magis efficeret Eps, quam quiuis alius sacerdos, si uterque eadem super altare, aut calicem faceret & diceret. Nam Eps nunc consecrando aut benedicẽdo illa, hoc solum efficit circa illa, ꝙ facit illa esse apta instar ad aliquod opus efficiendum per illa, sine qua cõsecratione aut benedictione illa nõ essent apta ad illud.

Sed

Sed abrogatis illis consecrationibus & bñdictionibus per eccľiam, illa inſtrã ſeclusis oĩbus illis, eſſent ad illud opus efficiendum apta. Non plus ergo tunc faceret epš illa consecrando aut bñdicendo quàm quis alius sacerdos. Ex hac eadem rõne cõuincitur Papam poſſe hanc ptãtem circa sacramẽtalia q̃ nunc solis epĩs reſeruatur, omnibus alijs sacerdotibus cõcedere: ita ut ex conceſſione Papæ poſſint consecrare eccleſias, altaria, aras, calices, patenas, & reliqua hmõi quæ sunt solis epĩs reſeruata. Quia cum oĩa illa ex ſolo iure humano pendeant, Papa qui ſupra totum eccľiæ ius plenam habet ptãtem poterit illud pro libitõ cui placuerit diſpẽſare, quamuis male ageret, si tam inueteratam eccleſiæ cõſuetudinem prorſus tollere uellet. Ex eadem rõne etiam deducit͂, ut (iuxta opinionem eorꝛ qui dicunt minores ordines non eſſe sacra nec diuino iure instituta) Papa poſſit illorꝛ ordinum collationem & ab epĩs auferre, & alijs sacerdotibus cõcedere. De hæreticis epĩs quid ſit in hac parte ſentiẽdum ex dictis facillime cõſtare poteſt. Certum q̃dem eſt eccleſiam poſſe ab illis hanc ptãtem auferre: & iuxta ptãtem quam hẽt, illam feciſſe conſtat ex cap. Eccleſiis, & duobus ſequẽtibus capitulis, de conſec. diſt. 1. Ibi. n. præcipitur, ab Arrianis conſecratas eccleſias iterꝛ cõſecrari. Attamen gloſſa ibi in cap. Eccleſias, dicit hoc eſſe intelligendum, si formã eccleſiæ non seruaſſent, q̃m ſi illam ſeruaſſent, dicit non eſſe iterꝛ conſecrandas. Sed re uera fallitur gloſſa quia in. c. eccleſiis, aperte dicit textus eſſe iterꝛ conſecrandam eccľiam, quæ conſecrata eſſet ab eo qui non hẽt fidem Trinitatis. Credo certe gloſſam inde fuiſſe deceptam, ꝙ putauit idem prorſus cẽſendum eſſe de sacramentalibus, quod de sacrĩs, cum tñ lata ſit inter illa differentia. Quia conſecrationes sacrorꝛ pendent ex iure diuino: & inde euenit ut ptãs quam sacerdotes aut epĩ ſuper illas hñt, nõ poſſit ab illis auferri. Poteſtas aũt ſuper sacramentalia ex ſolo pendet humano iure, & ideo eccleſia q̃ hoc ius ſtatuit, poterit illã po

testatem ab epis auferre ita ut consecrātes nihil efficiāt: præsertim ob tam graue crimen quale est hæresis. Et idē mihi uidetur de aliis cōsecrationibus & bñdictionibus alior sacramentalium esse dicēdum, ut sunt cōsecratio calicis, bñdictiones ornamentor & uestimentor. Nā de fil'ibus idem est iudiciū. Neque huic sñiæ obstat qd' dicitur in.c. A' nobis, de sacramentis non iterandis. Illic .n. Papa ideo decernit altaria non esse iter consecrāda, aut uestimenta iter bñdicenda, in qbus aut cū qbus p̄sbyteri degradati celebrarunt, quia oīa illa uere cōsecrata aut bñdicta erant, & ideo noluit ut iter consecrarentur aut bñdicerentur. At quod ab hæreticis circa illa sacramentalia factum est, ecclesia censet nullius esse roboris & momenti: & ideo necessarium est ut fiant ab eo, q illa omnia exercere ualeat. Sed tunc merito inquirere qs posset quo nomine sit censenda hæc epor ptās, quam epi hñt circa sacramentalium consecrationem aut bñdictionem. Non est certe dicenda ptās iurisdictionis: quia per illam nec aliquem punire, nec sñiam aliquam dicere potest. Si ptās ordinis dicitur, erit necessario fatendum, esse aliquam ordinis ptātem, q̄ sit auferibilis per ecclesiam. Quod ergo beatus Thomas dicit in secunda secundæ. quæst. 39. art. 3. Potestatem ordinis esse indelebilem, est interpretandum de sola ptāte ordinis q̄ est circa sacramenta, de qua solum in illa quæstione tractabat.

An episcopus effectus hæreticus sit eo ipso priuatus omni potestate iurisdictionis, etiam si sit Papa. Cap. XXIII.

De potestate ecclesiastica inquirere & disputare cœpimus, an omnis talis sit per hæresim eo ipso ab hæretico ablata & de potestate ordinis iam satis per duo capitula disseruimus. Nunc superest de ptāte iurisdictionis pertractare, an illam ipso iure amittat eps aut Papa si fuerit hæreticus. Quæ quidem qō, unum præsupponit & aliud quærit. Præsupponit quidem epm & Papam posse effici hæreticum. De epo nullus unquam dubitauit, qm multa & certissima experientia cōpertum est, plurimos

episcopos fuisse hæresiarchas, nedum hæreticos. De Papa uero an possit esse hæreticus, quõ est inter theologos controuersa, & pars quæq; catholicos & doctissimos habet patronos. Quam quõnem ego nũc pertractare no lo, neque uolo, de illa aliquid definire, pręter id quod su pra lib. 1, cap. 6. dixi Papam uidelicet ut publica & cõis est persona in dandis toti pp̃lo christiano fidei decretis non posse errare, ut tñ singularis & priuata est persona, posse in fide errare & effici hæreticum. Nam (ut cęteros omittamus) de Honorio huius noïs primo non põt ambigi illum fuisse hæreticum, cum fuerit in sexta gñali synodo de hæresi manifesta damnatus, & hæreticus ꝓclamatus. Ob quam causam eadẽ sexta synodus in qua legati Summi Pontificis aderant Theodorus & Georgius presbyteri, & Ioãnes Diaconus, pluries dixit illi anathema, ut cõstat ex ultima actione eiusdem sextæ synodi. Quam quidem sñiam Leo tertius huius noïs Põtifex ratam habuit, ut apertissime cõstat per ep̃lam eius quã de hac rescripsit ad Constãtinum Imperatorẽ, in qua non semel appellat eum hæreticum. Hanc q legere uolet, reperiet in secũdo Tomo cõciliorꝝ gñalium, statim post ultimã sextę synodi actionem. Scio tñ esse aliquos, qui Honorij cãm suscipientes illum excusare nituntur. Inter quos unus, & præcipuus est Albertus Piglius Cãpensis, in suo illo magno prolixissimoq; opere, de ecclesiastica Hierarchia, et in quadã disputatione quam fecit de actis sextę synodi. Doctus certe uir, non hoc solũ nostro, sed omni sæculo uenerandus: uerꝝ (ut ingenue loquar) nihil aliud in defensionem Honorij agit, quam litus arare, aut laterem lauare. Supponamus igit̃ Papam posse in hæresim labi & hæreticum esse. Tunc iam meri to qõ se offert diligenti examinatione digna, An Papa aut quiuis alius ep̃s effectus hæreticus, amittat omnem p̃tãtem iurisdictionis, ita ut iam non sit Papa nec ep̃s cẽsendus. Quę quidem qõ aliter definienda est secundum ius diuinum & aliter secundum ius humanum. Si iuxta

humanum ius, quæstio hæc est pertractanda, aliter de Papa, & aliter de alijs episcopis respondendum erit. Nã Papa non est eadem lege & mensura, qua cæteri episcopi, metiendus. Quoniam cæteri omnes episcopi iuri humano subduntur, & pœnas ab humano iure ob crimina aliqua decretas, si in illa inciderint crimina, perferre coguntur. Ex quo apertissime colligitur, omnem episcopum postquam effectus fuerit hæreticus, esse excõicatum. Et inde etiam colligeretur illum priuatum esse eo ipso suo episcopatu, si ecclesia hanc pœnam hæretico epõ, decreto perpetuo irrogasset. Hoc tñ decretum nunquam (quod sciam) ecclesia hucusq; statuit. Nam licet multi sint sancti uiri, quorũ testimonia inferius citabo, q dicant nihil honoris aut dignitatis hæreticos habere, hoc tamen non dixerunt, tanquam legem statuentes. Qm̃ cum illi non fuerint Summi Pontifices, certum est eos non potuisse leges præfigere, quæ uniuersos ligarẽt episcopos. At Papa cum sit totius ecclesiæ caput, quod in reliqua omnia membra influit, illis omnibus sensum ministrans, sicut omnes iudicare potest, ita à nemine iudicari ualet, ut habetur in cap. Si Papa, dist. 40. & in c. Nemo. 9. q. 3. & in c. Oues. 2, q. 7. Ex qua ratione deducitur Papam non esse præceptis aliquibus humanis ligatum, quia non habet superiorẽ in terris à quo ligari possit, Ab inferiori autem aut à pari certum est neminẽ ligari posse: quia (ut cõmune est iuris peritorũ prouerbium par in parem non hẽt imperium. Et hinc nostri theologi colligunt Papam nõ esse obligatum ad suorũ peccatorũ auricularem confessionẽ annuatim faciendam. Qm̃ cũ talis confessio annua solo sit iure humano præcepta, per illud uidelicet cap. Omnis utriusque sexus, de pœnit. & remissi. Conuincitur apertissime Papam qui supra omne ius canonicum habet plenam potestatẽ, non esse ad illam obligatum. Ex eadem radice oritur, ut Papa non possit incidere in alicuius ecclesiastici canonis censurã, aut pœnam: ut sunt excõmunicatio, interdictũ, suspen-

ſio,irregularitas. Nam omnes iſtæ cenſuræ, cum ſint ſolo humano iure decretæ,non pñt Papam ligare,quē certum eſt uel parem eſſe his à quibus fuerunt illi canones ſtatuti. Ex quibus omnibus neceſſario ſequitur ut Papa effectus hæreticus non ſit ipſo iure excõicatus,ea excommunicationis ſpecie quę dicitur cenſura eccleſiaſtica. Dixi ex induſtria,de excõmunicatione quæ eſt eccleſiaſtica cenſura,qm̃ eſt quædam alia latior & benignior excõicatio contra hæreticos,quæ iuxta multorꝝ opinionē (ut ſupra cap.18. Huius ſcdi libri diximus) eſt iure diuino inflicta. Verꝝ hæc non eſt niſi quædam ſeparatio ab exteriori fidelium conuerſatione: ita ut fidelibus omnibus ſit diuino iure interdictum,ne cum hæreticis conuerſentur,iuxta illud Pauli. Hæreticum hominem poſt unam & ſcdam correptionem deuita. Tit. 3. Cui conſonat Ioannes in ſua ſcda canonica epiſtola,ſic inquiens. Siquis uenit ad uos & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum ĩ domum,nec,Aue,ei dixeritis. Et hac excõicatione Papa ſicut quilibet alius chriſtianus, ſi hr̃ticus fiat erit ſtatim eo ipſo excõicatus. Quia poſtq̃ de illius hæreſi conſtiterit,omnes chriſtiani tenebuntur ab illius conuerſatione abſtinere. Eſt tñ alia multo acerbior excõmunicatio, q̃ non ſolum ab exteriore ſeparat conuerſatione, ſed ēt a ſpũalium bonorꝝ participatione ſequeſtrat, & multa alia incõmoda infert,quæ nũc non eſt aius recenſere. De hac igitur excõicatione,quæ eſt eccleſiaſtica cenſura,et ab eccleſia inflicta,cenſeo Summum Pontificem, etiam ſi fiat hæreticus,non eſſe hac excõicatione ipſo iure excõmunicatum,niſi aliunde quam ex iure humano cõſtaret illum eo ipſo quòd factus eſt hæreticus,eſſe dignitate Papali depoſitum. Qm̃ talis excõicatio cum ſit à iure humano inflicta,non põt ligare Papam qui citra omnē controuerſiam eſt ſupra omne eius humanum. Quæ quidem ſnĩa uſque adeo vr̃ uera Sancto Thomæ,ut in.4.ſenten.d.19.art.3.dicat,Papam non poſſe hanc poteſtatem alicui delegare,ut ip̃m Papam poſſit excõicare. Et idem

docent Sanctus Bonauentura, & Albertus magnus, ut de illis refert Ioannes de Turre cremata, qui istorum omnium sniam comprobat. Male ergo opinantur illi qui docent, omnia iura quæ de hæreticis aliquid decernũt, etiam Papam ligare si ille fiat hæreticus. Nam dum Papa est, subijcitur depositioni, ut uidelicet pp hæresim deponi possit, non tñ alicui alteri iuris censuræ. Postquam uero depositus fuerit, tunc iam erit omnibus ecclesiasticis pœnis, sicut reliqui oẽs, subiectus. Et hinc est quòd Papa effectus hæreticus, nisi ex iure diuino impediatur, ad huc antequam deponatur, oẽm suam dignitatem & iurisdictionem conseruare poterit. Quia cum ille ligatus excõicatione non sit, nullum aliud ius humanum obstat quominus ille alios ligare & soluere possit. Contra ea q̃ diximus forte quis mihi obijciet, quandam glossam sup c. Achatius. 24. q. 1. quæ talia refert. Hic est casus in quo Papa Papam ligare põt, in quo Papa in canonem latæ sniæ incidit. Neq; huic obuiat regula: par parem soluere, uel ligare non põt: quia si Papa hæreticus est, in eo, q̧ hæreticus est, minor est quolibet catholico. Hæc in illo capite, Glossa. Hanc obiectionem ego facillime reijcio, ingenue dicens non esse tantæ auhoritatis Glossatorem illum, ut me sua authoritate premere ualeat, præsertim cum aliàs tam multa doceat euidentissime falsa, & erronea: ut omnem merito pp illa amiserit authoritatẽ. Deinde uerba ipsa, quę nunc refert, si diligenter discutiamus, apertissime oñdent, quàm parum solidæ doctrinæ in se cõtineant. Dicit.n. quod si Papa hæreticus est, minor est quolibet catholico. Si Papa hæreticus minor est quolibet catholico: ergo quilibet catholicus maior est Papa hæretico. Collectio ista ex eo redditur manifesta, quod maior, & minor sunt correlatiua. Videamus ergo q̃uo hic maior, & ille minor censendi sunt. Et certum est eodem modo alterum dicendum esse maiorem, quo alter dicetur minor: quia aliàs non erunt comparatiua, nec relatiue opposita. Si de maioritate, & minoritate iurisdi-

ctionis loquatur Glossa, constat uerba illius esse falsa. Nam apertissime constat esse falsum, omnem catholicũ esse maiorem iurisdictione Papa hæretico. Quia multi sunt catholici, qui nullam prorsus iurisdictionem hñt supra Papam hæreticum, prout sunt omnes ferè laici, ad quos non spectat Papæ hæresim examinare, neq; de illa censere, neque illum ob hoc punire. Si uero de maioritate, & minoritate in meritis, aut in grã, aut charitate loquatur, etsi ita, ut ille ait, sit, nihil tñ inde colligere ualebit, quod suo proposito fauere possit. Nam iuxta illum sensum minoris, & maioris, etiam dicetur. Papam pctõrem in pctõ mortali existentem esse minorem quolibet uiro catholico, & iusto. Sed nunquid ideo sequitur, ut ppea par parem ligare, aut soluere possit, aut q; Papa in canonem latæ sñiæ incidere debeat? Quia ut quis ligare, aut soluere possit, non maioritas sanctitatis requirit: sed iurisdictionis. Male ergo rñdetur ad obiectionem regulæ, quæ ait: Par parem soluere, aut ligare non potest, dicendo, q; Papa hæreticus minor est quolibet catholico. Dico ergo quòd omni iure diuino de hac re secluso, si scdm solum ius humanum hęc qõ definienda est, Papa effectus hæreticus licet sit merito ob hoc deponendus, nõ tñ est eo ipso depositus, nec eo ipso excõicatus. Quia quandiu est Papa, excõicari non põt, neque alia quauis censura ecclesiastica ligari: cum sit supra omne ius humanum, à quo censuræ illæ suam hñt firmitatem suumq; uigorem. Erit autem ille (ex solo iure humano loquendo) tandiu Papa, quandiu fuerit ab ecclesia toleratus. Ecclesia uero haud dubie illum tolerabit, quousque sibi cõstet illum iure diuino esse depositum, aut merito deponendum. Qm̃ Paulus tertius, qui nunc est, licet ab hominum electione habeat, q; sit Papa, postquam tñ electus est, non ab hominibus: sed à Deo habet plenam supra totã ecclesiam ptãtem. Et inde euidentissime colligitur illum non posse ob qualecunq; crimen ab ecclesia deponi: nisi constet ex eodem iure diuino, ecclesiam pp tale crimen

Papam deponere posse. Dimisso ergo iure humano, a quo nihil certum in hac qōne discere possumus, ad ius diuinum, tāquam ad totius ueritatis fontem recurramus, ut inde ubertim doceri ualeamus. Perscrutemur igitur diuinas scripturas, & per illas inquiramus ea, quæ ad esse Papam sunt necessaria, & inde facile intelligemus, an Papa, si hæreticus fiat, sit statim dignitate Papali priuatus, an non. Nam certissima rōne philosophica scimus, tunc aliquid necessario perire, qn̄ illi desunt ea, quæ ad suum esse sunt necessaria. Si aūt omnia, quæ ad alicuius rei existentiam sunt necessaria, adsunt, si res naturaliter, & non libere causatur, illā deesse non est possibile. Quia enim sanguis est necessarius ad hominis uitā: ideo sanguine deficiente hō uiuere non pōt. Alioqui si sanguine se cluso uiueret hō, hoc uno argumento euidentissime probaretur sanguinem ad illius uitam non esse necessariū. Calor est necessarius ad esse ignem, & inde consequens est, ut calore prorsus destructo, pereat ēt ignis. Hoc igiť semel præfixo fundamento, opus est, ut ex ipsis scripturis diuinis diligenter inquiramus ea, quę ad esse papam sunt necessaria. Omitto hic alia quæ extra ip̄m papam sunt, ut puta, uoluntaria electio ipsoꝶ electoꝶ, & habilitas in ipsis eligētibus, ut uidelicet illi habiles sint ad eligendum. Istis & alijs hmōi omissis: si de illis, quæ in ipso eligendo, aut electo sunt, loquamur, distinguere oportet. Qm̄ quædam sunt necessaria ad simpliciter esse, alia sunt necessaria solum ad bn̄ esse. Quæ solum ad bene esse exiguntur, talia sunt, ut illis seclusis papa esse possit: sed non bonus papa: & hæc sunt scientia reꝶ diuinaꝶ, prudentia reꝶ gerendaꝶ, charitas feruentissima, & alia id genus aliqua, sine quibus, & si aliquis papa esse possit, non tn̄ bonus erit papa. Quæ aūt sunt necessaria ad simpl'r esse papam, sunt duo: Quoꝶ alteꝶ est solum necessariū ad fieri, & non post factū esse: & hoc est uoluntas ipsius electi, per q̄ consentit electioni de se factę. Hęc .n. est necessaria ad hoc, ut quis fiat papa: quia ipso inui

to non pōt fieri papa. Postquam tñ iam semel consensit electioni, & factus est Papa, iam illius uoluntas non est necessaria ad esse papam: quia & si illum pœniteat uoluntatis præteritæ, & nolit esse papa, & renunciet papatui, nihilominus adhuc est papa, quousque ab his, quibus competit, sit eius renunciatio acceptata, ut patet in cap. 1. De renunciatione, lib. 6. Rōnem hoꝝ siquis requirat, eam nunc libenter offerimus, quæ talis est. Quilibet pōt renunciare iuri suo, non tñ iuri alterius. Ecclesia eligens Paulum in papam, nullum adhuc ius ꝑꝑ hoc habet in Paulo quousque consentiat. Postquam aūt consensit electioni de se factæ, sicut ipse acquisiuit ius supra ecclesiam ad regendum eam, ita illa acquisiuit ius supra ip̄m, ut ab illo petere possit doctrinam, & reliqua, quæ ille ex officio papali tenetur tribuere ecclesię. Est. n. mutuus q̄dam contractus inter electores, & electum initus, quo mutuo se inuicem obligarunt. Electus quidem ad reddēdum ecclesiæ debitum pastoris offm̄ ad quod solum ecclesia illum elegit. Ecclesia uero, quæ illum in prælatum elegit, hoc ipso se ad debitam obedientiam illi exhibendam obligauit. Et hinc euenit, ut cum primo electus est possit renūciare electioni de se factæ: quia tunc solum renunciaret iuri suo. Cum aūt iam semel consensit electioni, & effectus est papa, tunc iam non potest sine cōsensu ecclesiæ renunciare papatui: quia si hoc faceret, non solum iuri suo: sed iuri ecclesiæ renunciaret, quod facere nō pōt, Ex quibus apertissime constat, ꝙ uoluntas electi in papam licet sit necessaria ad fieri papam, non tñ est necessaria ad conseruationem papatus: q̄a (ut dixi) inuitus p̄t esse papa. Alteꝝ est necessarium ad esse papam in fieri, & in facto esse, & hoc est fides. Neq; hic loquor de fide formata, de qua dicit Paulus, ꝙ per dilectionem operatur. Qm̄ hęc nō est necessaria ad esse papam. Cū possit papa in pctō mortali existens, in papā eligi, & in papatu perseuerare. Alioqui esset incidere in errorē Valdensiū, & Ioannis Hus dicētium oēm eccl'iasticam dignitatem

Gal. 5.

amitti per qđlibet pctm̃ mortale. Qui error damnatus estin concilio Cõstantiensi, sess. 15. Fides ergo, quam dico esse necessariã ad esse papã, est fides habitualis à spe, & charitate distincta, quæ daẽ in baptismo, & de qua Paulus dicit, ꝙ sine illa ĩpossibile est placere Deo. Hęc, inq̃, fides est necessaria ad esse papam, ita ꝙ sine illa nõ põt fieri papa, nec in papatu conseruari. Et qa hoc est p̃cipuum fundamentũ, super qđ ferè tota huius nr̃æ doctrinæ fabrica cõsistit, ideo ꝓ illius firma stabilitate elaborandũ est, & multis rõnibus illud probandum. Pro qua re maxime cõducit diligenter, perscrutari totum ꝓcessum, quo Xp̃s peruenit ad dãdum papatũ Petro. Nõ .n. statim, & sine ullis medijs illi hanc concessit p̃tãtem: sed primo illam ꝓmisit, ad aliud tp̃s hanc differens donationem. Deinde, antequã daret, monuit de dignitate sibi ꝓmissa, ut intelligeret, quid sibi per illam iniungebatur. Denium cum promissam p̃tãtem Xp̃s Petro concessit, tunc uim dignitatis, & q̃ ad illam necessario exigebãtur apertius expressit. Quæ oĩa si quis diligenter consyderare uelit, uel eo clarissime discet, quã necessariam ad papatum uoluit esse fidem Xp̃s saluator noster. Singula igitur studiose perscrutemur. Primo quidem Christus saluator nr̃ ꝓmisit hãc p̃tãtem Petro, sic dicẽs: Tibi dabo claues regni cœlo℞, & qđcunq; ligaueris sup terrã, erit ligatũ et ĩ cœlis & qđcunq; solueris sup terrã, erit solutũ & ĩ cœlis. Quo in loco Origenes more suo philosophatus, dicit Xp̃m his uerbis maiorẽ Petro promisisse ligãdi, & soluẽdi p̃tãtem, quã postea reliq̃s ap̃lis, aut dedit, aut ꝓmiserit. Nã cũ alijs oĩbus ap̃lis ligãdi, & soluẽdi p̃tãtem tribuit, in cœlo tm̃ singulari numero explicãs, dixit fore soluta, aut ligata, q̃ illi soluerẽt, aut ligarẽt. Sic .n. dixit: Quæcũq; alligaueritis sup terrã, erũt ligata & ĩ cœlo, & q̃cunq; solueritis sup terrã, erũt soluta & in cœlo. At cũ Petro claues, cõmisit, nõ usus est singl'ari numero cœli: sed plurali nũero sigñauit ĩ cœlis fore soluta, aut ligata, q̃ ille ĩ terris solueret, aut ligaret, ut uel hoc uer-

mat. 16

mat. 18

borum discrimine nos doceret, aliqd maius Petro, quam reliqs aplis fore cōcedendū. Sed iam uideamus quid illam pmissionem præcederet. Antequam Xp̄s hoc Petro pmitteret, interrogauit oēs aplos, quid de illo sentirent, & quam de illo hrent existimationem. Cui interrogationi (ut Matth. refert) Petrus solus rñdens, dixit: Tu es Xp̄s filius Dei uiui. Quo loco Theoph. annotat uerba illa ad maiorem Petri fidem exprimendam, cum articulo emphasim quandam signante, esse pronuncianda, sic.n. ait Theoph. Nō dixit: Tu es Chr̄s filius Dei uiuētis, absque articulo: sed cum articulo, ille filius, hoc est, ille ipse, qui solus, & unicus, non gratia filius: sed qui ex ipsa patris substantia genitus. Quia & multi Chr̄i erant, sacerdotes, & Reges omnes: sed Chr̄s cum articulo, unus est. Hæc Theophilactus. Hac confessione fidei per Petrum facta, statim Chr̄s dixit illi: Btūs es Simon Bariona: qa caro & sanguis nō reuelauit tibi: sed pr̄ meus, qui in cœlis est. Et ego dico tibi: quia tu es Petrus, & super hāc petram ædificabo ecclesiam meam & portæ inferi non p̄ualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni cœlorum &c. Quæ uerba remunerationem quandam Petro pro suæ fidei confessione exhibitam, aperte oñdunt. Qd clarissime docet Theophilactus sic inquiens: Remunerat Petrum Dñs, mercedem illi dans magnam, quod super eum ædificabit eccl̄iam. Quia.n. confessus erat eū Dei filium Petrus dixit, quod hęc confessio, quam confessus est, fundamentum erit futurorum credentium, ita ut omnis homo extructurus fidei domum hoc iacturus sit fundamētum. Nam licet innumeras condamus uirtutes, non habeamus autem fundamentum rectā confessionem, inutiliter ædificamus. Hæc ille. In quibus uerbis multa sunt notanda. Primum est, quod per uerba Chr̄i, et non ex suo cerebro, nos docet, fidem esse fundamentum totius eccl̄iasticæ structuræ. At ubi fundamentum deest, nihil superædificari potest, & si quid ędificatum super illud fuerat, necesse est, ut illo fundamento sublato, ruat. Consequēs

Theop.

Theop.

igitur est, ut deficiente in aliquo fide catholica, quæ est totius ecclesiasticæ structuræ fundamentum, non possit in eo Papalis dignitas fundari, quæ primus est in illa structura lapis, post fidem. Imò nulla alia ecclesiastica dignitas à Christo instituta, qualis est Episcopalis potestas poterit in illo, qui fidem catholicam non habet fundari. Quoniam hæc cum sit à Christo instituta, & in structura ecclesiæ ab eodem collocata, non poterit aliud fundamentum habere, quàm illud, quod ab ipso Christo positum est, uidelicet fides. Et inde etiam sequitur, ut hoc fidei fundamento sublato, ab eo, qui Papa, aut Episcopus erat, eo ipso Papalis, aut Episcopalis dignitas, quæ ante in illo erat, cadat ab illo. Forte aliquis huius argumentationis potentiam effugere uolens, dicet characterem baptismalem, qui dicitur sacramentum fidei, satis esse, ut in aliquo, qui fidem non tenet, possit Papalis dignitas collocari, & conseruari: sed hæc meræ nugæ sunt, ut facile patere potest, uel mediocriter rem consyderanti. Nam Theoph. uerba Christi declarans, non dicit characterem baptismalem esse fundamentum: sed solam fidei confessionem. Quod etsi Theoph. non interpretaretur, ex ipsis Christi uerbis, & illorum circunstantijs apertissime constare poterat. Nulla. n. ibi erat mentio de baptismate, nec de baptismali charactere, nec in illo poterat esse meritum, ut propter illud tanta mercede Petrum Xps donaret. At in confessione fidei, quam Petrus fecit, multum adfuit meriti, atque ideo illa digna habita est à Xpo, cui tantam promitteret mercedem, quantam nulli alteri, nisi Petro, quem totius ecclesiæ caput instituit, donare decreuit. Et quod fides sit fundamentum totius religionis, & totius ecclesiasticæ structuræ, ex alijs adhuc sacræ scripturæ locis, aperte conuinci potest. Nam Paulus Corinthijs scribens,

1 cor. 3. ait: Fundamentum aliud nemo potest ponere: præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus. Quæ uerba

Augu. interpretans Augustinus in libro de fide, & operibus, cap. 16. ait: Si Christus est fundamentum, proculdubio et fides Christi. Per fidem quippe habitat in cordibus nostris fi-

cutidem Paulus dicit. Hæc Auguſt. Et ad Coloſſenſes Colo. 1 Paulus ſcribens,iterꝫ ait: Reconciliauit uos xp̄s in corpore carnis ſuæ per mortem, ut exhiberet uos ſanctos, & immaculatos, & irreprehenſibiles coràm ipſo, ſi tñ permanetis in fide fundati. In quibus uerbis Paulus aptiſſime dixit fidem eſſe fundamentum, & inde colligit, ut fide ſublata reliquum totum corruat ædificium. Et certe (ut aperte loquar) hæc argumentatio, quæ nunc ex ratione fundamenti facta eſt, me multum urget, ut exiſtimem Papam, ſi hęreticus fiat, eo ipſo eſſe iure diuino priuatum dignitate Papali. Nam alia, quam aliqui faciunt ex ratione membroꝝ, quæ inuicem per fidem cōnectūtur, non eſt adeo efficax, ut per illam rationem quis conuincere poſſit Papam, ſi fiat hæreticus, iam non eſſe totius eccleſiæ caput: quia uidelicet iam non eſt eccleſiæ membrum, cum careat fide. Hanc.n. argumentationem facile ſoluit Thomas de Vio. Caietanus Cardinalis in opuſculo de authoritate Papę, & concilij, cap. 22. dicēs quòd Papa etiam ſi hæreticus fiat, adhuc eſt membrum eccleſiæ. Quia licet careat fide, habeat tñ characterem baptiſmalem, per quem etiam ſicut per fidem, quiſqꝫ effici poteſt membrum Chr̄i, ut expreſſe docet Innocentius tertius in capite, Veniens. De presbytero non baptizato, cuius hæc ſunt uerba. Non ſolum per ſacr̄m fidei: ſed per fidem etiam ſacr̄i quis efficitur procul dubio mēbrum Chr̄i. Hæc Innocentius. Forte quis mihi etiam ex uerbis eiuſdem capituli r̄ndebit, dicens in eodem capitulo, baptiſmum etiam dici fundamentum. Fateor quidem in illo loco baptiſmum appellari fundamentum: ſed diligenter inſpiciendum eſt, reſpectu cuius dicatur fundamentum, & inuenietur dici fundamentum reſpectu alioꝝ ſacroꝝ. Nam qō illius cap. erat da presbytero non baptizato an ſuſcepiſſet. ordinem ſacerdotij, & ut perſuaderet illum non ſuſcepiſſe ſacerdotium, dicit ꝙ deficiente baptiſmo, qui eſt fundamentem, alioꝝ uticꝫ ſacrorum nullum aliud ſacr̄m ſuperædificari poterat.

Quanquam hæc non definiendo: sed disputando Pontifex dixit, ut literam inspicienti facile constare potest. Atque baptismus sit fundamentum Papalis dignitatis, Pontifex ibi non dixit, nec de illa erat tunc sermo. Esto, etiam hoc dixisset, non tamen diceret baptismum esse sufficiens fundamentum, ita ut fides non esset etiam fundamentum necessarium. Quia hoc esset aperte repugnare Xpo, qui dixit se super fidei confessionem fundaturum ecclesiam suã, & qui propter illam fidei confessionem promisit se daturum Petro in præmium claues regni cœlorum. Et hoc est alterum, quod in uerbis Theophilacti ultimo citatis annotandũ erat, cum dixit, Christum remunerasse confessionem Petri, quando promisit illi se super illam confessionem ædificaturum ecclesiam suam, & propter illam eandem daturum illi claues regni cœlorum. Nam quia alijs omnibus apostolis tacentibus solus Petrus confessus est Christũ esse filium Dei, ideo illi soli claues regni cœlorum, & ligandi, atque soluẽdi potestatem supra omnes promisit. Si propter fidei confessionem tanquam propter quoddam meritum, Christus Pontificiam super omnes dignitatem Petro promisit, hoc ipso declarauit eum, qui fidem non habet, indignum esse, qui cæteris præemineret. Quis ergo tam demens erit, ut alicui sine fidei merito papatum tribuere uelit, quem Christus Petro sine fidei confessione nec promittere uoluit, ac proinde multo minus daret? Nec placet mihi illorum sententia, qui dicunt Petrum tunc pro omnibus respondisse, & sic suam, aliorumque fidem expressisse. Non enim alij Apostoli Petro hanc prouinciam delegauerunt, ut pro omnibus responderet. Neque Petrus tam arrogans erat, ut pro omnibus, non mandatus responderet, præsertim quod tunc non solum data non erat super cæteros Apostolos potestas: sed nec erat adhuc promissa. Si quis autem dicat hoc Petrum facere potuisse: quia cæteris Apostolis senior erat, is attendat, obsecro, Andream in apostolatu seniorem esse Petro, quod multo magis æstimandum erat, quàm quilibet ætatis excessus. Deinde suis ipse uerbis Petrus testatur se non pro omnibus: sed

pro se solo rñdere. Nõ.n.plurali numero (ut oportebat) sed singulari numero locutus est, sic inquiens: Ego dico, quia tu es Chr̄s &c: Si pro omnibus loqui uoluisset, plurali numero loqui debuisset his uerbis: Nos dicim⁹ &c. Nam alias postquam iam supra omnes illum Chr̄s instituerat prælatum, cũ in die penthecostes omnes Apostoli, eo quod recepto iam cœlitus spiritu omnibus loquerentur linguis, de ebrietate falsò apud pp̄l'm accusarentur. Petrus se omnium curam hr̄e intelligens, ac proinde omnium cãm suscipere uolens, non singulari: sed plurali numero loquutus est, sic dicens: Viri Iudæi, & q habitatis Hier̄l'm uniuersi, hoc uobis notum sit, & auribus percipite uerba mea. Non.n.sicut uos æstimatis, hi ebrij sunt, cum sit hora diei tertia. Si pro se solo rñdere uoluisset, dixisset: Ego ebrius nõ sum. Sed quia tunc iam omnium curam gerebat, pro omnibus rñdere decreuit, dicens: Hi ebrij non sunt. Non ergo pro omnibus: sed p̄ se solo rñdit, cum dixit: Ego dico, quia tu es Chr̄s filius Dei uiui. Ille Solus rñdit quamuis omnes fuissent interrogati: quia feruentior, quàm in corde retinebat fides, non potuit se intra cordis latebras retinere, quemadmodum cæteroꝝ Ap̄loꝝ fides, quæ qm̄ tepidior erat non prorupit in publicam cõfessionem. Sed de hoc, quia forte iam plus satis diximus, opus est, ut ad reliquum Petri processum inuestigandum pergamus. Chr̄s saluator nr̄ iam passioni proximus, præuidens Ap̄loꝝ animos post suum discessum fore turbãdos, Petro iniungit, ut illos in fide confirmet, sic dicens: Simon ecce Sathanas expetiuit uos, ut cribraret sicut triticum: ego autem rogaui p̄ te, ut non deficiat fides tua: & tu aliqñ conuersus confirma fr̄es tuos. Ecce primum papæ offm̄, qđ Deus tunc Petro cõmisit, hoc est, confirmare reliquos omnes in fide, non est possibile, ut reliquos in eadem fide cõfirmet. Quo fit, ut papa si hæreticus fiat, papa amplius esse non possit: quia ad id, quod sibi primo ex offõ suo competit, uidelicet reliquos in fide cõfirmare, est prorsus ineptus.

Act. 2

Mat. 16

Luc. 22

Demum, qñ Chrs dignitatem papalem iam ante promissam, Petro concessit, sic dixit: Pasce oues meas. Quibus uerbis concordi omnium catholicorꝫ doctorꝫ snia, omnes Christianos oues, & Petrum illarꝫ omnium dixit esse pastorem, ut ipso officij nomine apertissime declararet, quid Petro, & cuilibet summo pontifici Petri successori facere ex offõ incumbit, nempe pascere gregẽ sibi cõmissum spũali quodam pabulo; doctrina uidelicet catholicæ fidei. Qui fidem catholicam tenet, si est idiota, aut malis moribus uitiatus quamuis non suũ bñ exerceat offm̃, adhuc tñ papa est: quia nihil hẽt papatui repugnans. At qui hæreticus est, habet hæresim, q̃ prorsus papatui repugnat. Non.n.potest, qui hæreticus est, ueram alijs præstare fidei doctrinam. & inde consequẽs est, ut qui hæreticus est, ecclesiæ pastor esse non possit.

Ioã.21.

In cuius confirmationem est, quod August. ait in sermone de pastoribus, ubi exponit illud Cãticorꝫ. Pasce hœdos tuos, sic inquens: Iam non oues: Manenti Petro dr̃: Pasce oues meas, exeũti hęretico dr̃: Pasce hœdos tuos. Et iterꝫ in epl'a ad Vincentium Donatistam, pertractãs eadem uerba ait: Pasce hœdos tuos, nõ sicut Petrus, cui dr̃: Pasce oues meas. In tabernaculis pastorꝫ, non in tabernaculis pastoris, ubi est unus grex, & unus pastor. Hæc Augustin. In quibus uerbis apertissime docet August. eum, qui pastor est ouiũ Chr̃i, si fiat hæreticus, iam non esse pastorem ouium Chr̃i: sed suorꝫ hœdorꝫ. Sunt adhuc aliæ multæ argumentationes procedẽtes ab his conditionibus, & qualitatibus, quæ necessario cõpetũt hæreticis, ex quibus non minus euidenter conuincit papam, si hæreticus fiat, esse statim iure diuino priuatũ dignitate papali. Nam omnis hæreticus est ab eccl'iæ corpore separatus, atq; præscissus: qm̃ à fide, quam tota tenet ecclesia se diuidit, mallens suæ inniti prudentiæ, q̃ totius catholicæ ecclesiæ subesse iudicio. Qui autem à fide ecclesiæ separatur, consequens est, ut etiam à corpore ipsius ecclesię sit separatus, qm̃ sicut iuxta dictum Pauli,

Cant.1
Augu.

Pauli, una est fides: ita una est ecclesia, & unitas ecclesiæ ex unitate fidei pendet, dicēte Hugone de sancto Victore. Per fidem accipimus unionē, per charitatem uiuificationem. At quicunq; est ab ecclesię corpore sepatus iam non est caput eiusdem corporis, quia repugnat, ut quod à corpore separatum est, sit caput illius. Ex quib9 necessario infertur, ut Papa si fiat hæreticus, iam non sit Papa: cum per hæresim sit à corpe ecclesiæ iure diuino separatus. Alia quæcunq; peccata quantūlibet grauia inficiunt papam, & illum tanquā caput lāguidum reddunt. Solum aūt pctm̄ hæresis caput à corpore abscindit, & per consequēs solum illud papam iure diuino sua papali dignitate priuat. Præterea hæretici uocanť lupi à Saluatore nostro, qui monens nos, ut ab hæreticis caueremus, dicit illos tanquam lupos esse fugiendos, sic inquiens: Attendite à falsis pphetis, qui ueniūt ad uos in uestimentis ouiū: intrinsecus aūt sunt lupi rapaces. Ecce uides hęreticos, qui falsi sunt pphetę, non à quouis alio: sed à xpo ipso ueritatis magistro, appellari lupos. Ne igitur lupus sit ouium pastor necesse est, ut papa, & quiuis alius eps̄ factus hæreticus, statim desinat esse pastor: unde necessario sequiť, ut nec sit papa, nec eps̄. Nec credibile est, ut xps̄ hæreticum hoiem, quem certius certo sciebat esse lupum, suaŗ ouium uoluerit esse pastorē, ne oues lupo (quod extremæ dementiæ reputatur indiciū) cōmisisse dicatur. Prędatus igitur si ex pastore fiat lupus, necessario est etiam, ut eo ipso desinat esse p̄latus, & pastor ne uel in paruo temporis momento, oues lupo cōmissas esse dicatur. Rursum, Omnis hæreticus iure diuino est ab hoībus uitandus, prout iam supra, cū de excōicatione disseruimus, multis sacrę scripturę testimonijs pbauimus. Non est aūt possibile, ut quis sit prælatus illorum, qui iure diuino tenentur se ab illo separare, illum fugere, cum illo minime cōuersari, illum in domū suam nō recipere, neque illum salutare. Qm̄ uero prælato ēt alioqui malo oīa istoŗ contraria tenentur subditi ēt cum re

Eph. 4

Hugo.

Matt. 7

Heb.11 uerentia impendere. Nā Paulus docet obedientiam esse exhibendam p̄positis, non tm̄ modestis: sed etiam discholis. Demū plurima sunt sanctoꝝ doctoꝝ testimonia, quæ asserunt hoīem hæreticum nullam prorsus hr̄e in ecclesia ptātem iurisdictionis. Primum quidem btūm Thomam offero, tanquam recētiorem, q in sua secunda secundæ. q.39. art.3. dicit ptātem iurisdictionis nō esse in hæreticis, & inde deducit, ꝙ non pn̄t a peccatis absolnere, nec alios excōicare, nec indulgentias dare. Hæc ille. Et Gratianus huic astipulatur sn̄iæ, qui 24. q.1. parte 2. quę incipit in paragrapho: Sin aūt ex corde suo, & ponitur statim post cap. Audiuimus, sic in fine capit. ait:

Grat. Quia sicut ille, qui benedicit, maior est eo, qui bn̄dicit: ita qui ex officio maledicit maior est eo, cui maledicitur: Liquido constat eūm, q ab integritate catholicę fidei recedit, maledicendi, uel benedicendi ptātem minime habere. Catholicum nanqꝫ, utpote se supiorem maledicere non ualet, in alienum a fide, tanquā in sibi æqualem,

Beda. sn̄iam dare non pōt. Hæc Gratianus. Et Beda sup Matthæum ait: Quicunqꝫ ab unitate fidei, uel societatis Petri apl̄i qūolibet seipsos segregant, tales nec a uinculis peccatoꝝ absoluunt, nec ianuam pn̄t regni cœlestis in-

Ambr. gredi. Btūs Ambrosius ait: Dn̄s par ius, & soluēdi esse uoluit, & ligandi, qui utrunque pari cōditione permisit: ergo qui soluendi ius non habet, nec ligādi habet. Et infra. Certum est, ꝙ ecclesiæ utrunqꝫ licet, hæresis utrūqꝫ non habet. Hæc Ambr. Et hr̄ in cap. Verbum Dei. de pœnit. dist.1. Et beatus Aug. super Ioann. dicit, ꝙ claues

Augu. ligandi, atqꝫ soluendi sunt datæ ecclesiæ in Petro, sic dicens. Petrus qn̄ claues accepit, ecclesiam sign̄auit. Ex qbus apertissime colligitur eum q extra ecclesiam est, nullam hr̄e ligādi, aut soluendi p̄tātem. Cyprianus in qua-

Cypr. dam epl̄a ait: Qui nec unitatem sp̄us, nec cōiunctionem pacis obseruat, & se ab ecclesię uinculo, & sacerdotum collegio separat, ep̄i nec ptātem pōt hr̄e, nec honorem, qui ep̄atus, nec unitatem uoluit hr̄e, nec pacem. Hæc il-

le.Et hñr in cap.Nouatianus.sexta.q.1.Et in alia epl'a, q̃ est ad Magnum ite℞ sic ait: Dicimus oẽs omnino hæreticos, & schismaticos nil hr̃e ptãtis, & iuris. Hæc ille.Et hñr in capite: Didicimus.24.q.1. Accedit ad hæc omnia, quod nullum hucusque ecclesia condidit decretum, per quod expresse statuerit papam hæreticum esse ipso iure depositum, aut per quod præceperit esse deponendum. Quod certe nõ euenisset: nisi quia papam: qui hæreticus fieret, iure diuino priuatum esse intellexit: & ideo noluit actum agere. Nõ est certe credendum ecclesiam, quæ tam solicita semper fuit de separatione hæretico℞ facienda, ne sua cõione alijs nocere possint, nihil hucusq; de papa hæretico faciendum decreuisse: cum ille tanto plus quàm cæteri oẽs hæretici ecclesiæ nocere potest, quanto ille maiorem hr̃et potentiam ad nocendum, & quanto cæteri catholici minus illum reformidarent quippe quem debent hr̃e fidei magistrum. Siquis mihi obijciat cap. illud. Si papa dist.40. facillime r̃ndebo, q̃ textus illius capituli & si sit sancti uiri & martyris, non est tñ hominis, qui leges toti ecclesiæ præscribere potuisset. Quo fit, ut uerba illius licet sint uelut quoddam hominis sancti consiliũ accipienda, nõ sunt tñ pro decreto obligatorio tenẽda. Nec uerba illa obligationem aliquam hr̃e, putandum est, q̃a sunt in corpe decreti iserta: nisi forte quis oñdat totum Gratiani decretum esse per sedem apostolicã approbatum, & omnia quæ in illo cõtinentur, sint obseruari mandata. Quod tñ nunquam factum est. Cum ergo ex his oı̃bus tam euidentissimis rationibus cõstet papam effectum hereticum esse iure diuino priuatũ dignitate papali, inde etiam constat illum, qui depositus est, esse subiectum oı̃ ecclesiasticæ censuræ quæ contra hæreticos est à iure lata, sicut quilibet alius hæreticus. Non tñ ob hoc fallit regula iuris q̃ dicit. Par parem ligare non põt. Nõ quidem ppea quòd papa hæreticus sit minor quolibet catholico, ut supra retulimus glos. dicere, in.c. Achatius.24.q.1. Sed inde hoc

euenit quia effectus hęreticus iam definit esse papa, ac ꝑ inde excõicari potest, & alias pœnas subire cogetur, q̃ sunt a iure hæreticis decretæ. Si tñ papa maneret, illis nõ esset subiectus. Propter quod merito supra diximus huius causæ definitionem esse a iure diuino, & non ab humano petendam.

Respondetur rationibus quæ obijciuntur ab his qui contrariam tuentur opinionem. Cap. XXIIII.

Quamuis euidentibus (ut existimo) argumentis probauerim in præcedenti capitulo, papam si hæreticus fiat, eo ipso esse dignitate papali iure diuino priuatum, necessarium tamen existimaui, respondere argumentis eorum qui contrariam tuentur sentẽtiam, ut illorum debilitate clarissime ostensa, uel inde nostræ sententiæ ueritas firmius roboretur, clariusque intelligatur. Et primum omnium argumentorum, uelut totius aciei Ante signarum proponam, illud quod aduersarij putant esse tam ualidum atque forte, ut nemo illi obsistere ualeat. Sic enim argumentantur. Episcopus si hæreticus fiat, non est eo ipso ex iure diuino sua dignitate priuatus, ergo papa quamuis hæreticus sit, non est eo ipso ex iure diuino dignitate papali priuatus. Consequentiam dicũt esse notam, quia (ut dicunt) papa non est peioris conditionis quàm quiuis alius episcopus. Antecedens probant de episcopo qui in mente sua habet hæresim cui pertinaciter adhæret, & nunquam illam exterius manifestauit. Hic enim (ut asserunt) uere & proprie est hęreticus, & tamen non est eo ipso priuatus episcopatu. Quia illam episcopalem potestatem (ut inquiunt) episcopus habet ex sola humana aut ecclesiastica commissione. Et hoc dicunt esse certissimum ex consensu omnium catholicorum doctorum, iuxta illud beatissimi Leonis papæ, in capitulo. Ita dominus. Decima nona distinctione. Ita Dominus huius muneris sacramentum, ad omnium Apostolorum officium pertinere uoluit, ut in beatissimo Petro omnium Ap̃oꝝ sum-

Leo pp primus

mo principaliter collocaret, ut ab ipso quasi à quodam capite, dona sua uelut in corpus omne diffunderet. Hæc ille. Et inde quasi ex certissimo quodam assumpto colligunt Epm qui in hæresim mentalem pertinaciter lapsus est, non esse priuatum Epatu: quia ecclesia non potest actibus atque interioribus pœnam aliquam infligere. Thomas de Vio Caietanus cardinalis in suo illo opusculo de authoritate Papæ & concilij cap. 19. multis, plixisque uerbis hanc facit argumentationem, quam ille tanti facit, ut dicat intellectum suum per illam fuisse uictum ad censendum papam si labatur pertinaciter in hæresim non esse seipso iure diuino priuatum dignitate papali. Sed miror certe quod hō tantus, & qui multo fortioribus argumentis alioqui cedere non soleat, nunc à tam debili argumento cuius multa refellere posset, fateatur se uictum. Crederem ego potius intellectū suum ab effectu magis quàm ab hac argumentatione fuisse deuictū. Nam consequentia illa est mala qua probat papam hæreticum non esse iure diuino priuatū dignitate papali, per hoc quòd Eps hæreticus non est iure diuino priuatus Epatu. Potuit quidem fieri ut Deus de papa hoc statueret, & non de cæteris Epis, præsertim quòd cā tanti discriminis est notissima: quia uidelicet papa plus toti reipublicæ xpianæ nocere poterat, quàm quiuis alius Eps, si uterque illorum eēt hæreticus. Ob quam causam recte potuisset Deus papā hæreticū priuare, alio quouis Epo hæretico non priuato. Neque ob hoc censenda esset papalis dignitas peioris conditionis, imò multo melioris, qm̄ non permitteret secum hæresim sicut dignitas epalis. Deinde assumptum in illa consequentia falsum est, uidelicet quòd Eps hæreticus nō sit iure diuino priuatus dignitate Epali: qm̄ idem de Epo censeo dicendum esse qd' de papa. Vt aūt hoc suum assumptum probet, aliud assumit, quod certum esse putat, & ex omnium sacrorum doctorum snīa procedere dicit Episcopalē uidelicet ptātem aut iurisdictionem esse ex hominis aut ecclesiæ cōmissione, & non à

Deo: sed hoc antecedens ab illo assumptum falsum est, & ipsamet falsitate falsius, & contra omnium doctorꝝ sacrorꝝ sniam, & contra uerba illa Leonis quæ ex distin ctio.19.citat. Qm̄ & si ritus consecrationis Epi sit ab ecclesia statutus, ptās tn̄ Epalis iurisdictionis non ab homine sed à Deo est illis concessa. Omnes.n.sacri doctores docent Epos succedere apostolis, pro qua re plurima potuissem afferre testimonia, quæ prudens omitto, ne prolixitate nimia grauarem lectorem. Siquis tn̄ ea uidere desiderat, reperiet in opere illo quod aduersus omnes hæreses edidi, in titulo, Eps, quo loco multa ꝓ hac re sanctorꝝ doctorꝝ testimonia coaceruaui, & ideo nolui hic repetere, ne actum agerem. Vnum tn̄ ex concilio Florentino hic citare non pͣtermittam, quod illic nescio quo casu fuit à me relictum. Concilium Florētinum certam fidei regulam Armenis describens, cum de sacramē to confirmations disserit, hæc uerba ait. Ordinarius minister est Episcopus. Et cū cæteras unctiones simplex sacerdos ualeat exhibere, hanc non nisi Eps debet conferre: quia de solis aplis legitur (quorꝝ uicem tenent Epi) ꝙ per manus impositionem spm̄ sctm̄ dabant. Hæc concilium Florentinum. Apostoli aūt (ut apertissimum est) à Deo & non ab homine ullo, fuerunt ordini apli & Epi, ut ex multis scripturæ sacræ locis constat. Sicut misit me pater (inquit Chrs) & ego mitto uos. Et Mat.1. & Mar. 3. & Luc.6. Expresse docetur Chrm illis tribuisse apostolatus offm̄. Et hoc ipsum post mortem iterꝝ confirmauit, qn̄ illis præcepit ut euntes in mundum uniuersum ꝑdicarent euangelium omni creaturæ. Deinde potestatē iurisdictionis omnibus apostolis concessit, qn̄ omnibus illis simul iunctis dixit. Quæcunqꝫ alligaueritis super terram, erunt ligata in cœlis, & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cœlis. Nam per illa uerba (ut omnes sacri doctores fatentur) Christus concessit apostolis ptātem excōicandi, quę sine aliqua iurisdictione eē non pōt. Si Xps apostolis dedit ptātem prędicandi Euā

Cō. illū Florēt.

Ioā.20

Mat.18

gelium,& potestatem ligandi & soluendi,& Epi succesſerunt in locum apl'o℞,consequens est ut Epi etiam habeant à Deo & non ab homine has omnes potestates. Nam hac sola,& efficacissima rõne probamus cõtra hęreticos Epm Romanum esse cæteris omnibus Episcopis superiorem,quia Petrus apostolus fuit reliquis Apostolis superior,cuius Romanus Episcopus successor esse cõprobatur. Quo fit,ut necessarium sit Romanum Pontificem eadem authoritate super cęteros Epos pollere,qua Petrus supra reliquos polluit aplos. Eadem igitur consequentia colligere oportet eandem ptãtem,quamuis,r.õ tam latam,ex iure diuino competere Epis quæ fuit apostolis data:quia illi sunt isto℞ successores. Prȩterea Epis iure diuino competit ecclesiæ regimen. Nam Paulus Mileti existens,conuocatis ad se ex Epheso Episcopis, dixit. Attendite uobis & uniuerso gregi,in quo uos spũs sanctus posuit Epos regere ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. Ecce uides Epos ad regimen ecclesiæ datos,non ab homine sed à spiritu sancto. At regere nõ ualet qui nullam habet ptãtem iurisdictionis. Ergo Epi quia à Deo ad regimen ecclesiæ sunt instituti, ab illo etiã hñt iurisdictiones potestatem. Fateor quidem hanc Episcopatuum diuisionem,qua quisque Eps suos habet peculiares subditos,iure humano introductam esse: & merito ad euitandam confusionem, & euitandas etiam dissensiones,quæ facile oriri poterant nisi talis diuisio facta fuisset,quas suas quisq; posset agnoscere oues,& ab alienis abstinere. At quòd Eps ptãtem iurisdictionis habeat, ex solo diuino pendet iure,non humano. Ex iure diuino hanc hẽt ptãtem factus Eps,sed iure humano fit illi hæc potestas determinata circa has aut illas oues sibi commissas,quæ aliqñ est latior aliqñ breuior, penes hoc solum quòd plures aut pauciores subditi illi tribuuntur. Et si contingat ob aliquod crimen Episcopum à papa priuari Episcopatu suo,quod ille ob multa crimina rectè facere posset,tunc Eps erit priuatus subditis,in quos iuris

Act.20

dictionis ptãtem exercere possit, sed non erit priuatus ea iurisdictionis potestate quam in sua consecratione accepit. Quemadmodum diceremus de sacerdote habente beneficium, si priuetur beneficio, qui absoluere non põt, non pp defectum ptãtis, sed quia non habet subditum, supra quem illam exerceat. Accedit ad hęc omnia, quod qñ Epi eliguntur & confirmantur, nulla sit illis ab ecclesia cõmissio iurisdictionis: quod quidem non omisisset ecclesia facere, si hanc ab illa iurisdictionem Episcopos hre putaret. Vert quia pro constante habet eccl'ia Episcopos postquam electi & confirmati fuerint, ex iure diuino hre iurisdictionem super pplm illis cõmissum, ideo nunquam hoc illis committere curauit. Demum, uerba Leonis papæ quæ pro se Caietanus citauit, discutiam⁹: & ex illis patebit clare, btm Leonem nostram confirmare sententiam, tm̃ abest ut Caietano illius uerba fauere possint. Sed ut clarius uerus illorũ uerborũ sensus pateat, capituli illius initium repetere oportet, cuius hæc sunt uerba. Ita dñs noster Iesus Christus humani gñis saluator instituit, ut ueritas quæ antea legis & prophetarũ pręconio continebatur, per ap'licam tubam in salutem uniuersitatis exiret, sicut scriptum est. In omnem terram exiuit sonus eorũ, & in fines orbis terrę uerba eorũ. Sed huius muneris sacrm̃, ita dñs, ad omnium apostolorum offm̃, pertinere uoluit, ut in beatissimo Petro omnium ap'lorũ summo principaliter collocaret, ut ab ipso quasi à quodam capite dona sua uelut in corpus omne diffunderet, ut exortem intelligeret se diuini ministerij eẽ qui ausus fuisset à Petri solididate recedere. Hęc Leo papa. In quibus uerbis id potissimum annotandum est, ꝙ ait dñm uoluisse, ut illa dona ad omnium ap'lorũ officiũ pertinerent. Si ex dñi uoluntate habent, non ergo ex sola Petri commissione. Deinde ait dñm Iesum Christum, & non Petrum, hæc ministerij dona in totum ecclesiæ corpus diffundere: sed ordine quodam, ita ut ab ipso Petro quasi à quodam capite faceret initium. Quod ideo

Ps. 18.

beatus Leo dixit, quia prius Chrs saluator noster hæc dona Petro, & postea alijs apostolis concessit. Nam Petro facta concessio describitur Matt.16.capite: quæ aũt alijs apostolis data est, ab eodem Euangelista refert.18. capit. Ex quo ordine colligere uult beatus Leo aliorum apłorꝝ authoritatem quamus datam à Christo, esse͂ tñ subiectam Petro, & tandiu illos habere authoritatem illam, quandiu uniuntur illi capiti suo, & quandiu illi ecclesiastici ædificij fundamento innituntur, à quo si separentur, sicut non pertinent ad Xp̃i ecclesiam quæ sup illud fundamentum ædificata est, ita eo ipso amittunt omnem quam habebant ecclesiasticam iurisdictionem. Ioãnes de Turre cremata licet in principali huius disputationis capite nobiscum sentiat dicẽs papam effectum hæreticum esse ipso iure diuino priuatum dignitate papali, tñ in hac disputatione præsenti nobis repugnat dicens apostolos non à Chr̃o, sed à Petro esse Ep̃os ordinatos. Pro qua re in lib.2. suæ summæ de ecclesia, ca.32. multos citat ex iure canonico textus, qui nec tantillum suam pñt confirmare sñiam, ideo prolixitatem uitare cupiens illos omittere decreui, præsertim ꝙ res hęc non est hic à nobis primo intẽta, sed obiter oblata. Sed opus est iam ut alias partes illius primæ & pręcipuæ argumentationis à Caietano factę, discutiamus & examinemus qd ueritatis illæ contineant. Dicit eum qui hæresim mente concepit & illi pertinaciter adhæsit, quam nullo actu exteriori manifestauit, esse uerum hæreticum. Hoc illi negare contendit Albertus Pighius lib.6. Ecclesiasticæ Hierarchiæ cap.16. Iniuste tñ id facit qm̃ & si hęresis ab electione uoluntatis (ut ille dicit) procedat, non est ideo necessario consequens ut exterior oris prolatio requirat ad perfectum hæreticum efficiendum. Nam in alijs peccatis quæ magis à uoluntate pendent q̃ hæresis, quæ in intellectu collocatur, sola uoluntatis electio sine ulla exteriori operatione sufficit ad perfectam peccati rõnem efficiendã. Quo fit, ut idem prius de hæresi & hæretico

ſit neceſſario dicendum:qa non cõſtat ꝙ hoc potius ad hæreſim quàm ad alia pctã requiratur. Propter quod il li qui dñt papam ſi in hæreſim labat̃,eſſe iure diuino priuatũ dignitate papali,hoc idem dicendũ putant, ſi i hęreſim mentalē labatur,quia illum non minus hr̃ticum eſſe putant quàm aliũ. Nec ideo nos dubios futuros eſſe dñt & incertos circa ea quæ à Papa fiunt,qm̃ & ſi illius fides interior non ſit nobis nota, tñ quandiu illius infidelitas nobis non patet,ſemp illum tenemur reputare ſidelem. Quia(ut ait rl̃a iuris)quilibet pręſumendus eſt bonus do nec probetur cõtrarium. Negant ẽt confuſionem totius eccleſiæ inde gigni turbando totum ordinem eccl̃iaſticum, reputando Ep̃os aut presbyteros qui non eſſent: qm̃ Deus qui eccleſiæ uelut ſponſæ ſuæ curam habet,illi prouideret de remedio. Sicut ſi aliquis non baptizat⁹ ordinaretur presbyter,ſicut aliqñ contigiſſe conſtat ex titulo,qui de hac re inſcribitur in decretalibus, & ille poſtea efficeretur Ep̃s, & tandem papa, & multos conſecraret Ep̃os, & ordinaret ſacerdotes,tũc ille ſicut non eſſet ſacerdos,ita nec Ep̃s,nec papa,quamuis ut talis reputaretur.Quo euentu neceſſaria eſſet confuſio ordinũ eccl̃iaſticoꝝ.Credendũ tñ eſt(ut btũs Thomas in.4.ſen. d.24.docet)Deum tunc ſubuenturũ eccl̃iæ, daturumq́; illi conueniens remedium. Sicut olim quando mulier ſexum mentita maſculinum,in papam electa & pro tali p aliquot annos reputata eſt. Ita etiam nihil obſtare putant,ut papa in hęreſim mētalem lapſus,ſit dignitate papali priuatus,quamuis oporteret illum tunc uelut papã uenerari. Quoniam ne eccleſia in huiuſmodi Labirynthos incideret, Deus illi de remedio prouideret. Ita reſpondet Turrecremata libro 4.ſuę ſummę: parte.2.capite 20 Poſſet tamen dici, & forte melius fatendo illum, qui in hæreſim mentalem lapſus eſt, eſſe hæreticum, ſed non talem, ut propterea iure diuino ſit eo ipſo priuatus dignitate papali. Dicetur enim fidem interiorem non eſſe neceſſario requiſitam ad dignitatem papa

lem, sed satis esse exteriorem fidei confessionem: quam qui habuerit, quamuis fide interiori careat, poterit dignitatem Pontificiam quam habebat conseruare. Et huic sniæ fauere vr̄ Glossa super illa uerba, super hanc petrā ædificabo ecclesiam meam, quæ illam uocem, petram, exponit non per fidem, sed per fidei confessionem. Quibus uerbis innuete vr̄ pontificiam Petri & successorum eius dignitatem, super solam fidei confessionem fundatam esse. Etsi res ita se habet, oportebit necessario dicere, solum hereticum exteriorem siue manifestum esse ex iure diuino priuatum pontificia dignitate, & non hæreticum occultum qui intra cordis sui latebras hæresim suam recludit. Et huius discriminis posset dari causa: qa hanc pontificiam dignitatem, nō ad ipsoꝝ pontificum honorem, sed ad plebis utilitatem Deus instituit. Et inde euenire necesse est ut quanto quisque magis reipub. Christianæ nocere potest, tāto magis sit ille censendus indignus: & eo magis econtrario sit tolerādus, quo minus poterit ecclesiæ incōmodare. Cum igitur ille qui hęresim in corde suo retinet, & nullo exteriori signo manifestauit, nihil per illam solā possit ecclesiæ nocere, Deus illum sua dignitate nō priuat. Illum uero qui publice suā hæresim loquitur, quia per illam multum catholicæ ecclesiæ nocere posset, Deus uoluit ut eo ipso esset sua dignitate priuatus, ne sermo illius, qui, teste Paulo ut cancer serpit, à dignitate robur accipiens potentius grassaretur. Sed pergamus adhuc ultra, & aliam partem illius argumentationis à Caietano factæ examinemus. Dicit enim ꝙ pp actum pure interiorem animæ, nunquam homo potest humanæ iurisdictioni subesse: quia Deus solus est qui intuetur cor, homines autem ea sola quæ foris patent, atꝙ ideo de solis illis iudicare illi pn̄t, & per consequens illa sola punire. Hanc propositionem assumptam etiam illi negat Albertus Pighius, qui cum Adriano docet & pro constanti tenet actus animæ interiores subesse iudicio humano. Ego tn̄ Alberti aut Adriani opi

2.Ti.2.

nionem amplecti nolo,sed hoc mihi cum Caietano conuenit, ut supra cum de excōicatione differerem, aperte expressi. Ex his igitur omnibus partibus iam examinatis & plene discussis, pessimam concinnauit Caietanus argumentationem. Nam etsi omnes illas propositiones,quaꝝ aliquas negauimus, illi gratis donemus, solū ex eis colligere licet, cæteros Ep̄os ꝑꝑ solam mentalem hæresim,non esse eo ipso priuatos iurisdictionis ptāte. Sed inde non sequitur Romanum Pontificem etiam nō esse eo ipso priuatum sua dignitate papali. Nam de cæteris Ep̄is, etiam si omnia in argumentatione assumpta darentur,nihil probatum esset,nisi ꝙ illi ex iure humano ob solam hæresim mentalem non sunt priuati dignitate sua. Vt autem inde colligere ualeret,Romanum Pontificem etiam ꝑꝑ solam hæresim mentalem non esse priuatum ptāte papali,oporteret probare, Romanum pōtificem etiam hr̄e suam ptātem ex cōmissione humana & non à Deo. Tunc.n.bene colligeretur ut idem de illo esset censendum quod de aliјs, quia illius actus interior etiam non subјceretur iudicio humano, à quo ptātem acceperat. Aut oporteret addere in argumentatione Romanum Pontificem non esse subiectum iudicio diuino scd̄m actus interiores,quemadmodum aliј Ep̄i nō subduntur iudicio humano penes eosdem. Tunc etiam collectio illa esset bona. Quia sicut cæteri Ep̄i per solam hæresim mentalem iure humano non priuantur iurisdictionis ptāte, eo ꝙ per illam non subduntur iuri humano:ita etiam oporteret Romanum pontificem per solā hæresim mentalem non esse iure diuino priuatum ptāte papali,si ille per talem hæresim non esset subiectus iudicio diuino. Alioqui si hæc duo subtrahantur ex illa argumentatione,sicut necessario sunt subtrahenda: q̄m fide credere tenemur Romani pontificis ptātem esse nō ab hominibus,sed à Deo, & illum per actus interiores diuino iudicio subditum esse,argumentatio illa nullius prorsus erit roboris aut momenti. Nam ex hoc ꝙ cæteri Ep̄i

ob solam hæresim mentalem non sunt priuati ex iure humano cui subesse non pñt, inferre q Romanus Pontifex ob solam etiam hæresim mentalem non sit priuatus ex iure diuino, cui est uere subiectus, tã mala est collectio, ut nemo sit qui non intelligat. Tam exactam feci de Caietani argumentatione examinationem, ut planè ostenderem quam debilis fuerit argumentatio, à qua intellectum suum deuictum fuisse fatetur. Hac igitur argumentatione, quam aduersatij præ omnibus æstimant, prorsus eneruata, reliquas qm̃ debiliores sunt facile prosternemus. Secundo sic argumentãtur, Rex aut Imperator si fiat hæreticus non est eo ipso ex iure diuino priuatus regno aut Imperio: quia constat multos in lege ueteri fuisse Reges idololatras & multos etiam fidelibus imperasse Reges infideles, de quib⁹ ipsemet Deus ait. Ipsi regnauerunt et non ex me. Et iterꝝ, dabo tibi Regem in furore meo. ergo eodẽ modo papa aut quiuis alius Eps̃, quamuis hæreticus fiat, poterit fidelibus catholicis p̃esse. Rñdeo, non esse eandem omnium illoꝝ rationem, necꝙ Imperatores aut Reges aut alios dños seculares esse eadem lege qua prælati ecclesiastici, regendos. Qm̃ tpale dñium aut sclaris ptãs non habet pro fundamẽto suo cui innititur, fidem: & ob hanc cãm ẽt si fides desit, pñt illoꝝ dñia et ptãtes subsistere, siue fidelibus siue infidelibus dñentur. Nihil.n.obstat, ut infidelis homo in rebus pure sclaribus possit fidelibus pręesse & illis dñari. Et idem dicẽdum puto de sacerdotio ueteris legis, qđ licet circa spiritualia uersaretur, quia tñ non erat illi data fides pro fundamento, illa seclusa consistere illud ualebat, ita ut quamuis hæreticus fieret, non esse eo ipso sacerdotio priuatus. At longe aliter se habet ptãs ecclesiastica in lege Euangelica. Qm̃ hæc fundata est super firmam petram, hoc est, catholicam fidem, Hac igitur euersa, necesse est, ut tota ecclesiastica ptãs, q̃ illi innitebat̃, corruat. Quo fit, ut, licet in tpalibus & corporalib⁹ infidelis fidelibus pręesse possit & dñari, in spiritualibus ta

Osee. 8.13.

men infidelis supra fidelem nullã potest hr̃e iurisdictionis ptãtem. Tertio contra nos argumentantur ex facto Marcellini, qui in horribili illa sub Diocletiano feruente persecutione, carnificum uiolentia ad impia sacrificia pertractatus succubuit, & Thura idolis adoleuit, aris q́; iniecit: nec tñ ob hoc à papatu deiectus est sed ĩ eo usq; ad mortem perseuerauerit. Huic argumẽtationi facillime r̃ndetur, negando Marcellinum papam fuisse hereticum, quia licet in confessione fidei aduersus parata & iam intentata tormenta satis constans non fuit, tñ fidem quam mente tenebat, non amisit. At opus exterius (ut supra capit.1. huius operis diximus) non est hæresis. sed solus mentis assensus uel dissensus, q̃uis ex ipso opere uehemens aliq̃n oriatur hæresis suspicio, ut ita illum mente credidisse merito putetur, sicut suum opus exterius demonstrat. Ver℞ hæ suspiciones hominum sunt, q de occultis certam non p̃nt dicere sñiam. Quod uero Marcellinus ueram non amiserit fidem, satis aperte cõuincitur per id quod hr̃ in capite. Nunc autem, dist.21. Ibi.n. dr̃, ꝙ compulsus à paganis grana thuris super prunas imposuit. Si compulsus, ergo non ex libera hoc fecit uoluntate, sed ut tormenta uitaret. Tormenta autem satis uitabat per solum opus exterius, sine errore intellectus: quia gentiles quibus solis tunc placere curauit, nõ interiorem mentis fidem, sed opus exterius cernere poterant. Deinde, etsi gratis daremus illum tunc perdidisse fidem, non tñ ideo censendus est hæreticus: qm̃ defuit illi pertinacia, quæ summe necessaria est, ut quis merito dicatur hæreticus, ut hr̃ ex cap. Dixit apl's.24.q.3. Marcellinus siquidem ad cor reuersus, & sui delicti acerbissime pœnitens, in publico Ep̃or℞ concilio suam inconstantiam confessus est, & libens iudicio se subdidit sacerdotum qui humilem illius aspicientes confessionem, nullam in illum ausi sunt dicere sñiam. Quarto loco contra nr̃am sñiam argumentantur aduersarij, per illud qđ dr̃ in cap. Cum ex iniuncto, de hæreticis, ad quem per-

tinet institutio alicuius, ad eundẽ spectat destitutio eiusdem. Ex quibus uerbis colligére uolũt Papam, si fiat hæreticus, esse ab hominibus deponendum, & non esse ex iure diuino depositum: quia cum ab hominibus eligatꝰ, oportet ut etiam ab illis deponatur. Hoc argm̃ est tam debile, ut indignum sit cui debeat dari ulla r̃ñsio. Nam r̃am illam, quæ ad coercendos temerarios hominũ ausus à iure statuta est, ad diuinam potentiam accõmodare uolunt, tanquam si illa aliquid quod non liceret, intentaret, & ob id certis limitibus ab humano iudicio statutis, esset cohibenda. Quis quæso homo catholicus est, q̃ hanc non irrideat consequentiam: Papa eligitur ab homine, ergo non potest deponi à Deo. Et multo magis ridendus erit qui illam probare pergat per illam r̃am iuris, ad quem pertinet institutio, pertinet destitutio. Deinde, etsi gratis illis demus r̃am esse ubiq; ueram, non tñ eo sensu quo ab illis accipitur. Nam r̃a illa (ut ex decursu illius Capituli facile constare potest) in hunc sensum data est, ꝙ nullus inferior potest destituere illum q̃ à superiore institutus est: & inde argumentatur Papa ꝙ presbyter si malus fuerit, non est à plebe quæ supra illũ nihil penitus habet ptãtis, sed ab Ep̃o qui illum instituit deponendus. Et ita concederem ego papam, qui à cardinalibus electus est, non posse ab alia ptãte ipsis Cardinalibus inferiore, deponi. Sed nunquid ex illa r̃a colligere licet, ut institutus ab aliquo non possit à superiore destitui: Minime. Nam sacerdos ab Ep̃o ad curam animarꝫ institutus, potest per papam ab eadem cura deponi: imò etiam ab Archiep̃o Metropolitano, si causa ꝑ quam merito deponendus est, sit ad Archiep̃m deuoluta. Cum igitur r̃a illa concedat institutori alicuius, ptãtem deponendi illum, eo ipso eandem ptãtem concessisse uĩ cuicunq; hñti plenam super institutorem ptãtem. Et inde sequitur (uolo quidem iuxta præfatam r̃am loqui) ut Deus qui Cardinalibus & tota ecclesia superior est, possit uoluntate sua & iure à se edito destituere pa-

pam qui à Cardinalib⁹ fuerit electus. Destituit autem ille hæreticum à papatu, qñ firmissimo decreto statuit ecclesiam suam fundari supra fidem, aut supra apertam fidei confessionem. Quinto argumentãtur aduersarij cõtra nos, per hoc ꝙ Epi in hæresim pertinaciter lapsi, si ad fidem redeunt, ad suas restituuntur dignitates: signum est ergo ꝙ nõ fuerant illis priuati, alioqui oporteret nouam facere electionem. Antecedens probant per cap. Maximum. 1. quæst. 7. Et inde arguunt ut idem de papa hæretico dicendum sit, quia si ille ad fidem rediret, non reeligeretur, sed in pristina dignitate conseruaretur. Et hanc etiam argumentationem magni æstimet Caietanus, quæ tñ (ut uerum loquar) nihil me mouet. Fateor quidem hæreticos Epos qñ ad ecclesiæ unitatẽ redeũt, solere recipi ad sedes suas: ꝗꝗ hoc male probat Caietanus per illud cap. Maximum. 1. q. 7. Qm̃ Maximus ille, de quo ibi est sermo, postq̃ ab hæresi Donati starꝫ ad ecclesiam redierat, ordinatus fuit Eps: in quo gradu exñs non fuit lapsus in hæresim. Sed quia male, & contra ecclesiasticos canones, ex laico sine ullo tpis interuallo in minoribus ordinibus seruato, ordinatus fuerat Eps: iõ dubium erat, an in Epali dignitate manere deberet. Cui qõni papa Leo rñdet, ꝙ licet reprehensibiliter ordinatus, ab Epali tñ dignitate non repellatur, dũmodo libellum ad papam mittat, quo catholicum se esse testetur. Itaqꝫ cap. illud nullo pacto nr̃o seruit proposito. Quod facile constare poterit legenti epl̃am Leonis 85. ex cui⁹ cap. 3. sumptum est illud cap. Maximum & cap. Donatum. Multum certe interest, an ipsas origines legas, an centones illarꝫ male dilaceratos. Hoc quod Caietanus probare uult, multo melius probasset per cap. conuenientibus. 1. q. 7. quod ex actis septimæ synodi, quæ fuit secunda Nicæna, sumptum est. Illic. n. decretum est, ut Epi, qui à fide catholica defecerant, resipiscentes in suis sedibus tunc reciperentur. Sed hoc non ex necessitate iuris: sed ex q̃dã misericordiæ dispensatione, factũ est, ut

apertissime

apertissime constat per cap. si quis hæreticæ. 1. q. 1. Nam & si epi hæretici sint iure diuino sua epali dignitate priuati, ecclia tñ ex rõnabili cã dispensat aliqñ, ut reuersis ad fidem dignitates pristinæ restituanẽ. Et talis restitutio ꝓ noua electione, aut noua ꝓuisione hñda est. Nec mirari quisq̃ de hoc debet: qm̃ idem in alijs multis necessario dicendum est. Clericus.n. homicida eo ipso, ꝙ cõmisit homicidium, incurrit irregularitatem, & est priuatus bñficio, quod habebat, si tñ ex quadam misericordia per papam cũ illo dispenseẽ, et bñficium illi restituatur, talis restitutio ꝓ noua collatione æstimãda est. Sexto nobis obijciunt. c. audiuimus. 24. q. 1. ubi de epo hæc dñr. Si autem in corde nouam hæresim cõfinxit, ex quo talia prædicare cœpit, neminẽ damnare potuit. Ex quibus uerbis inferre uolunt, ꝙ ante q̃ eps hæreticus prędicet, aut doceat, excõicare, & damnare põt, & inde euidentissime colligitur, ut nõ eo ipso quo factus est hæreticus, sit sua dignitate priuatus. Hic argumẽtandi modus est debilissimus: quia ꝑ hoc, ꝙ unum negaẽ, non est necessarium, ut dicamus aliud concedi. Deinde uerba illa mõ citata nõ sunt Alexãdri secũdi, cuius est illius. c. initium. Nam ab illo loco: Sin aũt ex corde suo &c. uerba sunt Gratiani, & inde exordiẽ secundam partem illius q̃stionis. Authoritas Gratiani nõ est tãti põderis, ut me premere ualeat, & à sñia mea discedere me cogat: præsertim cũ tam multa ille alibi doceat, in q̃bus est ille ab oĩbus necessario deserendus. Si tñ præfata Gratiani uerba gratis recipere uolumus, superiori illi sñiæ fauere poterunt, qua probabiliter diximus mentalem hæreticum non esse iure diuino depositũ: quia (ut in rñsione primæ argumẽtationis ꝓbabile esse diximus) fundamẽtum super quod ecclesiastica ptãs fundaẽ, non est sola fides interior: sed exterior fidei confessio. Sed quia ꝑ hoc oporteret dicere, illum, qui exteriori fidei cõfessione caret, eẽ ipso iure priuatum, quod nos aperte negauimus cũ de facto Marcellini papæ disseruimus. Ideo melior mihi ui

detur sñia,mentalem hæreticum esse etiam ipso iure pri uatum. Si cui tñ magis probetur alia sñia,dicere poterit Marcellinum quãuis fidem mẽte retinuerit,pp exteriorem infidelitatem eo ipso fuisse ex iure diuino sua dignitate priuatum: cum tñ a' toto concilio, corã quo suam culpam cõfessus est,toleratus fuit,eo ipso tacitis suffragijs fuit iterũ in Pontificẽ summum electus. Hæc sunt omnia,quæ ab aduersarijs contra præfatam nostrã opinionem obijci solent: sunt tñ quædã alia p me excogitata,quę paulo magis urgere mihi uĩr: quibus rñdere etiã decreui,ut inde nostrę sñiæ ueritas clarius oĩbus innotescat. Prima,quæ mihi se offert argumentatio, oritur ab æstimatione duarũ potestatum ordinis, & iurisdictionis inter se cõparatarũ. Multo.n.præstantior, atque nobilior est ptãs ordinis,q̃ potestas iurisdictionis: sed potestas ordinis nõ habet fidẽ pro fundamento, nec illam exigit ad sui consistentiã: ergo potestas iurisdictionis, quæ minor est,non habet ẽt fidem pro fundamento,neque illã ad sui consistentiã necessario requirit. Et ide euidenter colligitur illã per hæresim minime perdi. Ex quo aperte sequitur nec papam,nec epm, eo ipso, q̃ factus sit hæreticus,suam amittere dignitatẽ. Consequẽtia huius argumẽtatiouis uidet̃ nota per locũ a' maiori ad minus negatiue. Minor ẽt est manifesta ex his, q̃ supra diximus.c.21.huius lib.q̃a potestas ordinis non fundat̃: nisi in charactere sacerdotali, & inde deducit̃, q̃ sacerdos etiam si fiat hæreticus,nũquam põt illam amittere. Maiorem istius argumẽtationis, quæ forte alicui magis neganda uidebitur,probo quia ptãs ordinis est supra corpus xp̃i uerum,ptãs aũt iurisdictionis non est nisi supra corpus xp̃i mysticum. Prẹterea ptãs ordinis: quia tanta est non nisi a' Deo dari põt,cum tñ potestas iurisdictionis sępe ex hoĩum pendeat uolũtate. Et hinc alia oritur excellentia in ptãte ordinis supra ptãtem iurisdictionis: quia ptãs ordinis est indelebilis, & minime amissibilis, ptãs uero iurisdictionis sępe deperdit̃. Accedit ad hæc,q̃

siquis non sacerdos habeat bñficium, cui est annexa aĩa rum cura, eo ipso habet ptãtem iurisdictionis, qua tñ nõ obstante, ille dignitate minor cẽsendus est, q̃ quis alius sacerdos curã animarũ non hñs. Quod nõ aliũd eueni-re põt: nisi quia ordinis ptãs præstantior est, q̃ iurisdi-ctionis. Rñdeo fatendo ptãtem ordinis absolute nobi-liorem, & digniorem esse ptãte iurisdictionis: qa circa multo pstantius obiectũ uersat̃, q̃ illa: quia (ut recte di ctum est in argumẽtatione) hæc circa corpus xpi uerũ: il la uero circa solum corpus xpi mysticum uersatur. Si tñ duæ illæ ptãtes ad ppl̃m, pp quem solũ a Deo institutę sunt, referantur multo maior cognoscet̃ esse ptãs iurisdi ctionis, q̃ ordinis: quia p illam multis de causis magis prouidetur pplo, q̃ per aliam. Nã per illam docet̃ ppl̃s in fide, & moribus. Ab illa, qui ignorãs est doctrinã pe-tere debet: prout dñs per Malachiam pphetã testatur, sic inquiens: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem reqrent de ore eius: quia angelus dñi exercituum est. Per ptãtem iurisdictionis cõseruatur pax in pplo, iu-stitia retinetur, suũ cuiq; ius datur, uitia coercent̃, mali ppl̃i mores corrigunt̃: quidquid deniq; boni in ecclesia stica rep. est sine hac ptãte facile laberet̃, & si quid mali est, sine illa facilius augeret̃. Nihil horũ ad ordinis ptãtẽ spectat. Quo fit, ut per ptãtem iurisdictionis magis pro-desse possit, qui illam hẽt, si sit bonus: & magis obesse si sit malus. Ob hanc igit̃ cãm xps saluator nr̃ ptãtem iu-risdictionis statuit supra fundamentũ fidei, ne fide care-ret, cui ex offõ incumbere debet, alios fidẽ docere, & er rantes ad fidem reuocare. Ptãtem uero ordinis: quia nul la illi ex necessitate iniungit̃ ppl̃i doctrina, aut disciplina, noluit idẽ Saluator nr̃ supra fidem fundare, neq; fidẽ ad illius cõsistentiam exigere. Quia quod p istã faciendum est, et fide seclusa, citra ullũ aliorũ incõmodum fieri põt. Secũda argumẽtatio, q̃ mihi (ut ingenue loquar) nõ par uum fecisset negotiũ, est, quia hæreticus & si per hr̃sim perdat fidem, non tñ eo ipso est prorsus ab ecclĩa sepa-

Mal. 2.

tus: sed adhuc est ps illius corpis, & mēbrum eius: ergo adhuc stante hęresi poterit in se dignitatē papalē cōseruare. Quia cum non sit eo ipso ab ecclīa p̄cisus, uidetur, ꝗ non sit et eo ipso ptāte iurisdictionis priuatus, siue epā lis illa sit, siue papalis. Quod aūt hæreticus nō sit eo ipso prorsus ab ecclīa precisus: sed sit adhuc ps, & membrū illius, inde aptissime cōuincitur, ꝗ adhuc subest iudicio ecclīæ: quia ab illa punit̄, & uarijs ab illa affligit̄ pœnis. Hoc aūt ecclesia nō faceret: nisi intelligeret hæreticum esse intra illius gremiū, esseq; aliquā illius q̄uis putridā partem. Nā Paulus ait: Quid mihi de his, q̄ foris sunt iudicare? Et iterꝫ alibi: Tu qs es, qui iudicas seruū alienū?

1.cor.5

Rom.2

Fateor qdem, & (meo qdem iudicio) negari nō pōt hæreticum esse partē ecclesiæ, & mēbrum illius, & nō esse oīno ab illa separatū: qa & si fidē non habeat, hēt tn̄ characterem baptismalem p quē primo factus est mēbrum ecclesiæ, quo durāte semp erit mēbrum illius, ut hr̄ in.c. ueniens. De presbytero nō baptizato. Sed licet sit mēbrum ecclesiæ, non tn̄ potest esse caput: qa cū caput sit principalius totius corpis mēbrum, multo plura ad caput, q̄ ad cætera mēbra reqruntur. Papa igitur si hæreticus fiat, iam non (ut añ) caput erit: sed pes, aut si quod ē aliud inferius, aut uilius membrū. Cæterꝫ de punitione, qua ecclesia hæreticum punit, paululū discernere oportet, & cām illius inuestigare. Et certe oportet fateri hæreticum intra ecclesiam esse, ne dicamus illā de his, qui foris sunt, iudicare. Nec tn̄ ob id solum illam hęreticos punire, dicendum est: quia illi characterē baptismalem retinent. Nam hac rōne oporteret dicere hæreticū nō posse, uita durante, esse extra iudicium ecclesiæ. Cum semp habeat in se characterem baptismalem. Quo cōcesso, necessario etiam fatendum erit, ut postq̄ ecclesia hominē hęreticum tradidit seculari ptāti ab illa puniēdum, si potestas secularis illum punire nolit, & illum liberꝫ dimittat, ecclesia nihilominus adhuc illū hæreticū punire possit, & idem esse dicēdum de p̄sbytero degradato. Hoc

tamen nõ est dicendum:qa ecclesia p talem hæretici tra ditionem,& p degradationem,uidet iuri suo renũciare, ut ex uerbis ipsius degradationis colligi põt, quæ hñr, in capite,Degradatio.de pœnis.lib.6. Vt autem cãm huius punitiõis ego aperte explicẽ,admoneo lectorem, ut consideret, quod cum aliqs baptizat tunc intrat ecclesiam,sicut nouus aliquis colonus,qui recipitur in ciuitate. Qñ aũt aliquis sic in aliqua republica admittitur, ex ipsa natura receptionis initur quidam contractus inter ipm colonum admissum, & rempublicam, ita ut colonus obligetur seruare leges,& statuta reipublicæ, illi obedire,illi periclitanti subuenire, illius iudicio stare, & respublica tenetur illum in ea illæsum seruare, & à calumniatoribus protegere.Vt aũt hic contractus rescindatur,non satis est alterius illorum uoluntas: sed utraque requiritur: quia licet quilibet possit iuri suo renũciare, nõ tñ iuri alterius,præsertim iuri iam acquisito. Si tñ respu. & colonus concordi uoluntate postea conuenirent,posset colonus intra ciuitatem manere sine aliqua mutua inter illos obligatione,ita ut nec colonus obligaretur reipub.nec respu.colono.Inter baptizatum,& ecclesiam, à die baptismi est initus talis contractus: quia baptizatus ab illo die tenetur mores,leges, & statuta ecclẽiæ seruare,illi obedire,illius si deliquerit subire iudicium:& ecclesia tenetur illum docere,sacris pascere, illum pro sua potentia protegere.Hæreticus se ab ecclesiæ unione segregans, licet hoc ipso uisus sit iuri suo renunciare: non tñ põt ecclesiam,cui in baptismo se subdidit,iure suo priuare. Et ob hãc causam illũ punire põt:quia obtinet ius quod super illum per illius baptismum suscepit. Cum ecclesia aliquem degradat,aut hẹreticum ptãti seculari tradit,tunc iuri suo renunciat.Quo fit, ut si ptãs secularis illum non puniret,ecclesia iam illum amplius punire non possit, quamuis sit intra ecclesiam & mẽbrum illius rõne baptismalis characteris.Et si ille auxilium ecclẽię post hoc imploraret,ecclesia hoc illi dare non teneretur:quia

ille suo iuri renunciauit, et quis non renunciasset, potest ecclesia illum propter peccatum suo iure priuare.

An testis qui nouit aliquem esse in haeresim lapsum teneatur, quam uis non sit requisitus, illum iudici manifestare, etiam ante fraternam illius correptionem. Cap. XXV.

De pœnis, quæ contra hæreticos iure canonico, & ciuili decretæ sunt, per multa ca. hucusq; disseruimus. Sed quia illarum aliquas iudex licet id anxie optet, non potest hæretico infligere, propterea, quod illũ esse hæreticum nescit: ideo opus est, ut testis, qui hæretici crimẽ nouit, illud iudici prodat, ut ille de crimine certior factus, possit malũ de medio tollere. & sic totã rempu. seruare illęsam. Alioqui pctm̃ semper maneret impunitũ: nisi esset testis, qui illud iudici reuelaret. Nam licet iudex per seipsum optime sciat alterius delictũ, ut puta, quia ipso uidente ille cõmisit, non põt tñ iuste illum punire: nisi testis adsit, cuius testimonio illius pctm̃ constare possit. Qm̃ iudex ipse non põt duarum diuersarum personarum offõ fungi, ita ut simul sit iudex, et testis. Verum licet iudex pctm̃, quod solus uidit, punire nõ possit, põt tñ inquirere an alius forte hoc idem sciat, quod ipse uidit: ut si alios esse, qui illud optime sciant inuenerit, tunc illorum testimonio adiutus poterit illum punire. Sunt igitur ad iustitiæ executionem testes necessarij. Nam de ordine iudicij Deus loquens ait: Non stabit testis unus contra aliquem quidquid illud pcti, & facinoris fuerit: sed in ore duorum, aut triũ testium stabit omne uerbum. Quã legem Saluator nr̃ apud Ioã. approbasse vr̃. Ex quibus uerbis aperte colligĩ uerbum illud firmum in iudicio stare non posse, quod & si uerissimum sit: duorum tñ testimonio caret. Cum igitur testes ad iudicium recte ferendum sint non minus necessarij, q̃ iudices: sequitur inde testes pari necessitate teneri ad testimoniũ prębendum, ut iudices ad iudicium ferendum. peccaret quidem iudex, si requisitus in aliqua cã iudicium, & iustitiã facere contẽneret, & peccaret ẽt testis qui reqsitus, aut à iudice, aut à quouis alio, cui suo testi-

Deu. 19

Ioan. 8

monio ꝓdesse posset, testimoniũ dicere recusaret: prę ſer tim de re minime occulta, & quam non ille solus nouit. Nec solũ peccat: sed si sua taciturnitate proximo nocet, tenet̃ ad recompensationem, dãni, qđ suo silentio intulit, ꝓximo faciendã. Nam eum, qui per taciturnitatẽ latronem occultat, Salomõ in Prouerbijs reũ furti esse censet, sic inquiens, Qui cũ fure participat, odit aĩam suam, adiurantẽ, audit, & nõ indicat. Quæ uerba interpretans btũs Hier. in cõmentarijs super prouerbia ait: Nõ fur solũ: sed ille reus furti tenetur, q furti conscius q̃rente possessore nõ indicat. Hæc ille. Sed dubiũ est an testis non requisitus ab aliquo teneatur pctm̃ alterius, quod nouit, iudici reuelare, aut testificãdo, aut denũciãdo? De hac re nõ p̃t certa aliqua, & vñis dari sñia: sed consyderanda prius est criminis qualitas. Nã si crimen tale est, ꝙ reip. facile nocere põt, tenetur illud uel per se, uel per aliũ iudici reuelare, siue illud publice nouerit, siue ĩ secreto fuerit illi cõmissum. Bonum. n. cõe prę ferendũ est bono particulari, & inde euenit, ut potius quisq; ꝓspicere debeat ppl̃i incolumitati, q̃ unius hominis famæ. Et de hmõi crimine intelligendum est id, quod Aug. ait: Qui ueritatem occultat, & qui prodit mendaciũ, uterque reus est: ille qa prodesse non uult, iste quia nocere desyderat. Hæc ille. Et hanc meam sñiam confirmo testimonio btĩ Tho. qui in Scda Scdæ. q. 70. art. 1. in rñsione ad scdm principale atq; sic ait: Circa ea, quæ aliter quàm per confessionem homini sub secreto cõmittuntur, distinguendũ est. Qñq; . n. sunt talia, quòd statim cum ad notitiã uenerint, hõ ea manifestare tenetur, puta, si pertinent ad corruptionem multitudinis spũalem, uel corporalem, uel in graue damnum alicuius personę, uel siqđ aliud est hmõi, quod quis propalare tenetur, uel testificãdo, uel denunciãdo, et cõtra hoc debitum obligari non põt per secreti cõmissum. Hæc sanctus Tho. Alia aũt crimina, quæ nec multitudini nocent, nec graue incõmodum particulari pſonę inferunt, non tenetur aliquis reuelare præsertim si illa in se-

Pro. 29

Hiero.

Augu.

S. Tho.

cretò fuerant illi cõmissa. Ex his oĩbus apertissime colligitur eum, qui nouit aliquem esse hæreticũ, teneri ad reuelandum illius crimen iudici competenti, etiam si de hoc non sit specialiter requisitus, & quamuis in secretò fuerit sibi alterius hæresis reuelata. Nam hæresis pestilẽtissimum est uenenum, quod cito, & facile maximam quanque põt inficere multitudinem. Propter hanc enim causam Paulus de hęreticis loquens dixit: Sermo illorꝝ, ut cancer serpit. Põt etiam ad huius sniæ confirmationẽ non incongrue adduci id quod Dñs olim de homine seductore, & ad idololatriam persuadente fieri præcepit sic inquiens: Si tibi uoluerit persuadere frater tuus filius matris tuæ, aut filius tuus, uel filia, siue uxor, quæ est in sinu tuo, aut amicus, quem diligis ut aĩam tuam, clam dicens: Eamus, & seruiamus dijs alienis, quos ignoras tu, & p̃res tui cunctarꝝ in circuitu gentium, quæ iuxta, uel procul sunt ab initio usque ad finem terræ, non acquiescas ei, neque audias, neq; parcat ei oculus tuus, ut misearis, & occultes eum. In quibus uerbis id maxime annotandum est, ꝙ & si talia seductionis uerba clam, & secretò dicerentur à seductore, Dñs tñ præcepit nõ esse illi seruandum secretũ: sed illius crimen esse reuelandũ, ut postea à ppl̃o lapidibus obrueretur. Cum igitur tanta necessitate, & obligatione constringatur testis ad reuelandum hæreticum, quamuis in secreto sibi notum: si illum quis magis silentio suo tegere, quàm reuelare uoluerit, præsertim si de testimonio dicẽdo fuerat, aut per singulare mandatum, aut per gñale edictum requisitus, merito erit ob hoc solũ de hæresi adeo suspectus, ut iure illi possit canonica purgatio indici, in qua & si bñ se gerat, punietur quidem, non ut hæreticus: sed ut negligens in reuelando id, quod reuelare tenebatur. Si uero in purgatione defecerit: ego censerem illum tanquam hæreticum puniendum, queãdmodum si ob aliquam aliã cãm fuisset uiolenta suspitione de hæresi notatus, & in purgatione illi à iudice, & iure indicta defecisse. Nam si is, qui

2.Ti.2.

Deu.13

latronem filētio occultat cēsetur furti reus, multo iustius est, ut q hæreticum silentio tegit, censeatur de hæresi uiolenter suspectus. Error.n.(ut beatus Leo papa ait) cui nō contradicitur, approbatur. Et btūs Paulus ait non solū eos dignos eē morte, q malum faciunt: sed q facientibus consentiūt. Quem locū Glossa, q̃ dr̃ ordinaria, interpretans dicit. Consentire est tacere, cum possis arguere. Et super illa uerba Leuit. 20. Succidam oēs qui consenserant ei, ut fornicaretur, ait Glossa. Cōsentientes, qui pñt accusare, arguere, uel monere, & non faciunt, non effugiunt iudicium. Hæc Glos. Vna tñ nō parui momenti qō de hac re superest discutienda, quæ talis est. An testis, q nouit aliquem hæreticum teneatur illum fraterna, & secreta correptione admonere, anteq̃ illius crimen iudici manifestet. Aliqua.n. sunt, quæ urgere uidentur, ut dicamus testem sub præcepto obligari ad hr̃ticum admonendum, antequam illis crimen iudici denunciet. Primo qdem: quia Saluator nr̃ talem ordinem circa oēs sine ullo discrimine seruandum esse præcepit, dicens: Si peccauerit in te frater tuus, uade, & corripe eum inter te, & ipsum solum: si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Si aūt te non audierit, adhibe tecum adhuc unū, uel duos, ut in ore duoꝝ, uel trium testium stet omne uerbum. Q̃ si non audierit eos, dic ecclesiæ. Præterea Paul. iubet hæreticum hominem post unam, & scdam correptionem esse deuitandū. Quibus uerbis aperte docuit hæreticum hoīem esse bis admonendū, & ide colligit̃, ut ante talem admonitionē nemini liceat illū iudici reuelare. Rursum, talis admonitio hæretici est opus charitatis, & misericordiæ: ergo testis cognoscens miseriam hæretici errātis tenetur illius miseriæ per suā correptionem subuenire. Collectio ista inde constat esse bona, quia (ut ait Sapiēs) cuilibet mandauit Deus de proximo suo. Et certe, qui contrariū licere putat, p̃sertim in casu magnæ necessitatis, similis est Caim, q interrogatus à Dño ubi eēt frater eius Abel, r̃ndit: Nunquid custos ego sum fratris

Rom. 1
Mat. 18
Tit. 3.
Eccl. 17
Gen. 4

mei? Antecedens aūt illius consequētiæ ꝓbatur testimo-
Iacob. 5 nio btī Iacobi dicentis: Fratres mei siqs errauerit à ueri-
tate, & conuerterit, & qs eū, scire debet, ꝙ qui conuerti
fecerit pctōrem ab errore uiæ suæ, saluabit aīam suam à
morte, et operit multitudinē pctōꝝ. Et inter tria eleemo-
synaꝝ gnā, q̄ numerantur in c. Tria. 25. d. unum est delin-
quētes corrigere, & errantes in uiam ueritatis reducere.
Sūt ēt ex opposito rōnes aliquot non minus urgentes, q̄
contrariæ fauent snīæ. Et primo quidem probatur non
esse necessarium testi, qui optime nouit aliquē esse hære-
ticum, illum secretò ante denūciationē admonere. Quia
inter alia, quę sacri doctores docent esse necessaria, ut qs
teneatur fratrem peccantē corripere unū est spes emēdæ
ipsius pctōris. Nam ad hunc finem dirigitur totus ille or-
do correctionis fraternæ à Christo saluatore nrō in Euā-
gelio assignatus, ut. s. per illum ordinem fratrem p. pctm̄
perditum lucrari possim. Si te audierit (inquit ille) lucra-
tus eris fratrem tuū. Ob hanc igitur cām ille corripi præ-
cipitur, ut per correptionē illi emendet. Et inde sequitur,
ut cum aliquis merito desperat de emendatione pctōris
non teneatur illū secretò corripere, aut fraterne admone-
re. Vana. n. et inutilis est correptio, et admonitio, de qua
nullus merito potest sperari fructus. Ad uana aūt, & in-
1. cor. 9 utilia nullus obligatur: qm̄ qui arat (ut ait Paul.) debet ī
spe arare, & qui triturat in spe fructus percipiēdi. De nul-
lius autem pctōris hominis emendatione, iustius despe-
rare licet, q̄ꝫ de emendatione hæretici: qm̄ hæreticus ha-
bet pertinaciam crimini adiunctam, sine qua nullus di-
ci pōt hæreticus. Qui aūt pertinax est, non est corrigi
paratus: imò potius est paratus contra dicere arguēti, et
corripienti. Eum igitur, quem apte quis noscit esse hære-
ticum, non tenetur secretò corripere, aut fraterne admo-
Tit. 3. nere: qa hic talis (ut ait Paul.) subuersus est, & suo ipsius
iudicio damnatus. Tanta siqdem est multoꝝ hrticoꝝ
pertinacia, ut quo magis corripiunt, eo peiores fiant: &
quo magis de suo errore admonentur, eo tenacius suum

errorem tueri procurent. Quo fit, ut pp ipsius hęretici cõ modum, et si nulla esset alia ratio, sit ab illius correptione, & admonitione cessandum, ne uidelicet correptus & admonitus deterior fiat. Et hãc sñiam confirmo testimonio Aug. qui lib. 1. de ciuit. Dei, cap. 9. sic ait: Si ppea quis obiurgandis, & increpandis male agentibus parcit, qa eisdẽ ipsis metuit, ne deteriores ex hoc efficiant, consilium est charitatis. Hæc ille. Et iuxta hunc sensum intelligenda sunt uerba illa Salomonis cum ait: Noli arguere derisorem, ne oderit te. Nam Glossa, quæ dr̃ ordinaria uerba illa exponens ait: Non est timendum, ne tibi derisor cum arguitur, contumelias inferat: sed hoc potius prouidendum, ne tractus ad odium inde peior fiat. Hæc in Glossa. Præterea Ordo ille correctionis, aut fraternæ admonitionis à saluatore nr̃o pręfixus (ut omnes theologi simul & canonistę concorditer docent) nõ est seruandus circa pc̃tõres illos, qui in perniciem reip. peccant. Quoꝶ oĩm sñia ĩde apte cõstabit esse uera, si cõsyderet causa pp quam ille correptionis ordo seruari p̃cipit. Causa.n. pp quam illum correptionis ordinẽ seruare oportet, est ut primo fama proximi, si possibile est, seruetur. Deinde si illa seruata, illius conscientia sanari nõ p̃t, præstat illius famam minui, q̃ conscientiam illius manere læsam, aut ægram: quia bonum spirituale præferendũ est bono corporali. Sed tunc qñ illius famam pp illius conscientiam minuere est necesse, paulatim procedere oportet, & tentare, ut si fieri possit, cum parua famæ diminutione illius conscientiæ consulatur. Et ideo in scd̃o gradu unum, uel duo iubẽtur testes adhiberi, ut coram illis, qui pc̃tm̃ ignorabant pc̃tõr corripiatur, et sic illoꝶ p̃ntia cõfusus, forte ad resipiscẽtiam redeat. Si uero nec sic emendetur, tunc iam nulla est famæ hñda ratio, ut cõscientiæ succurratur, quæ multo p̃stantior est, qua fama. Et ob hanc cãm in tertio gradu, fama proximi post habita, pc̃tm̃ illius iubetur ecclesiæ, hoc est p̃lato reuelari. Cum igitur bonum reip. sit maius, & præstantius, q̃ fa-

Prou. 9

ma unius hominis particularis, sequitur inde famam ꝓximi esse postponendam ꝓꝓ bonum cõe seruandum, et inde conuincitur pctõrem, qui in reip. perniciem peccat non esse ante denunciationem corripiendum, aut fraterne admonendum. Nam (ut supra diximus) etiam si illud esset alicui sub obligatione secreti cõmissum, teneretur illud iudici reuelare, ut sic damnum reip. ruitaret. Nullum autem est crimen, quod grauius, et citius reipub. nocere possit, q̃ hæresis: quia nocet in religione, quæ cunctis rebus corporalibus est multo præstantior. Et quia opationes animæ multo uelocius, & citius fiunt, q̃ quæuis corporis actiones: ideo celerius etiam hoc crimen, quàm quoduis alíud corporale malum nocere potest. Ex quibus omnibus apertissime constat eum, qui secreto nouit aliquem hæreticum, non teneri ad seruandum ordinem illum correptionis fraternæ à Chro saluatore nro præfixum. De hac qõne, ut certam proferamus sniam, oportet prius consyderare latũ esse discrimen inter hæc duo, uidelicet, hoĩem labi in hæresim, & hominem esse hæreticum. Non.n. omnis, qui labitur in hæresim eo ipso est hæreticus: sed oportet, ut habeat adiunctam pertinaciam, quæ si desit (ut supra lib. 1. cap, 7. docuimus) hæreticus dici non potest. Hoc igitur discrimine bene consyderato, iuxta illoꝝ duoꝝ diuersitatem, duas ponam diuersas, certas tñ conclusiones, per quas integre rñdeã ad qõnem propositam. Prima conclusio. Testis, q noult secreto aliquem esse perfecte hæreticum, ut puta qa scit illius pertinaciam, & scit illum nõ ex ignorantia catholicę fidei: sed ex propria malitia errare: quia uidelicet scit illum suam sniam præferre totius ecclesiæ sniæ: tenetur illius crimen denunciare antequam illum corripiat, aut fraterne admoneat. Hæc conclusio probatur per illa duo argumenta, quæ nunc proxime ꝓposuimus, quorum primum est de spe emendationis necessario requisita, ut quis sit necessario admonẽdus. Alteꝝ est de bono cõi, quod est necessario præferendum bono particulari

Hoc tñ, quod diximus de damno cõi uitando per denũciationem criminis particularis, beatus Thom. temperat in secunda secundę. q.37. art.7. per hæc uerba sic dicens: Nisi forte quis firmiter æstimaret, ꝙ statim per secretam admonitionẽ posset hmõi mala impedire. Quæ quidem limitatio prudentissime est addita, & oportet ut lector ne ex illa decipiatur, singulas illius partes diligenter circunspiciat. Nam quia rarissime contingere pt̃, ut priuatus homo possit hmõi malis mederi: ideo nõ assertiue: sed sub conditione dixit: Nisi forte. Et quia non sufficit leuis æstimatio, ꝙ illum corrigere possit: ideo dixit, firmiter æstimaret. Et quia non sufficit firma æstimatio, ꝙ longo tpis progressu illum ad resipiscentiam adducet: quia in illa longa expectatione posset resp. damnum pati: ideo prudenter dixit. S. Thom. quod statim per secretam admonitionem possit illum à malo auertere. Et ideo nullus debet soli correptioni fraternæ secretæ, & priuatæ fidere, ut pp illam desinat hæreticum reuelare: nisi forte certo sciret se tantæ authoritatis, & potentiæ esse apud hæreticum illum, ut per solam suã monitionem possit illum ab errore reuocare. Sed quia hæc rarissime hæreticis contingunt, ideo securius esse cẽseo, ut in crimine hæresis statim sine ulla admonitione procedatur ad denunciationem, præsertim si hæreticus nõ est quiuis homo plebeius, & idiota: sed doctor, qui ea, q̃ sentit, alios docere procurat. Nam is nisi statim per publicam denũciationem reprimatur, citissime hæresis suę ueneno multos clanculo, & latenter inficiet. Sunt.n. multi, qui qm̃ reprehendi, & de sua doctrina accusari timẽt, in publicum prodire non audent, & qm̃ male agunt, lucem oderunt, & nolunt super tecta iuxta præceptum Saluatoris: sed in angulis prædicare. Nę igitur tam potẽtes in tenebris sint, opus est, ut statim illorũ crimen publice denuncietur & sic resp. illæsa seruetur. Potest adhuc hæc nr̃a prima conclusio al'r probari ex ipsis uerbis Saluatoris nr̃i, quibus nobis ordinem correptionis fraternæ p̃fi-

xit. Nam frem peccantem, qui ecclesiam non audierit, Saluator nr non iubet amplius corripi, aut admoneri: sed hri illum tanquam ethnicum, & publicanum. Hæreticus autem ecclesiam non audit: quia illius sniam recipere contemnit, & suo tm uult inniti iudicio. Alioqui si ecclesiam audiret, nequaquam hæreticus esset. Ex quo apertissime conuincitur hæreticum hominem non esse necessario secrete admonendum antequam publice denuncietur. Nam cum primum ille factus est hæreticus, transilijt totum ordinem correptionis fraternæ à Chro saluatore nro institutum, & cõstituit se in ultimo illius ordinis gradu qñ tam pertinaciter suam uult hæresim tueri, ut pp illam totius catholicæ ecclesiæ sniam reijcere non uereatur. Præterea ille ordo correptionis à Xpo saluatore nro institutus, circa solos fres seruari præcipit, ob quam cãm ordo correptionis fraternæ ab omnibus appellari solet. Si peccauerit in te fr tuus (inquit Saluator nr) corripe eum inter te & ipm solum. Quibus uerbis (ut apertissimum est) non oẽm peccantem in nos sed solum frem corripere nobis præcepit. Hæretici aũt non cẽsentur fidelibus Christianis fres sed extranei, quia suo arbitrio à domo Dei quę est ecclia recedentes iam non filij Dei, quemadmodum Christiani, dñr & sunt: sed filij diaboli, qui pr mendacij ab ipsa summa ueritate appellatur. Et certe qui bene Euangelia & apostolorũ eplas circunspexerit, aperte intelliget solos Chrianos uocari inter se fres, quippe qui eũdem prem hñt, uidelicet Deũ quem colunt, & eandem mrem, hoc est sanctam eccliã in qua per baptismum renati sunt. Et (ut alia multa testimonia omittam) illud est apertissimum quod in priore ad Corinthios epla Paulus ait. Siquis fr nominatur, inquit ille, fornicator aut auarus, aut idolis seruiẽs, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax cum hmõi nec cibum sumere. Post quæ uerba statim subiũxit. Quid mihi de his qui foris sunt iudicare? Quibus uerbis omnes non Christianos expressit: quia omnes illi foris sunt extra eccle-

Mat. 18

Ioan. 8

1. cor. 5

fiam. Et inde ex opposito sequitur illum solos Xpianos dixisse fres: qm ad distinctionem fratrũ quos prius nominauerat, ut diceret eos qui Christiani non sunt, nõ esse inter Christianos recẽsendos, addidit. Quid mihi de his qui foris sunt iudicare? Vnde Theophilactus prædicta Pauli uerba interpretãs ait. Recte autem dixit. Qui fr uocatur: Quippe cui fratris dũtaxat nomẽ sit reliquũ, nec in ueritate est fr qui hisce sit malis obnoxius. Quid enim mihi de his qui foris sunt iudicare? Qui foris sunt gentiles dixit, & idolis deditos: qui uero interius Christianos, perinde ac si dicat. Neminem equidẽ nunc eorum qui exteriores sunt alloquor: id. n. leges meas excederet. Superuacaneum igitur Christi præcepta illis iniungere qui extra Christi aulam diuagantur. Quæcunq; n. lex differit, his qui sub lege sunt differit. Hæc ille. Cum igit soli Christiani sint ipsis Christianis fres, conuincitur inde ut ordo ille correptionis fraternę quem circa frem in nos peccantem Saluator nr seruari præcepit, non sit necessario circa hæreticum hominem seruandus. Qm cum ille non sit Chriani hominis fr, non est necesse Xpianũ hominem illi hanc impendere misericordiam, quam saluator nr fribus peccantibus exhiberi pręcepit. Nolo eqdem dicere Chrianum hominẽ non teneri ad correptionem ullam Iudæo aut gentili aut hæretico præstandã. Qm correptio pctõris absolute & sine ulla circunstantia sumpta, est de lege naturæ, & inde necesse est ut omnes obliget, & circa omnes siue Xpianos siue infideles. Nam sicut Chrianus tenetur si potest infidelem à periculo corporalis mortis eripere, ita etiam tenetur illum si potest à periculo mortis spũalis liberare. Omnes. n. siue Chriani siue gentiles simus (ut ex parabola Samaritani conijcitur) proximi inuicem cẽsemur: & inde sequitur ut omnes se inuicem iuuare teneantur: quia unicuiq; mãdauit Deus de proximo suo. Verum etsi ista correptio absolute sumpta omnes obliget, qñ magna urget necessitas & spes profectus hr: illum tñ correptionis ordinem quem

Theop.

Luc. 10

saluator nr̄ in Euangelio expressit, non obligatur Christianus homo erga infideles seruare, qm̄ illi fr̄es nō sunt. Sed ne hæc ex meo tm̄ cerebro me dixisse quis putet, testimonia aliquoꝝ sacroꝝ doctoꝝ non contemnendæ authoritatis proferam qui hanc sn̄iam docuerūt. Theophilactus.n. uerba illa Chr̄i saluatoris nr̄i quibus apud Matth. ordinem illum, fraternæ correptionis expressit, interpretans ait. Sermonem contra offendiculum dantes ualde extenderat, nunc & eos qui offenduntur corrigit. Vt.n. tu qui offenderis non omnino cadas, qa offendentem, uæ, habituꝝ dixit, uolo & te qui offenderis, arguere eos qui te iniuria afficiunt, si fuerint Xp̄iani. Etenī siquis non baptizatus iniuria afficiat, tunc ab eo te subducas. Si autem fr̄, argue eum. Hęc Theophilactus. Quibus uerbis aperte dixit infideles non esse Christianoꝝ fr̄es, ac proinde non esse illo fraternæ correptionis ordine admonendos. Tertullianus in libro de præscriptionibus hæreticoꝝ ait. Fides nostra obsequium apostolo debet, prohibenti q̄ones inire, nouis uocibus aures accōmodare, hæreticum post unam correptionem conuenire, non post disputationem. Adeo interdixit disputationem, correptionem designans causa hæretici conueniendi. Et hoc unam. s. quia non est Christianus. Nemo re Christiani semel & iteꝝ, & sub duobus aut tribus testibus castigandus uideretur, cum ob hoc sit castigandus, pp quod non sit cum illo disputandum. Hæc Tertullianus. Et Augustinus sermone 16. de uerbis Dn̄i, interpretans illa uerba saluatoris, si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus, ait. Noli illū deputare iam in numero fratrum tuoꝝ, nec ideo tn̄ salus eius negligenda est. Nam & ipsos ethnicos. i. gētiles & paganos in numero quidem fratrum non deputamus, sed tn̄ eoꝝ salutem inquirimus. Hæc Augustin. Si ethnici (ut Augustinus censet) non computātur inter fratres, opus est ut nec hæretici inter fr̄es deputentur: quia hi ēt sunt extra ecclesiam sicut illi. Et inde necessario sequit, ut ille

Theop.

Tertul.

ut ille correptionis ordo non sit circa hæreticos seruandus quem circa solos frẽs Xp̃s seruari præcepit. Secunda conclusio. Testis qui secretò nouit aliquem lapsum esse in hæresim,& nescit an sit hæreticus, ut puta quia nescit an ex ignorãtia an ex malitia errauerit, nescit etiam an sit in errore suo pertinax aut forte si admoneaẽ errorem suum deseret, tenetur illum secretò corripere antequam illum iudici denunciet. Hæc conclusio probatur. Si testi constaret illum ex ignorantia & non ex malitia errasse, teneretur illum secretò corripere & admonere antequam denunciaret: quia nullus debet iudici denũciare illum ratione aut nomine criminis quem certo scit in opere non peccasse, aut de cuius peccato dubitat, donec certior fiat de illo nisi forte suspicio esset uiolenta, et ex taciturnitate posset imminere aliquod reipub. damnum. Tunc.n. posset iudici denũciare suspicionẽ suam, & causas illius, ut ille re bene circunspecta possit reip. utilitati prospicere. Si tñ talis timor non est, iniuste ageret qui illum quem certo scit, in opere non peccasse aut de cuius peccato dubitat, coràm iudice uelut reum manifestaret. Oportet.n. esse certum de crimine illius qui accusandus aut denunciandus est. Nam sapiens ait. Prius quã interroges ne uituperes quenquam. Ex quo apte colligitur iniuste agere qui denũciat iudici lapsum in hęresim si certo scit illum ex pura ignorantia & non ex malitia errasse, sed tenetur illum docere, ut ab errore illum auertat. Et inde ulterius sequitur ut idem prorsus facere teneatur testis qñ prorsus ignorat an ex ignorantia an ex malitia errauerit. Nam regula christiana & regula iuris docet nos, ut de quolibet proximo bonum semp & non malum præsumamus, donec nobis constet contrarium. Ille igiẽ qui lapsus est in hæresim pręsertim si homo est idiota aut parũ doctus, præsumendus est per ignorãtiam errasse, & ideo secretò corripiẽdus & fraterne admonendus. Si correptionem admiserit, & se palã correxerit & errorem statim reuocauerit fatens priorem suã

Eccl. 13

ignorantiam,lucratus erit testis aĩam illius quem ab errore auertit. Si uero correptionem neglexerit, & noluerit admonitioni obtẽperare,tunc iam manifesta erit testi illius pertinacia & malitia,pręsertim si hęresis est manifesta & admonitio fuit sufficiens,iuxta ea q̃ superius libro 1.c.10.diximus,ubi de legitima admonitione tractauimus. Cum igitur post admonitionẽ suam testis talem illum esse intellexerit,non opus est ut testis ad secũdum gradum fraternæ correptionis ꝓcedat,adhibens unum aut duos testes,sed statim illum iudici denũciabit. Quia cum pertinacem esse constet,simul ẽt constare debet illum non esse paratum ecclesiæ obedire & inde sequitur ut deinceps non iam tanquam frẽm,sed tanquam ethnicum,& publicanum illũ hr̃e debeat. Probatur adhuc ꝑdicta secunda conclusio. Omnia quę ex cõi theologoꝝ snia sunt ex parte corripientis requisita,ut correptio fraterna sit illi obligatoria,cõueniunt hmõi testi,ergo testis ille tenetur secretò corripere illum quem scit lapsum eẽ in hæresim,nesciẽs an ex malitia errauerit. Tria sunt quę omnes theologi docent esse requisita ex parte corripiẽtis,ut correptio fraterna sit illi obligatoria,uidelicet cognitio peccati,spes emendæ,& tpis opportunitas. Hæc omnia cõueniunt illi testi. Primum patet, quia cognitio peccati quę requiritur & sufficit est ut sciat illum esse in peccato aut in periculo peccati, & aliqui dicunt satis eẽ ut dubitet de peccato illius. Qualitercunque se res hẽat, talem cognitionem habet testis qui scit fratrem lapsum esse in hæresim. Alteꝝ quod est spes emendationis, certum est inesse testi. quia cũ ille alterius pertinaciã ignoret,non est cur de illius emẽdatione desperet. Tertium denique quod est opportunitas, in ipsius testis arbitrio repositum est: quia si ipse corripere optat,facile poterit corripiẽdi opportunitatem captare. Ex quibus omnib⁹ aperte conuincitur ut testis ille qui secretò nouit aliquẽ lapsum esse in hæresim nesciens an ex ignorantia an ex malitia errauerit,teneatur illum secretò corripere et ad

monere ante quàm illum iudici denunciet. Sed hæc correptio & admonitio nõ est diu progãda, sed quã citius cõmode potuerit facienda ne si diu prorogetur dãnum forte inde eueniat reip. ut puta si ille de quo testis ignorat uerus esset hæreticus & occulte & latenter (ut sæpe illi facere solent) suas in populo effunderet hæreses.

An filius accusans aliquem parentum suorum de hæresi, sit ob hoc liberandus ab his pœnis quæ propter parentis hæresim sunt illi à iure inflictæ. Cap. XXVI.

Postquam totum hoc opus, de iusta hæreticorum punitione, absoluerã, iuuenem quendam in sacramentali cõfessione peccata sua mihi referẽtem, audire contigit, quẽ cum de rebus ad fidem & christianam religionem spectantibus interrogarem, inueníssemq́ rectam illum & catholicam fidem tenere: quæsiui deinde ab illo an hæreticum aliquem latentem agnosceret, & an cũ aliquo huiusmodi cõuersationem aliquam habuisset. Cui quæstioni rñdens, aperte dixit se scire patrem suum esse hæreticum, ppea quòd illum in fide adeo pertinaciter errare uiderat, ut sępe ab eo admonitus, nunquã ille uoluerit errorem suum deserere: imò potius contra pater, nitebatur eũdem filium in errorem suum trahere. Hoc ego audiens, hortabar filium, ut patris crimen quãlibet occultum, inquisitoribus reuelaret, & quamuis id necessario esse faciendum multis euidentibus rõnibus cõuincerem, nũquam tñ ut id facere uellet, illi persuadere potui. Nam hoc scuto se tuebatur, q non erat decens neq; rõ naturalis patiebatur, ut filius patrem ad mortem duceret. Deinde sibi ipsi nocere dicebat si patris crimen reuelasset, quia non poterat (ut dicebat) patris crimen reuelare quin sibi ipsi iniuriam inferret, & sic suo se gladio transfoderet. Omnia siquidem patris bona à fisco apprehendenda, & sic paterna hæreditate se priuandũ fore censebat. Infamiam quæ ex paterno crimine contrahenda erat, non in solo patre constituendam, sed usque ad se ipsum & filios & nepotes suos deducendam me-

tuebat. Dicebat itaq; libenti animo se patris hæresim reuelaturū, nisi hac uia tā graue incōmodum sibi ipsi pararet. Ob hanc igitur cām, patris hæresim silentio suo tegere, se uelle dicebat, ut suo honori ꝓspiceret. Ego tñ contra nitebar, dicens, nō esse uero simile, ut filius qui zelo fidei christianæ accensus prēm de crimine hæresis corā iudice accusasset, eisdem plectatur pœnis, q̄bus si nullū suæ fidei testimoniū dedisset, plecteretur. Verū ille dictis meis minime fidens, in sua perstitit snīa dicens, se nunq̄ patris hæresim reuelaturū, nisi prius sibi constaret, se ob hanc cām ab oī infamia & ab oī incōmodo liberādum. Occasione igitur accepta, ex tunc apud me metipsum statui, speciale huic operi addere capl̄m, in quo de hac re, iuxta id quod possum, differerem. Nam & si res hæc a' iurisperitis, quibus plusquam theologis cōuenit, discutienda foret, nil tñ obstat, ut ego hō theologus experiar quid in hac parte ex illorū lectione præstare possim. Circa quam rem, duo (ut censeo) dubia discutienda uidentur. Primum est, an talis pr̄ sic a' filio iudici oblatus, sit eadem pœna puniēdus, qua, si a' quolibet alio fuisset accusatus, puniretur. Alterū est, an filius hic patrē de hæresi accusans & conuincens, sit ob hoc absoluendus ab oībus pœnis, quæ filijs hæreticorū sunt a' iure inflictæ. Circa primi dubij rñsionem, hoc ante oīa iaciendum est fundamētum, lege sancitum esse, ut filius qui ad mortem dānandus esset, si a' patre offeratur iudici, nō sit morte sed alia mitiori pœna puniēdus. Nam hoc colligunt iurisperiti, ex illo quod Martianus imperator ait, in. l. Milites agrum, parag. desertorem. ff. de re mil. sic inquiens: Desertorem q a' patre suo fuerit oblatus, in deteriorem militiā diuus Pius dari iussit, ne uideaē (inquit) pater ad supplicium filium obtulisse. Hæc ille. Et idem dr̄ in. l. Qui cū uno, parag. Qui filium. ff. eod. tit. Constat aūt eum q mílitiam tpe belli deserit, esse capitali snīa puniendū: ut sancitum est, in. l. Non oēs, paragr. Desertor, eod. tit. Ex quibus oībus colligunt iurisperiti, ut quoties filius ob cri-

men aliquod esset morte plectēdus, si a p̄re iudici offera tur, nō sit morte, sed alia mitiori pœna puniēdus, ēt si cri men qđ filius cōmisisset, fuisset crimen læsæ maiestatis. Ita enim docet Salice. in.l.Propter insidias. C. qui accusare non pñt. Et Felinus in cap. accusasti, extra de accusatio. dicit quòd si p̄r accusat filium de crimine læsæ maiestatis, princeps debet ei parcere. Qđ Felini dictum est modeste interpretandum ita ut princeps debeat illi parcere, mitiorem illi infligendo pœnam: nō aūt uniuersam ab illo pœnam auferendo. Ideo cautius (ut ego censeo) Salicetus locutus est, dicens filiū mitius esse puniendū. Eandem sñīam confirmat Bartholomeus Cepola ī suis cautelis, cautela.1. Eidem sñīæ subscribit Hippolytus de Marsilijs, in.l.1. paragrapho. Ad.q.ff. de quæstio. Et hī duo ultimi citant Raimundum de Forliuio, & Paul. de Cast. in dicta.l. Propter insidias, eandem sententiam docere, & in diuersis casibus ita fieri oportere, illos consuluisse. Eandem sñīam docet Alciatus in tractatu de præsumptionibus, præsumptione quarta. Hoc igitur iacto fundamento, ex eo (ut ego sentio) colligere oportet, ut idem etiam sit faciēdum cum patre læsæ maiestatis reo, quem filius iudici offerret, ita ut p̄r sic à filio oblatus, nō sit morte plectendus, sed alia mitiori pœna puniendus. Hæc aūt consequentia inde est manifesta quod eadem est ratio hic & ibi. Cā.n. quæ redditur in illo paragr. De sertorem, ut sit filio parcendum, est ista: ne uideatur p̄r ad suppliciū filium obtulisse. At æque iusta imò iustior ratio est, ut filius non uideatur p̄rem ad supplicium obtulisse. Nā multo grauius est & durius ut filius p̄rem ad supplicium offerat, quàm p̄r filium. Filius quidem à p̄re recepit esse, & ob hanc causam tenetur p̄rem tanquam principium suæ existentiæ diligere: & illi cum indiguerit subuenire. P̄r aūt nihil quod ad sui consistentiā ptineat, à filio recepit. Ob hanc causam filius tenetur obedire patri, pater aūt non tenetur obedire filio. Fateor quidē parentes ex quadā naturali inclinatione, quæ à sensualita-

te & non à naturali rõne procedit, magis diligere filios suos, quã parentes proprios, imò magis quã se ipsos: qa inclinatio naturalis cuiuscunque rei, est magis ad conseruationem speciei quã ad conseruationẽ alterius indiuidui. Magis autem conseruatur species humana per uitã filioꝶ, qui sunt magis apti ad gñationem & longius uiuere & gñare pñt: quàm per uitam parentum, qui iuxta communem uitæ decursum breuiorem sunt habituri uitam. Et hinc euenit, ut semper parentes longiorem optent uitam filijs quàm parentibus suis, imò sæpe ꝙ sibi ipsis. Et hoc est qđ dici solet, amorẽ magis descẽdere, ꝙ ascendere. Et ob hãc causam pater (ut Paulus ait) thesaurizat filijs, quia diutius illi uiuere præsumũtur, & ut si forte illis paruulis existentibus patrem mori contingat, relinquat illis unde alimenta hr̃e possint. Filius autem non thesaurizat prĩ, quia non præsumitur illum longiorem uitam quàm filius habiturum, cui uiuenti semper filius subuenire tenebitur. Quamuis autem quisꝗ magis inclinetur ad filij quàm ad parentis dilectionem, hoc tñ non obstat, quin filius magis teneatur subuenire patri suo extremam necessitatẽ patienti, ꝙ filio proprio qui eãdem pateretur necessitatem. Nam et si maior sit inclinatio ad filium: maior tñ est obligatio ad prẽm. Quia obligationes præceptoꝶ non mensurantur per inclinationes naturales ad res quæ præcipiunt, ita ut ad rem illam sit quisque magis obligatus ad quam magis à natura inclinat, præsertim si est inclinatio à sensualitate & non à rõne procedens. Multa enim sunt ad quæ natura integra & non per peccatum uitiata nos inclinat, quæ tamen nulla obligatione facere tenemur, imò multo melius et beatius erit illa omittere. Nã (ut alia omittã) natura integra & non uitiata inclinat ad coitum pp conseruationẽ speciei humanæ, quæ naturaliter conseruari non potest nisi mares cum fœminis coeũtes generent alios homines. Ad hunc tamen coitum non omnes obligantur, sed illi soli qui se matrimonio iungentes sibi inuicem ad hunc

2. co. 12

actũ fidem dederunt. Inclinatio ẽt naturalis eſt, ut quiſq; ſuo proximo patienti compatiatur, & egẽti ſubueniat. Nam (ut ſapiens Eccleſiaſticus ait) omne animal diligit ſibi ſimile. Nullus tñ tenetur cuicunq; patienti compati, aut cuicunq; egenti ſubuenire, niſi extremã aut ſaltẽ grauem ꝓximus patiatur miſeriã, quæ alios merito cogat, ut, ſi poſſint illi ſubueniant, etſi non poſſint, ſaltem compatiantur. Merito igitur beatus Thomas in ſcda ſcdæ. q.26. arti.9. Et ſi dicat patrem ob aliquas iuſtas cauſas magis diligere filium, quàm prẽm proprium, tñ ob aliã multo maiorem cauſam cenſet quenq; magis teneri ad dilectionẽ patris quàm ad dilectionẽ filij, & magis obligari pp beneficia à patre recepta ad ſubuentionem eiuſdem patris, quàm ad ſubuẽtionem filij, ſi uterq; neceſſitatẽ patiatur. Propter quod non poſſum non mirari, ꝙ Bartolus uir alioqui utriuſq; iuris peritiſſimus, ĩ tam grauem fuerit lapſus errorẽ, ut dixerit filiũ nõ teneri ex iure naturali ad educationẽ parentũ. Nam quia in l. Siqs à liberis. par. Parens. ff. de lib. agnoſ. Vulpianus iuriſconſultus cenſuit, filium ratione naturali debere alere parentem, Bartolus hanc iuriſconſulti ſnĩam explicans, diſtinguit rõnem naturalem à iure naturali, & dicit filium nõ teneri ex iure naturali ad præſtandum alimenta parẽti, ſed ſolum ex rõne naturali, hoc eſt, ex iure gentium: ut ille interpretatur. Ad hoc aũt dicendum inde mouetur, ꝙ rõ (ut ille ait) non eſt in alijs animalibus. Per quæ uerba aperte innuit illum ſentire ius naturale non eſſe naturalem rõnem quæ ſolis hominibus competit, ſed ius cõmune, quod cæteris etiam animalibus conueniat, quaſi poſſit aliquod eſſe ſine ratione ius, aut penes bruta animalia poſſit aliquod eſſe ius ſicut penes homines. Ius. n. ideo dicitur naturale quia ex inſtinctu naturalis rõnis ꝓcedit. Et in l. Nõ quemadmodum. ff. eodem titulo, eandem ſnĩam repetit, & confirmat, addẽs ꝙ ſi quis egẽs habuerit patrem & filium diuites, potius à patre quam à filio alimenta petere debet. Quia (ut ait) quod pater alat-

Eccl. 13

Bartol.

filium est de iure naturali non autem ut filius præstet alimenta patri. Quàm longe à ueritate hæc omnia distent, facile quisq; intelliget, si diligenter attēdat quartum decalogi præceptum, quod est de honore parentum: cuius uim & obligationem de subuentione parentum, potissimum intelligendam esse, beatus Hieronymus super decimũ quintum Matthæi cap. docet. Cuius subuentionis obligationē, Christus saluator noster contra Pharisæos contrarium docentes, tantam esse declarauit, ut cum necessitas patris urgeret, pro illius subuentione sit omnis oblatio, quam filius Deo libere offerre uoluisset, necessario prætermittenda. Præcepta aũt decalogi, & si non omnia sint uelut principia iuris naturalis notissima, omnia tñ sunt (ut concorditer oẽs theologi docent) de iure naturali, quorum aliquæ sunt tanquã conclusiones iuris naturalis, ex primis illius principiis deriuatæ. Et inde apte deducitur, ut filius qui ex præcepto decalogi tenetur subuenire patri egẽti, sit ad illud faciendum ex iure naturali obligatus. Argumentum autem quod pro suæ sententiæ confirmatione facit Bartolus, nullius est roboris. Nã ex eo qđ in illa p̃dicta. l. Siqs à lib. par. parens. ff. de lib. agno. dicitur ex naturali æquitate descendere, ut filij parentes alere teneantur, arguit, ut ex eo nõ teneanť ex iure naturali. Si lex diceret illud ex sola naturali æquitate procedere, forte argumẽtatio illius aliquid ualeret ad probandum illud non esse ex iure naturali. Cum tñ dicat ex æquitate naturali & non ex sola illa procedere, constat argumentum illius non ualere. Quia æquitas & ius non adeo distinguuntur, ut gñe differant, sicut dispa rata quæ eidem competere non pñt. Et forte inde Bartolus fuit deceptus, putans tantam esse inter ius & æquitatem dñam, ut ex altero oppositum alterius inferre liceret. De qua re, qm̃ longiore discussione indiget, & à nostro themate est ualde aliena, nihil impresentiarũ dissere re uolo. Lectorem tñ admoneo, ut legat de hac re annotationes Guillelmi Budæi in Pandectas ca pite primo,

Mat. 15

ubi hanc rem diffuse & eleganter tractat. Deinde quod ait Bartolus, maiore obligatione teneri hoīem ad subuētionem filij, quam ad subuentionem patris, si nulla alia rōne intelligeret esse falsum, uel ex ea aperte cognoscere potuisset, quod pater ad uitæ sustentationem consequēdam, pōt uendere filium suum ut habetur in. l. 2. C. de pa rag. qui fi. d. Filio autem, quacunque etiam necessitate urgēte, nullatenus licet uendere patrē suum. Quæ diuersitas non aliunde oriri cōstat, nisi ꝙ maiore obligatione tenetur filius alere patrem, quā pater filium. Et hinc apte conuincitur, falsum esse etiam illud quod in prædicta. l. Non quēadmodum, Bartolus dixit, hominē egenū potius à parente diuite quā à filio diuite alimēta petere posse. Nam quisq; ab eo potius alimenta petere debet, qui magis tenetur illi subuenire. Omnis autem hō (ut diximus) magis tenetur patrē egentē alere quā filium æque egentem. Omnis ergo hō egens plus à filio quā à pr̄e alimenta petere debet, si uterq; illoꝝ habeat unde illi subuenire possit. Hæc omnia per occasionē obiter diximus, ut inde constaret multo iustius esse, ut filius non uideatur patrē ad supplicium tradidisse, quàm ut pr̄ nō uideaẗ filium ad idem supplicium obtulisse. Quia magis teneẗ filius patrem, à quo id quod est receperat: quàm pater filium diligere. Nam præceptum diuinum, à quo potius quam ab inclinatione naturali sumenda est uis obligationis, magis filium q̃ patrem obligat. Quod uel ex eo facile constare potest, ꝙ grauius punitur à Deo filius, qui ab obedientia aut pietate patri debita defecerit: q̃ pater qui nimium durus aut seuerus fuerit erga filium. Qui maledixerit patri suo aut matri (inquit dn̄s) morte moriatur. Quæ maledictio non solum in uerbis, sed etiā in operibus (ut Hieronymus ait) consyderanda est. Filius etiam proteruus et contumax, qui monita patris audire contempsisset, lapidibus obrui lege Mosayca iubebatur. Pater autem, & si filio maledixisset, aut nimiū seuere & austere illū tractasset, non tam acriter ob hoc à

Exo. 21
Deu. 21

Deo punitur. Multo ergo grauius peccabit filius patrem occidens, quã pr̃ filium. Et inde aperte consequit̃, ut si remittẽda sit pœna mortis filio læsæ maiestatis reo, quem pater iudici obtulit, ne uideatur pr̃ filium ad supplicium obtulisse ut dicitur in pręfato. par. Desertorem: eadem rõne sit etiam remittenda pœna mortis patri læsæ maiestatis reo, quem filius iudici obtulerit. Qm̃ (ut diximus) multo iustius est, ut filius non uideatur obtulisse patrem quam pater filium ad supplicium. Occurit mihi alia rõ præter istã q̃ assignatur in illo. parag. Desertorẽ, quę me multo fortius mouet, ut credam iustum esse, ut tam filio quam patri læsæ maiestatis reo, pœna mortis remittat̃, si alter alterum iudici offerat. Iustum quippe est, ut egregium cuiusq; hominis meritum, non solum illi qui bonũ operatus est, sed etiã alteri pro quo illud obtulerit, opituletur. Nam Deus ipse totius iustitiæ fons & origo, sæpe pp unius meritum multis nedum uni parcit, mortem, quam meriti erant, illis remittens. Nam pp decẽ uiros q̃ fuissent in Sodoma boni, Deus pepercisset illi, ut non prorsus deleret eã. Deinde cum subuerteret dñs ciuitates regionis illius, recordat⁹ est Abrahę, et liberauit Lot de subuersione urbium, in quibus habitauerat. Rursum ad preces Moysi pepercit Deus populo Israel, ut non p̃deret illum, aut mortẽ quam propter Idololatriæ peccatum meritus erat, illi inferret. Paulus apostolus refert ducẽtas septuaginta sex animas fuisse à Deo sibi in naui cõdonatas, q̃ omnes à sæua maris tẽpestate absorptę fuissent, & propter meritum Pauli saluatæ sunt. Nec ad solam corporis uitã, sed ad uitam etiã animæ, quæ multo maioris est precij, alteri impetrandam alterius hominis meritũ apud deũ ualet. Nam illi q non ex malitia sed ex infirmitate quadam in peccato permãsit præsertim si ab illo discedere optat. et pro fragilitate sua se ad uirtutem disponit, Deus sæpe ob alterius preces & merita parcit, & grãm qua uitã possit assequi sempiternã, præstat. Qđ aperte probatur, per id quod de quodam paralytico

Gen. 18
Gen. 19
Exo. 32
Act. 27

quem alij Christo saluatori nostro obtulerunt, Matthæus ait. Videns autem Iesus fidem illorum dixit paralytico. Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Ecce uides paralytici peccata remissa propter offerentium fidem. An autem sola offerentium fides, an etiam ipsius paralytici fides fuerit in merito, ego nunc discutere nolo, quoniam satis est, ad id quod intendo comprobandum, quòd propter offerentium fidem Deus condonauerit paralytico peccatum. Deinde, Augustinus refert, Paulum Apl̃m fuisse ad fidem conuersum ꝑpter preces, & merita beati Stephani pro illo Deum orãtis. Et de btõ Augustino tunc hæretico Manichæo, ꝓ quo, ut ad fidem catholicam conuerteretur, mr̃ eius assiduas faciebat oȓones, & ĩnumerabiles fundebat lachrymas, beatus Ambrosius dixisse fertur. Impossibile est, ut fili⁹ tantaꝝ lachrymaꝝ pereat. Ad preces Chananææ De⁹ filiã illius à dæmonio, à quo male uexabatur, liberauit, & ꝑfectæ sanitati reddidit. Centurionis seruum, qui in domo iacebat paralyticus et male torquebatur, ob dñi preces & meritum, Xp̃s Saluator nr̃ pristinæ incolumitati restituit. Qui omnes (ut sacri doctores sentiunt) non solũ corpore sed anima à Chr̃o sanati sunt ipsomet Saluatore testante qui dixit. Totum hominem sanum feci in sabato. Si unius hominis meritum ualet apud Deũ ad impetrandum ueniam pro alio, iustum est ut etiam ualeat apud homines, præsertim apud eos qui loco dei populis præsunt. Et si cuiusq; hominis meritum pro alio q culpam suam agnoscit ualere potest, æquum est ut meritum patris filio, & meritum filij patri, prodesse possit ad ueniam, cum illoꝝ alter crimen læsæ maiestatis cõmiserit. Nam Deus ipse cuius exemplo nunc agimus, sæpe ob parentum merita, non solum mercedes plurimas filijs confert: sed mortem & alias plurimas quas merebantur pœnas remittit. Quod uel inde apertissime probatur, quod Deus qui dicit se uisitaturꝝ, iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartã gñationem, ipsemet

Matt. 9

Ser. 1. & 4. d̃ s. Ste.

Mat. 15

Matt. 8

Ioan. 7

Exo. 20

ait,pp parentum merita,se misericordiam facturꝫ in millehis qui diligunt eum. At nullus merito inficiari poterit,præclarum esse patris in principem meritum,cum ꝓprium filium qui ob eiusdem principis maiestatē læsam morte dignus erat,eidem principi offert ut pro arbitrio suo & illius merito si uoluerit puniat. Talis.n.p̄r re ipsa oñdit se magis erga principem quàm erga proprium filium esse affectum,& tanto zelo iustitiæ feruere, ut maluerit proprium filium ad punitionem tradere, q̄ ut iustitia,quæ sceleratos homines puniendos esse censet,aliqua ex parte pereat.P̄r.n.qui hoc agere audet, parꝫ abest,ut Bruto libertatis Romanę conditori æquetur, qui filios suos Tarquini dñationem à se expulsam reducere tentantes comprehensos,ac pro tribunali uirgis cæsos, & ad palum religatos,summum Imperium obtinens securi percuti iussit. Qua in re (ut eleganter de illo Valerius Maximus ait) exuit p̄rem ut consulem ageret, orbusq́ uiuere q̄ publicæ uindictæ deesse maluit. Qui tā præclarum facinus ꝓ rege aut republica est aggressus, ut patris pietate postposita filium lęsæ maiestatis reum iudici offerre non dubitauerit, ab illo ꝓ suo arbitrio puniendum,dignus certe est,ut pro filio intercedens exaudiatur,& uitam saltem impetret filio, qui pro suo crimine mortem meritus erat.Et si iustum est, ut p̄r filium offerens,uitam filio impetret:multo iustius est ut filius ob eandem cām p̄rem offerens,uitam p̄ris mereatur. Qm̄ (ut ex dictis constat)multo præclarius est facinus multóq; maioris meriti,si filius zelo iustitiæ,aut regalis maiestatis affectu motus,p̄rem offerat quam si pater filiū. Hanc autem sñiam de filio offerente patrem docet Angelus in.l. adulterium cum incestu. paragr.liberto.ff.de adulter.sed illam solum probat per rationem datam in illo sæpe dicto.paragraph. Desertorem. Albericus tñ in præfacto.par.Desertorem,dicit ꝙ licet hæc sit cōis opinio omnium doctorꝫ,ipse tñ dubius est an sic iudicaret. Quid igitur de necessitate & iuris ciuilis rigore agendū

Valer. Maxi. li.5.c.7

sit, ego homo theologus diffinire non audeo nec uolo, sed ipsis iurisperitis diffiniendum relinquo. Hoc tñ constanter assero, æquum & rationi consentaneum esse, ut filio quem pr̃, aut pr̃i quem filius ob crimen læsæ maiestatis offert, sit indulgentia mortis concedenda, & uita misericorditer condonanda. Posset circa hoc moueri q̃stio, an idem esset dicẽdum si maritus uxorem aut uxor maritum, ob idem lęsę maiestatis crimen iudici offerret. Cuius dubitationis causa inde oritur, ꝙ marit⁹ & uxor pro una carne censentur, ac ꝑinde dubium est, an uterq; eoꝝ alteꝝ magis diligere debeat, quam pr̃em aut filiũ. Si quis dixerit, maritum magis teneri ad uxoris quã ad pr̃is aut filij dilectionem, oportet, ut etiam fateatur grauius esse pc̃tm̃, si quis uxorem, q̃ si pr̃em aut filium occidat. Et inde aperte sequeretur, ut uxori quam marit⁹ ob crimen læsæ maiestatis iudici obtulerit, sit mors quam illa merebatur remittenda. Quia iustius esset, iuxta hanc sñiam, ne maritus uideatur uxorem ad supplicium obtulisse, quàm pr̃ filium aut fili⁹ pr̃em. De qua q̃ne ego nihil in pñtiarum diffinio, sed alijs disputandã relinquo.

Ad id igitur quod primo inquirebam, nr̃am disputationem reducens, dico ęquum esse & iustum, ut pr̃ hęreticus quem filius ob crimen hęresis, in quod ille relapsus fuerat iudici obtulit, sit mitius puniendus, quã si ob alio fuisset accusatus: & sit per consequens indulgentia mortis illi concedenda, si ille uerę contritionis signa dederit. Quidam iurisperitus uir certe doctus, cum quo rem hãc conferebam mihi obiecit, dicens nimiam esse iustitię remissionem, ut sñia illius prędicti. parag. Desertorem, extendatur etiam ad crimen hęresis, sicut ad crimẽ lęsę maiestatis. Quia multo grauius est diuinam quàm humanam lędere maiestatem, ut dr̃ in cap. Vergẽtis, extra de hęreticis, & in cap. Sicut qui ecclesiam. 17. q. 4. Deinde, quia licet ius canonicum & ciuile mutuo se iuuent, & sępe unũ alteri suffragetur, ut dr̃ in ca. 1. extra de noui operis nunciatione, tñ ecclesia non acceptauit leges Impera

torum, ut per illas causę ecclesiasticę definire debeant, & inde sequitur, ut crimen hęresis quod ecclesiasticum esse constat, per ecclesiasticas sanctiones & non per leges Imperatorum decerni debeat. Respondeo concedens multo grauius esse diuinam, quam humanam lædere maiestatem, iura tamen non grauius, imo sępe leuius puniunt eos qui diuinam, quam qui humanam lædunt maiestatem: neque grauius puniunt hæreticos, quàm eos qui humanam maiestatem læserunt. Quod autem obijcitur, crimen hæresis quia est ecclesiasticum, non esse per leges Imperatorum, sed per ecclesiasticas sanctiones decernendum, ex praua rerum intelligentia procedit. Constat. n. in crimine hæresia, duo esse consyderanda. Primum est ipsum crimen hęresis, alterum est pœna quæ illi crimini debetur. De primo non est dubium, rem esse omnino ecclesiasticam, ac proinde (ut decernitur in cap. Vt inquisitionis, de hæreticis. lib. 6.) nullus nisi iudex ecclesiasticus potest de illo crimine censere. Nullus iudex præter ecclesiasticum potest aliquam assertionem diffinitiua sententia pronunciare hæreticam, & pertinacem illius defensorem iudicare hæreticum. De altero, hoc est, de pœna crimini imponenda, uarios constat esse iudices, iuxta uarietatem pœnarum, quæ hæreticis infliguntur. Sunt. n. (ut supra per multa huius libri capitula ostendimus) quædam spirituales pœnæ hæreticis decretæ, ut puta excommunicatio, priuatio ecclesiasticæ sepulturæ, indignitas ad ecclesiastica beneficia. Et de his aut alijs similibus, quæ tantum per solas ecclesiasticas sanctiones sunt decretæ, solus ecclesiasticus iudex censere potest. Sunt aliæ pœnæ corporales, è quibus aliquę, tam à potestate laica quàm ecclesiastica infligi possunt, ut sunt, infamia, bonorum temporalium confiscatio. De talibus. n. utraque potestas tam laica, quàm ecclesiastica potest leges statuere: & illas contra hęreticos: postquam de illorum pertinacia constiterit, executioni mandare. In his & similibus pœnis infligendis, ius canonicum & ciuile mutuo se inuant, & alterum alteri suffragatur, & supplet quod alteri deesse contingit.

Est rursus alia pœna de qua nihil prorsus eccl'ia hucusq; statuit, quia per ecclesiasticas sanctiones illam statui nō conueniebat. Talis est mors, quæ nunquam per ecclesiasticas sanctiones alicui inferre mandatur, ppea φ uiros sanguinum Deus ab altari suo repellit. Nam Dauidem uirū alioqui sanctissimum, quia sanguinem humanum fuderat, prohibuit, ne templum sibi ędificaret. Et ob hanc causam uiri ecclesiastici, non solum a sn̄ia mortis pronuncianda, uel scribenda, sed etiam ne illius executioni intersint prohibentur, ut dr̄ in cap. Sn̄iam, extra ne clerici uel monachi. Etsi forte alicubi in iure canonico, mors alicui crimini imponitur. Abbas in ca.1. de homicid. dicit illam esse intelligēdam de morte spirituali, hoc est de excōicatione, aut de morte ciuili, aut depositione. Ex quibus omnibus constat, mortem quę hęretico ob crimen hęresis infertur, rem esse ꝓrsus ciuilem & laicam & nullo modo esse dicendam rem ecclesiasticā: quamuis ip̄m crimen hęresis pro quo mors infertur, res ecclesiastica dicatur. Et ipsimet ecclesiastici iudices opere, quod dicimus fatentur. Quia postquam aliquem hęreticum pertinacem esse censuerunt, tradunt eum curię seculari, tanquam qui nihil amplius hn̄t, quod de illo iudicare possint, & rogant iudicem, ut misericorditer illū tractet, & sn̄iam mortis contra illum non pronunciet. Et inde apertissime conuincitur, ut in sn̄ia mortis contra hęreticos dicenda, inspiciendus sit etiam ille prædictus parag. Desertorem, sicut iuxta iurisperitorū sn̄iam inspicitur in criminibus lęsę maiestatis. Quia sn̄ia mortis quę contra hęreticum dr̄, non a iudice ecclesiastico sed a laico pronunciatur. Pręterea etsi in illa sn̄ia mortis res esset mista, utpote quę tam ad ecclesiasticam quàm ad laicā spectaret ptātem, necessario inspiciendus esset ille para. Desertorem, & iuxta illius decretum esset sn̄ia ferenda. Quia ubi ad cām aliquam, definiendam, ecclesiastici canones deficiunt, legibus Imperialibus uti licet, & aliqn̄ oportet, ut expresse decernitur in illo cap. 1. extra de no-

1. Par. 17.

uí operis nuncia. Et hęc de.1.ar. dixisse sufficiat.

Superest, ut de secundo articulo, hoc est de filio accusante prēm an sit eximendus ab omnibus pœnis, q̄ aduersus filios hęreticoꝝ iura decernunt, & an sint etiam bona paterna illi reddenda. De qua re, quid ego sentiā, duabus conclusionibus explicabo.

Prima conclusio sit hęc. Filius qui prēm ob crimen lęsę maiestatis aut hęresis, coràm iudice accusauit, liberādus est ab infamia & alijs pœnis contentis in.l. Quisqs. parag. Filij. C. ad. l. iul. maiest. & in cap. Siquis cum militibus. 6. q. 1. Qm̄ cessante ratione legis, necesse est ut mādatum & dispositio ipsius legis etiam cesset. Nam (ut dicit Abb. in cap. finali de rescriptis) nihil aliud est lex, quā ratio legis quę est uelut mens illius. Et citat Abb. ad huius sn̄ię confirmationem, Baldum in. l. non dubium. C. de legibus. Et inde infert legis dispositionem esse extendendam ad illa omnia, in quibus ipsius legis ratio inuenitur. Et inde etiam necessario consequēs est, ut legis ratione cessante, cesset etiam legis dispositio, pręsertim cū lex ipsa exprimit rōnem cui ipsa innititur. Nam ubi lex nullam sui mandati aut prohibitionis rationem exprimit ttsi ea quam nos putamus esse legis rōnem, ĩ aliquo casu deficiat, non statim censere debemus legis dispositionem non ualere. Quia forte alia, quam non putamus ratione fuit motus legislator, ut talem conderet legem. At ubi ea quam legislator exprimit, ratio deest, ibi etiā illius legis dispositionem deesse censendum est. Quia si alia legislatorem ratio mouisset, eam sicut aliam in ipsa lege expressisset: Ratio pp quam Imperatores Honori⁹ & Archadius, in illa pręd icta. l. Quisqs, censet filios eorum qui regiam maiestatem lęserunt, dignos esse infamia & alijs pœnis quę ibi numerantur, est ista. Quia in illis paterni, hoc est, hr̄ditarij criminis exempla metuūtur. At in filio qui prēm pp crimē lęsę maiestatis, aut pp crimen hęresis, coràm iudice accusat, nō est cur paterni criminis exempla metuantur: quia ille prēm accusans, apertissimo

apertissimo testimonio, & argumento euidentissimo ꝓbat & conuincit, se à paterno crimine longissime distare. Et inde apertissime consequitur, ut in tali filio dispositio illius. l. Quisquis: non sit exercenda, in quo ratio eiusdem legis deesse manifeste probatur. Forte hic aliquis respōdebit, uerū esse ꝙ cessante rōne legis cesset etiam eiusdem legis dispositio, sed hoc tunc solū ita fieri oportere dicet qñ effectus legis nō est iam cōsummatus. Nā alias, si lex iam suum obtinuit effectum, etiam si rō legis cesset, legis tñ dispositio cessare non debet, ut notat Philippus Decius in. c. Cum cessante, de appellatio. In hoc autem casu, antequam filius patrem de crimine accuset, iam illa ṕdicta. l. Quisquis, suum obtinuit effectū. Quia omnes illæ pœnæ in illa lege decretæ, sola morte excepta, ut ex discursu literæ constat, sunt ipso iure inflictæ, & inde sequitur, ut à die quo pater crimen cōmisit, ante quam filius illum accusaret, pœnæ illæ suum fuerint sortitæ effectum. Et inde ulterius sequitur, ut quamuis ꝑ filij accusationem rō illius legis. Quisquis, cessare uideatur, illius tñ legis dispositio cessare nō debeat: quia effectus illius erat iam executioni mandatus. Sed hæc rñsio non ualet, quia id quod dicitur quòd effectu legis consūmato, non debet cessare legis dispositio ēt si ratio legis cesset, tūc solum uerū erit, qñ lex ex manifesta rei cognitione procedit ad executionem: non aūt qñ ex sola suspicione procedit. Tunc. n. si constaret suspicionem esse falsam, & ex falsa suspicione fuisse processum ad legis effectum, necessario erit ṕceptum legis reuocandum, & sic cessante rōne necessario debet cessare lex. In patre, qui manifeste probatur regiam læsisse maiestatem, etiam si postea sui sceleris aperte pœniteret, & manifestis argumentis suam fidelitatem probaret, nunquā ob hoc erit liber ab infamia & alijs pœnis quas ipso iure iam incurrerat. Quia & si tūc rō legis cesset, ipsa tñ lex cessare nō debet: propterea quòd per apertam sceleris cognitionem lex illa suum obtinuit effectum. At, non sic in filio,

qui, etsi a die quo pater crimen cõmisit, incidit in pœnas illas, nõ tñ ob manifestam sui criminis cognitionẽ, sed ob solam iuris suspicionem omnes illas passus est. Oportet igitur ut postq̃ ille prẽm suum de eodem crimine accusans, manifesto argumento probauit ius in tali suspicione fuisse deceptum, declaretẽ esse ab illis pœnis immunis in quas pp solam suspicionẽ fuerat damnatus.

De hac tamen re uolui in hac parte admonere lectorem, nt non putet, idem prorsus ubique dicẽdum esse de infamia & alijs pœnis quæ filio propter crimen patris infliguntur. Nam in filijs illius qui regiam læsit maiestatem, est hoc discrimen, quòd is qui ante delictum patris cõmissum natus est, nullam ex crimine paterno trahit infamiam, nec aliquam ob illud à iure suscipit pœnam: sed omnes illæ pœnæ à iure decretæ eos solum filios cõcernunt, qui post delictum cõmissum nati sunt, ut notatur in. l. 2. C. de libertis & eorum filijs. Nam ex illo loco Baldus colligit legem generalem, ut delictum patris nũquam noceat filio, qui ante illius delictum natus est, sed illi soli qui postea nascetur. Quia hic solus (ut ille ait) cõtrahit maculam ex radice patris iam infecta, alius autẽ non, sed à radice sana. Eadem sñia apertius (ut ego censeo colligi potest, ex. l. emancipato, paragr. fi. ff. de senatoribus. Et de hac re est in Hispania in regno castellæ lex specialis. Nam in libro septẽ partitionum, qui uulgo dicitur, libro delas siete partidas, in secunda partitione, tit. 27. l. 6. circa finem, dicitur. Pero no se entiende. &c. Quæ litera (ut ego existimo) aut ex uitio scriptorꝶ, aut errore impressorꝶ, est aperte corrupta, quia ꝓut illic hr̃, nullum protinus uerꝶ sensum reddit. Sed apertus & uerus illi9 sensus colligitur ex glos. Mõtalui, illic in lingua latina adiuncta, quæ postquam de pœnis regis prodito ri infligendas, dixerat, cõtinuo post de illius filijs loq̃ns ait. Et eius descendentes ex filijs postea procreatis perpetuo exulent, filij autem ante habiti, ob hoc uel aliud paternum delictum non puniuntur. Hæc Montaluus.

Ex qua glossa ego conijcio literam illius legis supra citatæ, quam corruptam esse constat, esse ad hunc modum corrigendam. Pero no se entiende delos fijos que ouiessem fecho añ q̃ errasen. Mas de los q̃ despues fixiessen, siendo ellos tã de mala uẽtura q̃ uiuos fincassen. Ca los derechos que fallarõ los antiguos de España en todas las cosas alli do pusierõ pena alos fijos por razõ de sus padres, siempre guardaron esto q̃ no ouiessen pena los q̃ sus padres auian engendrado, ante que el fecho malo fiziessen. Et quòd sic corrigenda sit litera, aperte conuinci potest per alteram legem quæ hr̃ in eod. lib. partitione 7. tit. 31. l. ultima, ubi postquam lex præcepit mulierẽ prægnantem, & si pœnam mortis mereatur, non occidi quousque pepererit, rõnem reddẽs, hæc uerba subiũgit. Casi el fijo que es nacido no deue recebir pena por el yerro del padre, mucho menos la merece el q̃ esta en el uientre por el yerro dela madre. Hæc ibi. Ex quibus oĩbus constat latum esse discrimen inter filios eoꝝ qui crimine læsæ maie. sunt maculati: ita ut illi soli qui post crimen cõmissum geniti sunt, infamiã & alias iuris pœnas incurrat, alijs, qui ante geniti fuerãt, ab his oĩbus pœnis exemptis. An autem idem ẽt in filijs hæreticoꝝ sit dicendum, ego dubito. Calderinus in consilijs suis, titulo de hæreticis consilio 3. mouet hanc qõnem & post multa hinc inde allegata, tandem dicit, catholicos filios hæreticoꝝ, qui ante quã pater laberetur in hęresim, nati sunt, non esse puniendos illis pœnis quę à iure contra filios hęreticoꝝ statutæ sunt. Sed nõ obstantibus oĩbus illis, q̃ pro hac sententia Calderinus affert, ego magis in hãc sñiam propensus sum, ut credam nullum inter filios hæreticoꝝ hñdum esse discrimen, per hoc quòd ante hæresim patris, aut postea geniti sunt. Quia ius canonicum, quod filijs hæreticorum infamiam & alias irrogat pœnas, nullum prorsus inter eos ponit discrimen, ut aperte cõstat per capit. Statutum, parag. Hoc sane. & per cap. Filij, de hæret. lib. 6. Nã in illis duobus locis, papa de fi-

Mõtaluus. Lex regni castellæ. Calde.

liis hæreticorum loquens nullam ponit inter illos distinctionem, per hoc quod ante aut post nati sunt: sed solũ per hoc quod patres illorum, fuerunt usque ad mortem in sua hæresi pertinaces, aut ante mortem de suo errore correcti sunt, & unitati ecclesiæ incorporati. Sed ad hoc argumentum rñdet Calderinus dicens, quod licet ius canonicum indistincte loquatur de filiis hæreticorum, quia tamen non est eadem ratio particularium contentorum sub illa uniuersali sñia, distinguendi sunt filii ante nati ab illis qui postea nati sunt. Rõnem autem diuersitatis ille dicit esse hanc. Quia qui postea nascuntur, descendunt à sanguine reprobato: & ideo merito suspicandum est, tales illos fore, quales parentes eorum fuere. Filii uero qui ante nati sunt, quia non descendunt à sanguine infecto, ideo non est iustum ut in illis paterni, hoc est, hęreditarii criminis exempla metuantur. Sed hæc rñsio nullius prorsus est roboris. Primo, quia ubi lex nõ distiguit, nec nos distinguere debemus, ut dicitur in.c. Quod si dormierit 31.q.1. & in.c. Solitę, paragr. nobis aũt extra de maiorit. & obed. & in.l. Imperator. ff. de postul. & in.l.3. ff. de offic. præsidis. Et ideo licet in crimine lęsæ maiest. sit ponẽdum illud discrimen, non tñ in crimine hæresis. Quia leges Imperiales ad quas spectat de crimine illo censere, aliquod ponunt discrimen inter filios patris q regiã aut Imperialem læsit maiestatem, Ius aũt canonicum circa pœnas quas filiis hęreticorum irrogandas esse cẽsuit, nullum posuit inter ipsos filios hęreticorum discrimẽ, per hoc quod ante, aut post crimen à patre cõmissum nati fuissent. Et per hoc aperte conuincitur, omnes illas leges, q̃s pro suæ sententiæ confirmatione Calderinus citat, nihil illi suffragari posse. Quoniam etsi in aliis criminibus, ita faciendum esse ius ciuile aperte decernat, in crimine tñ hæresis, ius canonicũ, ad qđ res hæc spectat, nihil tale fieri præcepit. Præterea, ratio diuersitatis, quam inter filios hæreticorum, qui ante, aut post crimẽ à patre cõmissum nati sunt, Calderinus assignat, nulla est. Quia & si

sanguis patris infectus possit utcunque filijs nocere, ut in de ad aliqua peccata cõmitenda illi inclinationẽ & quã dam pronitatem habeant, hoc tamen uerum nõ est in peccatis illis quæ pure spiritualia censentur, & nullum hñt cum carne commercium, neq; ullam à carne originẽ trahunt, ut sunt omnes inuidiæ, multæ superbiæ species, uidelicet de suis meritis confidentia, suæ tantum pruden tiæ inniti, alios omnes ad sui comparationem despicere. Hæ omnes superbiæ species, inter peccata spiritualia cẽ sentur, quæ nullam à carne trahunt originem. Hæresis autem etsi à carnalibus uitijs aliqñ oriatur, præcipua tamen illius causa (ut libro sequenti dicemus) est super bia. Quoniam hæc est uera omnium hæresum parens, à qua potissimum omnes hæreses generantur. Quo fit, ut licet aliquæ sint hæreses, quæ à carnis concupiscentia quodammodò oriantur, multæ tñ sint aliæ quæ nihil cõ mune cum carne hñt, nec ad illas carnis concupiscentia solicitat, sed omnis illaꝝ error à sola uoluntatis malitia procedit. Circa has igitur hæreses sanguis patris quam libet infectus, nihil potest nocere filio, ut in illo paternę hæreseos exempla metuant: cũ tales nõ à carnis cõcupi scentia (ut cætera crimina) sed ab ipsius aīæ superbia o- riantur. Et inde aptissime cõuincitur, nullum posse dari certum discrimen inter filios hæreticoꝝ, per hoc solum ꝙ ante aut post crimen à patre cõmissum, nati sunt. Sed forte quis mihi obijciet per ea quæ supra cap. 9. huius li bri, cum de infamia loqueremur, diximus. Eo.n. loco de infamia hæreticoꝝ, quæ ad filios etiam catholicos deri uatur tractantes, probauimus, iuste illã infamiã ad filios deduci, quia cõplexionem corporis, & iclinationes cor porales sępe filij à parentibus trahũt: & inde suspitio ori tur, ut filij in eosdem labãtur errores: in quos patres eoꝝ lapsi fuerunt. Fateor in multis hæresibus, uidelicet in il- lis quæ à carnis concupiscentia ortum hñt, hanc esse iu- stam suspitionis cãm, quamuis nõ solã aut, præcipuam. Si pater hæreticus credit, nõ esse ieiunandum certis die-

bus,ut Aerius docuit,aut ieiunia nullius esse uirtutis, ut censet Lutherus, aut uirginitatem non esse præstantiorē matrimonio,ut Iouinianus dixit,aut in aliā similē hęresim de carnis delitijs tractantem lapsus est,filius illius iuste ob hoc metuitur in similes errores qui à carne oriunt̄, aliqñ fore lapsurum. Si tamen pater in hæresim Arrij, aut Sabellij,aut Nestorij,aut Dioscori & Eutychetis lapsus est,pp solam hanc causam,quòd patris complexionē suscepit,non iuste metuitur, ꝙ filius in eandem labat̄ hæresim,in quā lapsus est pater. Quia hr̄ses istæ, non à carnis concupiscētia,ut aliæ,sed à sola mentis superbia, ortæ sunt. Filij autem,non animam rōnalem, sed solam carnē à parentibus suscipiūt.Et ob hanc causam ego capite nono huius libri,cū de infamia hæreticoꝶ,quę usqꝫ ad filios eoꝶ deriuatur,tractarem,non dixi hanc solam esse causam quòd illa usque ad filios deducatur, quia illi corporis complexionem,ac proinde inclinationes ad uitia à parentibus trahunt,sed aliam addidi rōnem, quę mihi potior uidetur. Quia uidelicet ex amore quo erga parentes suos afficiūtur,ferè semper procurant esse parē tum suoꝶ imitatores. & sæpe ad eoꝶ imitationem nitūtur uitam suam cōponere. Et ob hanc causam, cap.8. huius libri probaui patriam potestatem,quam parentes in filijs suis hn̄t,iuste ab hæreticis parentibus ablatā esse, ne filij ex amore quo erga parentes afficiunt̄,et ex longa conuersatione cum parentibus habita criminis paterni fiāt imitatores. Hæc aūt parentum imitatio, non distinguitur in filijs per hoc quòd ante aut post, nati sunt, & inde conuincitur,ut in crimine hæresis quod non semper à carne oritur, non sit ponendum discrimen inter filios hæreticorum,per hoc quòd ante aut post crimen à patre commissum nati sunt:præsertim,cum ius canonicum ad quod hæc res spectat,nullum inter filios hæreticoꝶ posuerit discrimen,sicut ius ciuile posuerat inter filios eoꝶ qui regiam aut Imperialem læserunt maiestatem. Deinde constat,ultionem parentum sępe in filios deriuari,pp

solam sceleris grauitatem, ad incutiendũ aliјs terrorem, ut in filio bastardo, q absq; culpa sita, non tñ sine cã à ministerio altaris prohibeť. Et hanc puto esse potiorẽ cãm pp quam filiјs hæreticorũ quamuis catholicis, tot pœnę sunt à iure inflictæ: ad sceleris uidelicet grauitatem denotandam, & aliјs per hoc timorem incutiendũ. Quę rõ cum in omnibus hæreticorũ filiјs æque militet, conuinci tur inde ẽt nullum esse inter illos ponendum discrimen.

Secunda conclusio. Filius qui patris hæresim iudicire uelauit, illius perfidiam aperte demonstrans, dignus est ut bona quę ex patre iure hæreditario illi competere po terant, non auferantur ab eo, sed omnia in mercedem suæ uirtutis illi reddantur. An aũt ex iuris scripti rigore & necessitate ita, ut hęc cõclusio dicit, faciendũ sit, mihi non cõstat, & ideo de sola cõgruentia & quadam naturali æqtate loquor: ut æquũ sit et rõni naturali congruũ, sic fieri quemadmodum in nrã conclusione dr̃. Aliquos iurisperitos legi qui ita faciendum esse docent, nullus tñ illorũ quos uidere licuit, citat textum per quem illa con clusio aperte ex iure probari possit. Doctor Palacios ru uios in repetitione capit. Per uestras, extra de donatio. inter ui. & uxo. dicit bona patris esse reddenda filio, qui patris delictum reuelauit, etiam si pater damnetur per. l. Quisquis. C. ad. l. Iul. Maiest. Pro huius tñ sñiæ probatio ne, neque ullam legem ex iure ciuili, neque canonem ex iure canonico citat: sed solam quandam constitutionem Federici Imperatoris. Repertorium inquisitionis eãdem sñiam docet, ĩ uerbo Filiј par. Sed circa supradicta. Et ad suæ sñiæ confirmationem, solum etiam citat illam Fede rici constitutionem In qua, postquam uarias contra hæ reticos & eorum filios pœnas statuit, hæc tandem quæ sequuntur, adiungit. Nec quidẽ à misericordiæ finibus duximus excludendũ, ut si qui paternæ hæresis nõ sequa ces, latentem patrum perfidiam reuelauerint, quacunq; reatus illorũ aĩaduersione plectantur, prædictæ punitio ni non subiaceat innocentia filiorum. Hęc sunt uerba cõ

ſtitutionis Federici. Quæ conſtitutio, ſi aliquid uigoris habet, in illis tm̃ terris quæ Imperatori ſubduntur, uim ſuam habebit. Quod autem repertorium dicit, illam Federici conſtitutionem cõfirmatam eſſe per eccleſiam in capit. Vt inquiſitionis, de hæreticis. lib. 6. fallitur. Qm̃ etſi conſtitutio illa ibidẽ laudetur, & confirmetur, non tñ abſolute & vĺiter, ſed cum limitatione confirmatur per hæc uerba. Quatenus (inquit papa Bonifacius) Dei & eccleſię ſanctę ſuę honorem promouent, & hęreticorum exterminium proſequũtur, & ſtatutis canonicis nõ obſiſtunt. Ecce uides qua limitatione ſummus Pontifex illas Federici conſtitutiones confirmauit. Igitur ubi ea ĩ conſtitutione Federici decernuntur, quę alijs ſacris canonibus ſunt contraria, conuincitur ea non eſſe per papam ibidem approbata. Filij autem hæreticoꝝ, etiam ſi ipſi ſint catholici, abſque ullo diſcrimine ſunt iure canonico ab hæreditate paternoꝝ bonoꝝ excluſi: ut patet in cap. Vergẽtis, extra de hęreticis. Quo fit, ut cõſtitutio Federici pro ea parte qua iubet, bona paterna reddi filio, qui hæreſim patris latenter reuelauit, non ſit per papam confirmata: quia repugnat id quod dicitur in cap. Vergẽtis, ubi ſine ulla limitatione, filij hæreticorum excluduntur ab hæreditate paterna. Cum itaq; ex iuris rigore & neceſſitate, non conſtet bona patris hæretici eſſe reddẽda filio catholico, qui patris hæreſim latẽtem reuelauit, ego ſolam huius rei æquitatem uolo oſtendere, & probare æquum & rationi cõgruum eſſe ut ita fieri præcipiatur. Nam æquum & iuſtum eſt, ut bene & ſtudioſe agenti, præmium reddatur, præſertim ſi in opere quod ſtudioſe agit, principi, aut reipublicæ ſeruit. Alioqui, pauci eſſent, qui ad uirtutis opera mouerentur, ſi omnis ſpes præmij ab operibus bonis tolleretur. Qm̃ et ſi multo melius ſit ſolo uirtutis amore, quam per ſpem præmij, opera ſtudioſa exercere, multo tñ plures ſunt, qui per ſpem præmij, quam qui ſolo uirtutis amore, mouentur ad bonũ. Ideo Paulus talem hominum conditionem agnoſcẽs, ut

rarissimi sint, qui omni præmio secluso moueãtur ad uirtutem, dixit: Credere oportet accedentem ad Deum, quia est, et q̃ inquirentibus se remunerator sit. Hoc ideo Paulum dixisse constat: quia nisi homines crederẽt Deũ præstare mercedem his, qui seruiunt illi, nulli, aut quàm rarissimi essent, qui gratis uellẽt illi seruire. Nam Dauid ille prophetarum eximius, inclinauit cor suum ad faciendas iustificationes Dei, pp retributionem. Et Moyses ille, quem ob eximias illius uirtutes Deus Israelitici populi ductorem, & legislatorem instituit, & cum quo Deus quasi amicus cum amico loquebatur, aspiciebat (ut Paulus de illo refert) ĩ remunerationem, ut magis eligeret affligi cum pp̃lo Dei, quàm tpalis peccati hr̃e iocunditatem. Si isti tales, ac tanti uiri Deo seruientes, aspiciebant in retributionem, quam suis meritis dandam sperabant, quis iam tantus erit, ut omni spe remunerationis seclusa, Deo seruire, & illi per omnia obedire uelit? Et inde aptissime conuincitur nullum Principem, nullamq́ rempublicã, hoc sibi iuste arrogare posse, ut uelit subditos suos sine ulla præmij spe de se bene meritos esse: sed oportet eos iuxta meritorꝶ diuersitatem, benemerentibus diuersa polliceri præmia, ut quisque ad tãto maius seruitium Principi exhibendum anhelet, quanto maius inde sperat præmiũ. Vnde btũs Gregorius Maximiano Epõ Syracusano scribens, ait: Iustum nanq; est, ut illi consequãtur stipendium, qui pro tpe suum commendare reperiũtur obsequium. Hæc Gregorius. Et citantur à Gratiano in capit. Charitatem. 12. q. 2. Et hoc ipsum agnouerũt Honorius, & Archadius Imperatores in illa. l. Quisquis. paragraph. Sane. C. ad. l. Iul. maie. ubi illum, qui initam factionem prodiderit, premio ab illis, & honore decorandũ esse promittunt. Si is, qui alium hoĩem, nullo sanguinis uinculo sibi coniunctum, accusat, probãs eum læsæ maiestatis reũ, dignus est, ut prẽmio, & honore decoretur, multo certe dignior erit præmio et honore, qui zelo uirtutis accensus ꝓprium patrem de eodẽ crimine ac-

Heb. 11
Ps. 118.
Heb. 11
Grego.

cusare non reformidat. Is enim desiit esse filius, ut fidelẽ subditum ageret, & orphanus uiuere, quàm Principis incolumitati deesse maluit. Praeterea si is, qui studio uerae laudis accensus (ut illi Imperatores aiunt) proditorem reuelat, ut Regiam maiestatem seruet illaesam, praemio, & honore dignus est, multo iustius est, ut qui studio fidei catholicae accensus, hereticum prodit: pręmio, & honore decoretur, propterea quòd ecclesiam catholicam, quę cunctis Imperatoribus est maior, & melior, uult seruare illaesam, ut exclusa ab ea omni hereticorum ueneno, nullum ex his membris, quę sibi per fidem uniũtur, ab ea per hęresim abscindatur. Sicut enim multo grauius est diuinam, quàm humanam lędere maiestatem, ut dicitur in cap. Vergentis. extra de hęreti. Ita è contrario, multo melius est diuinae, quàm humanę seruire maiestati, & diuinę, quàm humanę maiestatis honorem zelare. Rursum is, qui reuelat coniurationem cõtra Romanum Pontificem initam, etiam si sit particeps criminis, non solum purgatus à culpa: sed etiam remuneratione, quę non sit indigna subleuari pręcipitur, in capit. Siquis Papa. 79. dist. Et hinc apertissime colligitur multo iustius esse, ut filius catholicus patris hęresim reuelans pręmio donetur, cum hic non sit particeps criminis paterni, sicut ille. Siquis forte dicat maius, & grauius esse hęresis crimen, q̃ coniuratio contra papam: ac proinde non esse ęque iustum, ut hic pręmio donetur, sicut ille: is certe sic dicens potius ex suo dicto nostram colliget sniam, quàm suam. Nam sicut grauius pctm̃ est hęresis, q̃ cõiuratio, aut quoduis aliud crimen lęsę maiestatis: ita ex opposito maius bonũ facit, qui resistit hęresi, q̃ qui resistit coniurationi: & ita maiori pręmio est dignus. Forte qs dicet, fatendo dignum esse, ut talis filius pręmio donetur: sed satis magno pręmio illum donatum esse dicet, per hoc q̃ à pœnis, quę illi ob patris delictum erãt à iure inflictę, sit liberatus, nec opus esse, ut bona paterna illi pro pręmio reddantur. Sed qui sic dixerit, ni-

mium à ueritate errabit, & ostendet se non intelligere, quanta sit differẽtia inter declinare à malo, & facere bonum. Sunt.n.hæc duo ualde diuersa, & à se inuicem separabilia, quibus alia duo etiam ualde diuersa respondẽt: quæ sunt liberari à pœna, & donari præmio. Huic boni initio, quod est, declinare à malo, respõdet alterũ, quod est, liberari à pœna. Non.n.per hoc solum, quis liberatũ à pœna, ꝙ bene agit: sed per hoc, quòd declinat à malo. Nam alioqui, is qui nec bene, nec male agit: sicut est dormiens, non liberaretur à pœna. Soli igitur bonæ operationi respondet præminm. Et inde constat aperte filiũ, qui patrem de hæresi accusat, per hoc solum liberari à pœnis, quæ alioqui fuissent sibi infligendæ, quòd cõstat eum non esse paterni criminis imitatorem, nec iuste in illa paternæ iniquitatis exempla esse metuenda. Sed q̃a non solum est liber à culpa paterna, uerum etiam præclarum insuper facinus addidit patris hæresim reuelando: ideo opus est, ut non solum liber à pœoa: sed prẽmio dignus censeatur. Et sic dignus esse conuincitur, ut illi bona paterna reddantur. Accedit ad hæc omnia, id qđ concordi sñia omnes theologi docent, iustum omnem in quouis bono opere, quod pro altero egerit, prius sibi, q̃ alteri mereri, nec alteri mereri posse, q sibi ipsi non meretur. Et inde theologi colligunt eum, qui in peccato mortali, & cum uoluntate peccandi persistit, quamuis instantissime, & feruentissime pro alio peccatore Deum oret, nihil illi ad animæ salutem mereri, ppea ꝙ sic existens: nihil sibi ipsi mereri potest. Filius, qui patris crimen reuelauit (ut supra in.1. art. huius quæstionis ostẽdimus) meretur, ut pater ab eo oblatus mitius puniatur, quàm si ab alio proderetur: ergo iustum est, ut sibi ipsi aliquid mereatur: cum multo facilius sit sibi ipsi, quàm alteri mereri, & certum sit, ut prius sibi quisque, quàm alteri mereatur. Hæc sunt, quæ de hac re pro æquitate, & congruentia præfatæ secundæ conclusionis dici posse mihi uidentur: quamuis illa (ut dixi) nullo modo ex

iuris rigore, & necessitate probari possit. Et inde infero, ut filius quantumlibet sit catholicus, & quamuis patrē de hæresi conuicerit, non sit tutus in conscientia, bona patris, quæ illi iure hęreditario competere poterant sibi ipsi capiendo, & retinendo. Quia cum hoc non sit illi à iure concessum, oportet illum iudicis sñiam expectare à quo hæreditas patris, aut similis alia res, pro suæ uirtutis præmio concedatur, prout in alio casu fieri decernit. in.l. prima. C. quibus causis ser. præ. lib. accipiunt. Ante iudicis ergo concessionem male ageret filius, qui patris crimen reuelauerat, bona patris retinendo.

Multa alia ad hęreticoꝝ pœnas pertinentia potuissem in hoc secundo libro pertractare, quæ omnia multiplici ratione motus prætermisi. Nam eoꝝ aliqua adeo sunt aperta, ut uel mediocriter doctum latere non possent. Deinde si quæ forte difficilia, & recondita sunt, de quibus nihil in hoc secundo lib. disserui, ea non ad pœnas (ut ego arbitror) spectant: sed ad solos processus per quos iudex ad sententiam dicendam progreditur, spectare puto. Quæ cum sint ab eo, quod à principio operis dicere statui, lōge diuersa necessario sunt à me omissa, ne longe ab scopo me diuertisse à multis accusarer. Accedit ad hæc illarum rerum qualitas, & conditio. Nam ea, quę omisimus talia sunt, ut melius de illis iurisperiti, ꝙ theologi differere possint, & ob eam potissimam causam illis necessario relinquēnda esse censui.

FRATRIS ALFONSI DE CASTRO

Zamorensis, ordinis minorum, in tertium librum de iusta hæreticorum punitione,

PRAEFATIO.

QVisquis populi regendi curam habet, si iuste, & sancte suum cupit exequi ministerium, id præ omnibus optare, & pro illo assequendo nihil intentatum relinquere debet, ut nulla perpetrent̄ scelera, quę nisi remissus, & prorsus negligens hi i uelit, sit necessario puniturus. Nam qui flagitia, quæ punire ualeat in subditis suis optat, & quærit, is non Rex: sed tyrannus, non pastor: sed lupus, non iudex, sed carnifex merito censendus erit. Nec satis est Regi, aut Epō, aut cuiuis alteri regiminis curam habenti, q̄ crimina, aut scelera nulla cōmitti optet: sed opus est, ut diligenter procuret, & totos huic rei neruos impendat, ut hoc ipm̄, quod optat, eueniat. Nam si ob illius negligentiam aliquod hor̄ contigerit, id omne illi erit merito imputandum, & de omni tali illum Deo rationē exactissimam reddere oportebit. Oportet.n. ut oēs mundi rectores quocunq; nomine illi censeantur, intelligant se non in hoc sclum à Deo positos esse, ut crimina puniāt: sed potius, ut id primum procurent, ne ulla scelera perpetrentur. Rector.n. & populi gubernator bonum, & pium medicum in hac parte imitari debet, qui si tuendæ alicuius hominis salutis curam suscepit, non solum nitit̄ illum postq̄ ęgrotauerit, pristinę restituere saluti: sed ne in morbum aliquem incidat oēm adhibet diligentiam. Si medicum imitari dedignantur Principes, aut Epī, aut quiuis alij orbis rectores, uel Deum ipm̄, qui totius mūdi sapientissimus est gubernator, & rector, non est cur imitari dedignentur. Inspiciant ergo illum omnes Christiani orbis rectores: et si recte, quę illis cōmissa sunt administrare cupiunt, faciant iuxta diuinum exemplar, qđ

illis sacra ostēdit scriptura. Deus siquidem (ut sacræ nos docent literę) neminem perire cupit: sed uult omnes nos saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire. Neminē certe perire uoluit, aut à recta iustitiæ linea, uel latum pilum discedere: qui ne ullus unq̃ (nisi ultroneus & lubēs) errare posset, certissimam omnibus, qua uitam possent assequi sempiternam uiam ostendit, paratus prætera semper iuuare omnes, qui suo destituri auxilio frustra illam assequi conarentur. Docet Deus bonum, hortatur ad illud, promissis allicit, flagellis prementibus urget, incipientes iuuat, progredientes comitatur, & fouet. De quouis peccato ne incauti in illud incidamus sępissime admonet. Si nos peccato proximos uidet, acerbissimis pœnarũ minis nos ab illo deterret. Si iam collabentes conspicit, supponit manum suam, ut nō collidamur. Quia hostes nos circunstant, qui nos ad pctm̃ semp impellere conantur, amicos, ne dicam pędagogos, nobis angelos contulit, qui nos contra hostes iuuarent, et qua possent parte ab illis tuerentur. Tam feruentem deniq; uoluntatē conseruādi nos in bonitate, & à malitia auertendi Deus habet, ut pro hac re nihil illum prętermisisse uideatur. Fateamur ergo omnes cum propheta, atq; ut acceptū Deo feramus, necesse est: q̃ nisi Dñs adiuuisset nos paulominus in omne pctm̃ lapsi fuissemus. Hanc igitur immensam Dei misericordiam, & uigilantissimā, quam nostri perpetuam ille curā habeat, uel aliqua ex parte imitari deberent quotquot Dei loco p̄sunt, quos ille ad sui ppl'i gubernationē uarios īstituit ministros, ut quemadmodum illum in prelatione imitātur, ita etiam imitentur in cura & diligentia, ut omnes, quas potuerint exerceāt uires, ut subditos suos ī uirtute custodiāt, & à uitijs auertant. Quod si tam exactam circa reliqua omnia scelera oportet rectores adhibere diligentiam, ut illis ne oriantur, occurrant: tanto iustius est, ut eam ipsam diligentiam ne hæreses nouæ oriantur, aut ueteres reuocentur, adhibeant. quanto hęresis reliquis omnib

1. Ti. 2

peccatis noscitur esse peior, atque pestilentior. Si diligenter uigilare debent rectores, ne furta, homicidia, adulteria, aliaque id genus crimina in pplo fiant, multo iustius est, ut diligenter attendant, ne hæreses in pplo oriātur, quæ multo plus nocumenti pñt toti populo inferre. Hęresis.n. sola est quæ totius Christianæ religionis fundamētum, quod fides est, impetit, atque prorsus euertit, quo sublato reliqua omnia, si quæ aderant bona, statim corruere est necesse. Cum igitur tanta necessitate Xpiani orbis rectores nō solum hęreses extinguere, sed illas ne insurgant impedire cogantur, ne solam nudam monitionem eisdem rectoribus prębuisse uidear, decreui in hoc tertio libro uiam certam illis ostendere, qua, si uolunt, facile possunt hæresibus, ne oriantur, occurrere.

Multas esse uias docetur, quibus commode possunt hæreses impediri, ne oriantur, & de una illarum specialiter disseritur in hoc Cap. 1.

Quoniam necessarium est principibus, & alijs omnibus totius reipublicæ Christianæ rectoribus quocunque nomine illi censeantur, ut diligenter omnes iuxta suæ p̄lationis obligationem, & potentiam inuigilent, atque laborent, ut nullæ unquam oriantur hęreses: ideo operæpretium me factur existimaui, si uias aliquas, qbus hoc cōmode fieri possit, illis ostendero. Vias autem ad id faciēdum, etsi multas alij forte possent docere: ego tñ unā latissimam, & certissimam uiam ostendā, quæ tñ postea in uarias diuiditur uias. Oportet.n. omnes auferre occasiones, quæ possunt ansam hæresibus præbere, euellere omnes radices, ex quibus perspicuum est hæreses facile posse nasci. Hæc mihi re uera uisa est certissima, & rectissima uia, qua cōmode pñt hæreses, ne oriantur, impediri. Nam sublata causa necesse est etiā tolli effectus, qui ab illa prodire debuissent. Nec melius res aliqua impediri potest, ne oriatur, quàm si causas omnes, quæ illam gignere possent sustuleris. Hoc igitur cū sit adeo notissimum, ut nemo possit inficiari, superest hæresum radices oñdere, ut illis aperte oñsis, ad illas euellēdas prin

cipes omnes accingantur,& sic ne hæreses nascantur,efficiant. Radices, & causæ hæresum uariæ sunt, & duplici nomine censentur. Quasdam dicere possumus intrinsecas eas uidelicet, quæ latent, & fixæ sunt in animabus eorum, qui hæreses tenent. Aliæ causæ, & radices dicetur extrinsecæ, aut si mauis externæ, & sunt illæ, quæ foris sunt, & extra personam illam, quæ est in hæresim lapsa. De causis intrinsecis hoc solo cap. differemus: quoniam istarum ablatio magis ad singulas quasque personas, quàm ad principes, aut rectores, spectat. De alijs uero extrinsecis causis, quæ multę, & uarię sunt, et facilius à principibus possunt auferri, per multa cap. pertractabimus. A causis igitur intrinsecis incipiens: dico certissimam, & indubitatam, atque pręcipuam hęresum causam esse proprium hominis peccatum. Et hoc aperte declarauit Salomon, qui de puero ante tempus ex hac uita sublato loquens, ait: Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius. Quibus uerbis nos docet malitiam esse tam potētem, ut intellectum hominis ex uno iudicio uero in aliud falsum, atque peruersum mutare ualeat. Nam uoluntas (ut experientia nos docet) sæpe trahit ad se iudicium rationis, ita ut intellectus ea iudicet bona, quę uidet uoluntatem amare, & illa dicat esse mala, quę scit uoluntatem odisse. Propterea Aristoteles in Ethi. censet omnem malum esse ignorantem. Quod non ideo illum dixisse putandum est, quod existimauerit omnē malitiam uoluntatis ab ignorantia oriri: sed potius econtrario: quia ex omni uoluntatis malitia aliqua oritur ignorantia, quę iuxta mensuram affectionis ipsius uoluntatis crescit, aut minuitur. Licet uoluntas (ut Augustinus ait) non possit uelle, aut nolle, nisi id, quod est ab intellectu pręcognitum, non tamen opus est, ut antequam uoluntas uelit aliquid, aut nolit, intellectus illud iudicet esse bonum, aut malum: sed satis est, ut simplici cognitione illud pręcognouerit, nulla prorsus bonitatis, aut malitię habita ratione: prout quotidie contingit in his, qui sine consilio, & deliberatione operantur,

Sap. 4.

tur,non considerantes,an bonum sit an malum id,quod facere decernunt. Post hãc uolũtatis electionem,intellectus sæpe iudicat iuxta uolũtatis imperium,& inde oritur,ut homo sic iudicans peccet. Nam licet in intellectu non possit esse peccatum,ppea quòd ille non libere operatur: est tñ peccatum in uoluntate à cuius imperio, & affectione mouetur intellectus, ut hoc aut illud iudicet. Impotens siquidem,& effrenata affectio uoluntatis prius euertit iudicium rationis. Et hoc est, quod ait Iob: Animæ esurienti etiam amara dulcia esse uident. Et hæc est illa cæcitas animæ,quæ à malitia uoluntatis causat. Nam de Iudæis,qui odio, & inuidia moti Christũ saluatorem nostrum occiderunt,Salomon loquẽs ait: Malitia eoꝝ excæcauit eos. In principio quidem ex scripturis sacris,& tempoꝝ coniecturis,& ex mirabilibus per eum factis bene intellexerunt Christum saluatorem nostrum esse uerꝝ Messiam in lege promissum,cum uidelicet(iuxta parabolam Saluatoris) dicebant: Hic est hæres,uenite,occidamus eũ. Sed postea quia illoꝝ malos mores arguebat,& increpabat, irreconciliabili odio illum persequebantur: & quia populum illi nimium affectum,atq; credulum uidebant inuidia in illũ exarserũt. Quæ adeo illoꝝ mentes occupauit, ut illos prorsus excæcauerit,ne uera de illo iudicare possent, aut bene aliquid de illo sentire. Et iuxta hoc tp̃s accipiendum est, quod Paulus ait: Si cognouissent: nunquam dñm gl'iæ crucifixissent. Cognouerunt enim illum (ut dixi) sed qñ crucifixerunt, iam non cognoscebant: quia malitia illorum (ut dixit Sapiens) excæcauit eos. Et hoc mihi significasse uidentur philosophi,& poetæ: cum amorem pingere uolentes cæcum illum pinxerunt. Qua pictura nos docere noluerũt affectus nostros causam esse apertissimam,ꝙ sæpe in iudiciis nostris erramus, & cæcutimus. Ex qua mentis cæcitate facillime hæreses oriũtur. Ideo Anselmus exponens illud Pauli ex ep'la ad Ephesios: Vt non circunferamur omni uento doctrinæ in ne-

Iob.6.

Sapi.2

Mat.21

1.Cor.2

Ephe.4

Ansel. quitia hoīum, ait: In nequitia hominum dixit: quia hæresis non est, nisi in anima subdita peccatis: quia peccata cōmissa sunt cāæ, ut deus permittat eos errare in barathrum hæresis. Hæc ille. Ob hanc cām dæmones generis humani acerbissimi hostes uolentes in uarios errores, & hæreses hoīes protendere, prius illorū uoluntates ad peccata solicitant, ut illæ ardenter affectæ, intellectus suos postea in eandem sniam uenire faciant. Hoc enim optime intellexerat Dauid, cum dęmones ipsos alloqns

Psa. 118 dicebat: declinate à me maligni, & scrutabor mandata Dei mei. Timebat quidem in scrutinio mandatorū Dei errare, si malignorū spirituum tentationes uoluntatē suā in peccatum impulissent. Quod etiam in Palęstinis illis figura tum esse cognoscimus, qui (ut sacra refert histo-

Gen. 29 ria) puteos, quos Isaac foderat, terræ congerie replebāt, ne ullam ex illis Isaac claram posset haurire aquā. Putei illi profunda secreta sacræ scripturæ, aut mysteriorū diuinorum mihi figurasse uidentur, propterea quòd Salo-

Pro. 18. mon ait: Aqua profunda, sapientia in corde uiri. Ille ergo cum Isaac puteos fodit, qui reconditos sacræ scripturæ sensus, & Dei profunda mysteria inquirit. Sed hos puteos occulte terra replent Palęstini: qa nobis diuina mysteria inquirentibus dæmones terrenas ingerunt cogitationes, quib⁹ nos ad peccata, si possint, aut allicere, aut impellere ualeāt, ut amore terrenarū rerū repleti ueræ doctrinæ aquā haurire non possimus. Cum igitur ex supradictis iam manifestū euadat, errorem ītellectus ex peccato, & ex malitia uoluntatis oriri: fit inde, ut quemadmodum uaria sunt in hoībus uitia, & peccata, ita etiā uariæ sint in eisdem radices uariaq; semina, ex quibus uariæ etiam possunt hæreses oriri. Aliquando hæreses oriuntur ex superbia, & ambitione, aliquando ab auaritia, aliquando à carnis illecebris. De superbia non oportebat longam protendere disputationem, ut illam ostendamus esse hæresum radicem, cum aperte dixerit

Eccl. 20 Sapiens illam esse omnis peccati initium. Sed licet sup-

bia sit omnium peccatorum parens, & origo: specialiter quadam rõne dici potest magis esse hæresum mater quàm cæterorum omnium peccatorum, ppea quòd hæreses omnes proximius oriuntur a' superbia, quàm reliqua omnia uitia. Nã superbia efficit, ut plura, quam par est homo de se sentiat, plura se scire putet, quam re uera scit, plura se posse existimet, quam potest, & inde euenit, ut suis uiribus, suæq; prudentiæ nimium fidens facillime erret, putans se suis uiribus difficillima quæq; posse intelligere, & occulta sacræ scripturæ mysteria propria uirtute posse penetrare. Contra tamen Dauid sentiebat, qui ait: Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam. Et iterum: Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Ideo uiri illi, qui turrim Babel ædificantes cœlum conscendere uoluerunt aliquibus sacris doctoribus hæreticos significasse sunt uisi: qui cœlum etiam ut illi conscendere nituntur, quando proprio ingenio freti secreta cœlestia se posse rimari contendunt. Eucherius enim libro secundo super Genesim, capite septimo, iuxta hunc sensum illam historiam interpretatur. Magna quidem superbia est ambulare in magnis, & in mirabilibus super se: aliorum omnium iudicia, & sententias contemnere, suo iudicio tantum tribuere, ut illi soli plus quam cæteris omnibus fidat. In pœnam tãtæ superbiæ Deus illos ignorantiæ cæcitate percutit, ut non intelligant multa: sed pessime errent in illis, quæ si humiliter de se sentirent, facillime intelligere ualerent. Nam de huiusmodi superbis, qui multa de se opinantur Paulus ait: Obscuratum est insipiens cor eorum, dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt. Et Salomon in Prouerbijs ait: Vbi humilitas, ibi erit & sapientia. Qui bus uerbis ignorantiam, & errorem uidetur ex opposito tribuisse superbiæ, Et beatus Gregorius ait: Lumen ueritatis elatis mentibus abscõditur. Ideo hæreticis elatis, qui iudicium suum totius ecclesiæ iudicio præponere non uerentur, Deus per Ezechielem prophetam mi-

Psa. 118

Gen. 11

Rom. 1

Pro. 11.

Grego.

Ez. 13.

natur sic inquiens: Væ prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum, & nihil uident. Prophetas insipientes hic dixit hæreticos, quibus eo, quod spiritum suum, & non Dei sequuntur, datur cæcitas in pœnam, ut nihil uideant. Nam beatus Hieronymus in commentarijs super Ezechielem, præfata uerba Ezechielis censet de hæreticis esse intelligenda sic inquiens: Cum prophetarum nomen secundum regulam scripturarum bonis, malisq; commune sit, in eo differunt: quod boni prophetæ dicuntur esse sapientes: mali autem stulti, & insipientes. Quorum alterum refertur ad ecclesiasticos uiros: alterum ad omnes hæreticos, qui Dei spiritum relinquentes sequũtur spiritum suum: quia nequaquam diuino instinctu: sed proprio corde uaticinantur: unde & nihil uident. Hæc Hieronymus. Ex quibus uerbis apertissime constat, inde hæreticorum omnium hęreses oriri: quia illi superbia elati spiritum suum sequi uolũt. Nam si spiritum ecclesiæ qui utique est spiritus Dei, sequi uoluissent nunquam aberrassent à recta fidei catholicæ regula. Sed hæc de superbia in genere dicta sunt. Quapropter de quadam illius specie, quæ ambitio, seu immoderatus honoris appetitus dicitur, aliquid addere oportet, ut in specie ostendamus illam esse apertam hæresum causam. Omnes ferme hæretici præsertim hæresiarchæ honores huius mundi appetunt, uolunt ab omnibus æstimari, & in pretio magno apud omnes haberi: quod cum alia uia se assequi non sperent, hæreses nouas confingere procurant, ut per illas magistri dicantur, & populi duces. Præterea notissimum est ambitionem fuisse plurimorum schismatum causam: quia uolentes multi præesse alijs, & nolentes subijci, discesserunt ab obediẽtia illorum, quibus subesse debebant, & sic schisma fecerunt. At nullũ est schisma (ut Hieronymi uerbis utar) quod nõ sibi aliquã hæresim cõfingat, ut recte ab ecclesia recessisse uideatur. Hæc Hieronymus super epĩam ad Titum. Ex primo igitur ad ultimum gra-

Hiero.

datim progredientes euidenter colligemus ex ambitio ne sæpe hæreses nasci, quoniam ex ambitione orit schis ma, & ex schismate hæresis. Primam quæ, post Christi in cœlos ascensionem, orta est hæresis, ambitio peperit. Nam Simon ille Magus, cuius in actibus apostolorum Lucas meminit, fuit (ut Eusebius Cęsariensis refert) primæ hæresis inuentor, tam furiosa ambitione uexatus, ut conatus fuerit pro Deo à populo haberi, & ut talis ado rari, quod postea dæmone solicitante, & Deo permitente assecutus est. Nam Iustinus martyr in Apologetico quem pro fide nostra ad Imperatorem Antoninum scripsit, refert illũ sub Claudio Cęsare fuisse Romæ declaratum Deum, & uelut talem simulacri honore dona tum. Quod simulacrum (ut Iustinus ait) fuit in flumine Tyberis inter duos põtes collocatum habens titulum latinis literis scriptum. Simoni Deo Sancto. Quem oẽs Samaritanos, & nonnullos ex cæteris gentibus tanquam summum Deum adorasse idem Iustinus refert. Ex hac tam effrenata atq; Luciferina Simonis ambitio ne orta est uoluntas illa emẽdi (ut Lucas in actibus ait) donum Dei pecunia, & ex uoluntate error intellectus, quo credidit id licite fieri posse. Ob hoc solum, potestatem communicandi spiritum Sanctum Simon hic emere uoluit, ut uel hac occasione certatim ad illum pro Dei dono ab illo impetrando populi confluerent, & sic uisa tantæ rei nouitate illum populi tanquam Deum uenerarentur, quod ardentissime affectabat. Ex hac etiam radice orta est hæresis Aerij dicentis simplicem sacerdotem esse prorsus æqualẽ Episcopo, nec aliquod esse inter illos discrimen. Nam Epiphanius in libro octoginta hæresum de hoc Aerio disserens, ait: quòd uidens Eustachium quendam condiscipulum suum ad Episcopatum peruenisse, quem ipse assequi non potuerat, cœpit inde perturbare omnia & dicere Epm̃, non esse simplici sacerdoti superiorem, ut uel hac uia parem se Episcopis faceret. Idem cõtigit Ioanni Vuiclef, qui (ut de illo rei

Act. 8.

Iustin.

fert Thom, Vualdeñ.)ambiuit in Anglia Episcopatum Virgoniensem, quem quia obtinere non potuit, in eundẽ Aerij errorem lapsus est, dicens nullum prorsus esse discrimen inter Epm & quencꝗ aliũ sacerdotem. Idem prius credo euenisse hoc nostro seculo Luthero, & alijs multis qui post illum surrexerunt hæresiarchis, qui licet in alijs multis dogmatibus sint inter se diuisi, omnes tamen concorditer cum Aerio & Vuiclef sentiunt sacerdotes omnes esse pares, nullumcꝗ Episcopum imò nec papam agnoscunt potestate & ordine superiorem. Vellẽt quidem omnes illi se esse Episcopos imò & Summos Pontifices, quod si assequerentur non cõtemnerent nec se adeo submitterent, ut inferioris ordinis sacerdotes sibi ipsis pares facerent. Quia tamen id se posse assequi desperant, ne illis quos irreconciliabili odio prosequuntur, subijci uideantur, in hanc pestilentissimam hæresim proruperunt dicentes nec papam cęteris Episcopis, nec Episcopos alijs sacerdotibus esse superiores. Hos omnes hæreticos figurasse mihi uidentur Dathan & Abiron, qui sacerdotium quod illis lege competere non poterat, ambierunt: & ob hoc contra Moysen & Aaron eleuati sunt, & schisma in pp̃lo fecerunt. Ad hunc modũ Lutherani & alij recentes hæretici, sanctæ ecclesiæ corpus disiungere nitunt̃ dum caput quod Deus huic corpori dedit, hoc est. Sũmum Pontificem lacerare dedecorare impijs maledictis nõ cessant, et (qđ oĩum pessimum est) à corpore tollere conantur. Necꝗ aliud ab istis hæreticis in papã nunc fit ꝙ̃ à Dathã, & Abiron tũc in Moysen tentatũ est. Iustus tñ Deus, qui, sicut illos tunc horrẽda & insueta morte puniuit, ita etiam istos oẽs miserrima morte de hac uita tollet, apertacꝗ terra ĩ infernum cõjciet, perpetua obliuione sepeliẽdos. Altera hęresum radix est auaritia, ꝑut apertissime docuit Paulus in priore ad Timotheũ epistola, sic dicens. Qui uolunt diuites fieri incidunt in tentationem & in laqueum diaboli, & desideria multa & nociua quæ mergunt hoĩem in inte-

Nu. 16

auarit.

1. Ti. 6.

ritum & perditionem. Radix.n.omnium malorum cupiditas, quam quidã appetentes errauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis. In medio illius amphoræ, quam Zacharias propheta uidit egredientem, mulier sedebat, quę dicebatur impietas. Quod amphora illa auaritiam significet, angelus, qui loquebatur ꝓphetæ, ex nomine, quo amphorã appellauit, apertissime demonstrauit. Hic est (inquit angelus ad Zachariam) oculus eorꝫ in uniuersa terra. Nihil autẽ est, quod magis homines aspiciant, quam auaritiam. A maximo usq; ad minimum (ait Hieremias propheta) omnes auaritiæ student. In medio igitur amphoræ sedere impietatem, idem nobis significat, ac si apertius dixisset, ꝙ in ipsis auaritiæ uisceribus sedet defectus religionis, & fidei. Nã sicut pietas ad religionẽ pertinet, ita ex opposito impietas defectũ religionis significat. Ex hac pessima radice uidelicet auaritia nata est illa pharisæorum hæresis, qua docebant iudæos, melius esse aliquid in templo offerre, quàm parentibus egentibus distribuere. Ex eadem pestilente radice orta est etiam hæresis Grecorꝫ, qui(ut Guido Carmelita de illis refert dixerunt usuras esse licitas. Inde oritur etiam hæresis eorum qui putant simoniam esse licitam. Neque hoc solo contenta est auaritia quòd hæreses generat: sed tanquã bona mater illas nutrit et fouet, ne ob defectum nutrimenti necessario perire cogantur. Nam beatus Iob inter multa quæ subtiliter, figuratiua quadã(ut solet)locutione de hæreticis disserit, hoc unũ admiscet, ꝙ radix iuniperorꝫ sit cibus eorum. Quæ uerba interpretãs beatus Gregorius ĩ moralibus, ait: Quid per radicem iuniperi nisi auaritia designat, ex qua peccatorꝫ omnium spinæ producuntur? De qua per Paulum dicitur. Radix omnium malorꝫ est cupiditas. Ipsa quippe latenter oritur in mente, sed punctiones peccatorum omnium patenter producit in opere. Quas uidelicet pũctiones ab hac radice surgentes statim prædicator egregius insinuat, cũ subdit. Quam quidam appetẽtes erra-

Zach. 5
Hier. 5
Mat. 15
Iob. 30
Grego.
1. Ti. 6

uerunt à fide, & inseruerũt se dolorib⁹ multis. Qui enim multos dolores dixit, quasi nascentes innotuit ex hac radice punctiones. In iuniperis ergo peccata, in radice uero iuniperorũ, quid aliud quàm auaritiam, id est, materiam intelligimus pctõrũ? Quia igitur plerunq; hæretici sola in uerbis suis exteriora lucra sectanť, nec ignorãt, quia peruersa astruũt, sed erroris prędicamenta non deserunt, dũ sumptus percipere quasi doctorũ uolũt, bene de eis sancti uiri nunc uoce dicitur. Et radix iuniperorum erat cibus eorum. Quia dum totis mentis suæ sensibus auaritiam cogitant, quasi eo alimento uescuntur, de quo nasci procul dubio peccatorum sequentium pũctiones solent. Qui si quando in sacro eloquio quædam quasi prudenter inueniunt, quæ dum non intelligunt, ꝓ suis esse assertionibus suspicantur, mox miseris auditoribus suis quorum non animas: sed substantias appetunt, hæc uociferantes aspergũt. Hactenus Gregorius. Et certe ut ex multis cõiecturis suspicari licet, ego opinor multos ex istis recentibus hæresiarchis, qui modo in Germania uersantur, à sola auaritia detineri, ne resipiscant. Nam (ut audio) omnibus illis sunt stipendia publica, & non parua in ciuitatib⁹ uarĳs assignata. Et de aliqbus eorum legi hac sola ratione esse nimium ditatos, qui tamẽ antea nec ad uictus sufficientiam habebant. Ne igitur has, quas nimium appetunt, diuitias amittant, ab hæresibus discedere nolunt, quamuis se errasse intus agnoscant. Et de hac radice non est mihi mens plura nunc diceret: quoniam supra cum de pœnis hæreticorum disserui, longiorem de hac re sermonem feci.

Tertia demũ hæresum parens & origo est carnis uoluptas, q̃ leni quadam, & suaui uiolentia intellectum ad affectũ uoluntatis trahit, quamuis ante ille uehementer repugnauerit uoluntati. Solent.n. eẽ multo potentiores in hac re carnis illecebræ, quã honores & diuitiæ. Quod carnis uoluptas attenuet intellectus aciem, & illũ sæpe obtenebret, ne secreta fidei mysteria carnalis hõ intelli-

gere ualeat, aperte docet Esaias propheta, sic inquiens. Quem intelligere faciet auditũ? Huic aũt qõni ipsemet propheta respõdens, ait: Ablactatos à lacte, auulsos ab uberibus, hoc est, à carnis delitijs separatos. Si hos solos Deus intelligere facit mysteria fidei, quæ illis dicuntur, necessario cõsequens est, ut q non sunt ablactati à carnis illecebris, non intelligant, quæ audierint: quoniam ipse illecebræ hebetant intellectum, & aliquando illum ꝓrsus obscurant. Fascinatio nugacitatis (inqt Salomõ) obscurat bona: & incõstantia cõcupiscentię transuertit sensum sine malitia. Hinc igitur euenit ut qui carnis delitias nimium diligit, & post illas effrenatus currit, illas bonas esse dicat, & licitas esse putet, & sic in hæresim labatur. Ideo Paulus Romanis scribens ait: Rogo aũt uos fratres ut obseruetis eos, qui dissensiones & offendicula ꝑter doctrinam quam uos didicistis, faciunt: & declinate ab illis. Hmõi.n. Christo dño non seruiũt, sed suo uentri. Quæ uerba Theophilactus interp̃tãs, in cõmentarijs super epistolas Pauli, ait: Ex hac igitur uentris ingluuie & uitioꝝ seruitute, oẽs eruperunt hæreses. Hęc ille. Et iteꝝ in ep̃la ad Ephesios hoc ip̃m iam non rogat Paulus sed præcipit, sic inquiens: Hoc igitur dico et testificor in domino: ut iam non ambuletis sicut & gentes ambulant, in uanitate sensus sui, tenebris obscuratũ hñtes intellectũ, alienati à uita Dei per ignorantiam quæ est in illis pp cæcitatem cordis ipsoꝝ, qui desperantes semetipsos tradiderũt impudicitiæ, in operationẽ imunditiæ oĩs. Ecce uides Paulũ dicentẽ ab impudicitia & immũditia euenisse gẽtibus ingnorãtiã, obscuritatẽ, tenebras, deniq; cæcitatẽ cordis. Ob quã cãm Ephesios admonet et cõtestaẽ i dño, ut ab illis uitijs abstineant, ne i similes tenebras et cordis cæcitatẽ incidãt. Pręterea, inter plurimas luxuriæ spẽs quas enumerat btũs Gregorius libro uigesimo primo moralium, una est cæcitas mentis. Quod non fecisset nisi certo sciuisset mentis cęcitatem à carnis libidine tanquam ex certissima matre generari. Scelestissimi illi

Esa. 28.

Sap. 4.

Ro. 16.

Theop.

Eph. 4

Dan. 13 senes qui exarserunt in concupiscentiam Susannę (ut sacra docet historia) euerterunt sensum suum, & declinauerunt oculos suos, ut non uiderent cœlum, neque recordarentur iudiciorum iustorum. Sanson ille omnium hominum fortissimus nunquam fuisset a' Philisthęis excęcatus, nisi prius in brachijs Dalilę suam amisisset fortitudinem. Sic etiam anima nostra, quę per uoluntatis arbitrium tam fortis a' Deo effecta est, ut a' nullo cogi posit, & nulli rei nisi uolens succumbat, quia prius ad carnis delitias declinans, mollescit, & uires suas natiuas non exerit, ideo excęcatur ne uera a' falsis discernere posit: sed illas carnis delitias non solum licitas: sed summe bonas esse putet. De hac re cum tam multa sint exempla, opus est aliqua in medium proferre, ut uel inde lectori persuademus uerum esse quod dicimus. Ex hac nempe radice prodijt Basilides, qui obscœnas quasque libidines licitas esse docuit. Erat enim (ut de illo Epiphanius refert) homo libidinosus & omnem carnis turpitudinem amans. Inde etiam nata est Cherinti hæresis, qui docuit carnis delitias in promissa beatitudine futuras, ex hac radice Adamitarum conuenticula prodierunt. Inde etiam Anabaptistę ho c nr̃o seculo, qui cum alijs uetustioribus hęreticis promiscuum uagumq́; concubitum omnibus permittunt. Hinc illa Aerij hęresis ieiuniorum obligationem, uirtutem & meritum prorsus reijciens. Ab eadem radice prodijt Iouinianus matrimoniũ ęquans uirginitati. Ex eadẽ nata est Begardorũ & Beguinarum hęresis docens omnem coitum urente carnis libidine esse licitum. Inde etiam, ut omnibus notum esse potest, orta est maior pars hęresum, quę hodie extant in Germania. Est enim ferè tota illa prouincia cõ potationibus, uoracitatibus, cęterisq́; carnis uoluptatibus nimium dedita. Et ideo Martinus Lutherus falsus illorũ propheta, ab antiquo generis humani hoste suasus, illa prędicare & docere decreuit, quæ nouit illis esse amica, & ideo libentius ab illis suscipiẽda. Ecce iam

Iud. 16

ostendimus tres radices, à quibus sicut reliqua omnia peccata (ut ait Ioannes) ita etiam hæreses oriuntur. Hæ sunt honores, diuitię, & delitię. Adde q hęc peccata nõ solum sunt causę q ipsi peccatores illorꝝ perpetratores errent: sed etiam ut errent doctores alioqui boni à quib⁹ illi edoceri debent. Nam sicut pp peccata populi Deus malos rectores: ita etiam falsos doctores permittit. De malis rectoribus dr̃ in lib. Iob, Regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi. Quem locum interpretans beatus Gregorius in moralibus ait: Pro q̃lita tibus subditorum disponuntur acta regentium, ut sępe pro malo gregis, etiam uere boni delinquat uita Pastoris. Ille. n. Deo atteſtante laudatus, ille supernorꝝ mysteriorꝝ conscius Dauid propheta, tumore repentinæ elationis inflatus ppl̃m numerando peccauit: & tñ uindictam ppl's Dauid peccante, suscepit. Cur hoc? Quia uidelicet secundum meritum plebium disponuntur corda rectorꝝ. Iustus uero iudex peccantis uitium ex ipsorꝝ animaduersione corripuit, ex quorꝝ causa peccauit. Hæc Gregorius. De malis doctoribus & falsis prophetis, q pp peccata ppl'i illi mittantur à Deo, aperte satis docet Paulus in posteriore ad Thessalonicẽses epistola sic dicens. Pro eo q charitatem ueritatis non receperunt ut salui fierẽt: Ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio. Nec solos malos doctores Deus ppl'o pp illius peccata mittit, sed quod magis mirandum est, doctores alioqui bonos & ueros pp iniquitatem populi aut particularis hominis doctrinam quęrentis, errare permittit. De qua re ipsemet Deus testimoniũ præbet per Ezechielem prophetam, sic dicens: Qui posuerit immunditias suas in corde suo, & scandalum iniquitatis suæ statuerit contra faciem suam, & uenerit ad prophetam interrogans per eum me, ego Dñs respondebo ei in multitudine immunditiarum suarum. Et post pauca addit. Et propheta cum errauerit, & locutus fuerit uerbum, ego dñs decepi prophetam illum. Et exten-

1. Ioã. 2
Iob. 34
Grego.
2. re 24
2. the. 2
Ez. 14

dam manum meam super illum, & delebo eum de medio populi mei Israel, & portabit iniquitatem suam. Iuxta iniquitatem interrogantis, iniquitas prophetæ erit. Hæc sunt uerba Dei per Ezechielem prophetam. Et sicut uoce cõminatus est Deus, ita etiam re ipsa illum cõprobasse sacræ testantur literæ. Nam cum Achab Rex Israel perijt a quadringentis circiter prophetis an ire deberet ad oppugnandum Ramoth Galaad, deinde consuluit Michæam prophetam Dñi de eadem re, qui dixit Regi: Vidi Dñm sedentem super solium suum, & omnẽ exercitum cœli assistentem ei à dextris & à sinistris: Et ait Dominus: Quis decipiet Achab regẽ Israel, ut ascendat in Ramoth Galaad? Et dixit unus uerba huiuscemodi, & alius aliter. Egressus est autem spiritus & stetit coràm Dño & ait: Ego decipiam illum: cui locutus est dominus: In quo? Et ille ait: Egrediar & ero spiritus mendax in ore omnium propheta℞ eius. Et dixit dominus: Decipies & præualebis: Egredere & fac ita. Hactenus sacra Regum historia. Non potuit apertius & certius testimonium pro confirmatione eo℞ quæ diximus afferri. Erat quippe Achab Rex malus, & ideo iuxta illius iniquitatem similes illi prophetas qui illum deciperent Deus dedit. Quapp ego censeo, Deum pp multa Germaniæ peccata siue publica siue occulta, quæ omnia ille optime nouit, tam multos hæresiarchas illi prouinciæ dedisse, qui illam tam peruerse docerent & in tam execrandos errores perducerent. Neque mihi aliud persuadere possum nisi quòd iuxta iniquitatem illius (ut per Ezechielem prophetam minatus fuerat iniquos & fallaces doctores dedit. Ex omnibus istis tam apertis scripturæ sacræ testimonijs, euidentissimum esse constat præcipuam & certissimam omnium hæresum causam esse pctm̃. Hanc tñ hæresum causam Christiani orbis rectores siue ecclesiastici illi sint siue seculares, prorsus tollere non possunt. Qm̃ peccatum cuiusq3 hominis cum à uoluntate illius pendeat ut peccatum dici possit, non po-

3. Re. 22.

test princeps aliquis quisquis ille sit & qualibet potens, illud prorsus impedire, ne ab alio committatur: quia nõ potest alterius uoluntatem cogere ut bonum prosequatur aut à malo discedat. Potest quidem ad bonum uocibus, & præmijs hortari, & malum rationibus multis dissuadere, & minis ab illo auocare: ad nihil tñ hoȝ uoluntatem cogere potest. Potest etiam cogere ne multa peccata exterius opere exerceant homines, ut tamen illa exercere interius non appetunt, id nullus princeps quamlibet potens efficere ualet. Ipsi ergo homines omnes, qm̃ sui arbitrij potestatem habent, hanc hæresum causam in seipsis cum Dei adiutorio tollere possunt. Quisquis igitur ab hęresibus se illęsum seruare cupit, à uitijs primum cauere conetur, ne peccatis excęcatus p̃ deuios quosque uagetur errores, & pedibus offendens in hęresum foueam prolabatur. Quod si semel iam excęcatus est, & in hęresim lapsus, nulla illi alia patet ad uisum recuperandam uia, nisi ut cum cęco secus uiam sedente, clamet ad dñm & dicat. Iesu fili Dauid miserere mei. Illum autem sic clamantem non deerunt hęretici q̃ increpent ut taceat, & dicant non esse illi opus orõne, quippe qui rectam teneat fidem, & in illa debere p̃sistere. Sed illis sic increpantibus, ille multo magis (ut cęcus ille secus uiam sedens faciebat) clamare ad dominum debet, & misericordiã illius supplex & importunus implorare. Vt autem ille à Deo exaudiat, opus est ut uitia omnia pręterita deserat, ambitionem fugiat, auaritiam deuitet, carnis uoluptates tanquam pręsentaneũ quoddam uenenum procul à se abijciat. Pro peccatis pręteritis defleat, & per singulas noctes, regium prophetã imitatus, lectum suum lauet, & lachrymis suis stratũ riget. Deinde, uitam pristinam in meliorem aliam cõmutet, ut deinceps diuina mandata ad unum usq; custodire nitatur. Qđ si fecerit, benignus est Deus qui illũ in cęcitate non dimittet, sed illuminabit oculos eius, ut agnoscat suum pristinum errorem, & illo deserto, ad fidẽ catholi-

Luc. 18

cam à qua ante discesserat, uelocissime recurrat. Hoc.n.
Ephe.5 Paulus docet, sic inquiens. Surge qui dormis, & exurge à mortuis, et illuminabit te Christus. Prius ut surgat, à peccatore exigit: & deinde illuminationem promittit. Hinc est q̄ data lege filijs Israel, illisq; non intelligentibus miracula quæ Deus pro illis fecerat & quotidie faciebat, dixit illis Moyses. Custodite uerba pacti huius, & implete ea, ut intelligatis uniuersa quæ facitis. Quib⁹
deu.29 uerbis satis aperte docuit Moyses transgressionem mãdatorꝝ Dei potissimam esse causam q̄ Iudæi non intelligerent, nec uiderent quanta fecisset illis Deus. Propter quod à transgressione ad impletionem mandatorꝝ dei illos reuocat, ut remota cæcitatis & ignorantiæ causa,
Tren.1 ea quæ oportebat, intelligere possent. Hieremias ꝓpheta eruditum se dicit, non proprio ingenio, sed igne de super à Deo misso in ossibus eius. Igne inquam illo, quem
1.Ioã 2 dñs Iesus Xp̃s uenit in terram mittere. Et Ioãnes Euangelista testatur unctionem spiritus esse, quæ de omnib⁹ ad salutem necessarijs nos edocet. Et Christus saluator noster, ut duobus illis discipulis in Emaus oppidum cõ tendentibus, scripturas aperiret, prius illorꝝ corda inflãmauit. De qua re ipsimet testimonium perhibent, cum
Luc.24 dicebant. Nónne cor nostrum ardens erat, cum aperiret nobis scripturas? Ardentem certe oportet esse & diuino amore inflãmatum, qui diuinas scripturas penetrare cupit. Qui fit igit̃ ut peccatores multis uitijs irretiti, q̄ frigidam fecerunt malitiam suam sicut cisterna aquam, possint sine ulla diuini amoris scintilla, profunda sacræ scripturæ mysteria penetrare? De Ioanne illo Baptista quo inter natos mulierꝝ nullus unquam propheta maior surrexit, dicit Ioannes Euangelista, q̄ erat lucerna ar
Ioan. 1 dens & lucens. Prius ardens, postea lucens. Ardebat affectu, lucebat intellectu. Sibi & intra se ardebat: alijs & sibi lucebat. Nisi intra se arderet, neq; sibi neq; alijs lucere potuisset. Vos igitur omnes Germanos qui Luthero & alijs eiusdem classis hominibus nomina dedi-

stis,et in illorum uerba iurastis,in uisceribus charitatis exhortor, & per uulnera Christi saluatoris nostri adiuro, ut,si aliquam salutis uestræ rationem habetis, pœnitentiam agatis ab omnibus iniquitatibus uestris, & rogetis Deum si forte remittatur uobis hæc cogitatio cordium uestrorum. In felle.n.amaritudinis & obligatione iniquitatis uideo uos esse. Nam & hoc ipsum nos pro uobis Deum supplices oramus,ut uos tanquam oues errantes dignetur ad ouile suum reducere. Sed nisi uos ipsi uestræ salutis curam habeatis,& pro illa impetranda laboretis,nos soli uestram salutem à Deo impetrare diffidimus. Nam de alijs uobis simillimis Deus per Esaiam prophetam dixit: Me etenim de die in diem quęrunt, & scire uias meas uolunt,quasi gens quæ iustitiam fecerit,et iudicium Dei sui non dereliquerit. Rogant me iudicia iustitiæ,& appropinquare Deo uolunt. Si uos igitur ueram fidem à Deo scire uultis,prius uos iustitiam facere oportet, & dei mandata seruare,& Deo per bonorum operum gressus appropinquare oportet,alioquin subsannabit uos Deus & dicet. Rogant me iudicia iustitię, & appropinquare Deo noluńt.

Esa. 58

De prima extrinseca hæresum causa, quæ est defectus prædicationis uerbi Dei, quæ si tollatur, multis hæresibus ne oriãtur occurretur. C.2.

Multæ sunt aliæ, præter cuiusque peccatum, hæresum causæ, quas nos extrinsecas, aut, si mauis, externas dicere possumus, propterea quod non eisdem personis quibus insunt, sed alijs hæresis occasionem prębent. Quibus quia principes & pontifices facilius & commodius occurrere possunt,ideo de illis sigillatim differere,& longiorem de unaquaque tractatum facere decreui. Prima ex istis externis, hęresum causa,est defectus prędicationis uerbi Dei. Est enim summe necessaria uerbi Dei prędicatio, sine qua nullus quamuis baptizatus poterit ueram fidem catholicam assequi,& in illa sine errore perseuerare. Ea.n.ad quæ credenda Deus nos cogit,tam alta sunt, ut omnem superent intellectus humani potentiam. Nam Paulus fidem diffiniens,hoc illi quasi proprium tribuit,ut ab in-

tellectu propria eius uirtute comprehendi non possint, quæ illa nobis credenda proponit. Sic.n.ait: Fides est sperandarum rerum substantia, argumentum non apparentium. Quæ uerba interpretans Theophilactus in comentarijs sup Epistolas Pauli, ait: Argumentum.i.demonstratio et manifestatio quædam incertarum rerum, nec apparentium, hoc est, in conspectum non uenientium, sed fides facit ut res eiusmodi mente spectemus tanquam præsentes. Si hanc igitur habet uim fides, quid ipsi hæc uultis reipsa perspicere, quę sunt omnino uentura ut excidatis à fide? Hæc ille. Præterea, idem apostolus in priore ad Corinthios epistola hoc ipsum alijs uerbis docet, sic inquiens: Sermo meus & prædicatio mea, non in persuasibilibus humanæ sapientiæ uerbis: sed in ostensione spiritus & uirtutis, ut fides uestra non sit in sapientia hominum: sed in uirtute Dei. Si ea, quæ fide credimus, propria & sola intellectus uirtute assequi possemus, certe fides nostra in sapientia hominum esset. Cum ergo Paulus dicat fidem nostram non esse in sapientia hominum, hoc ipso aperte nos docuit, mysteria nostræ fidei superare omnem intellectus humani uirtutem. Virga Moysi deuorauit uirgas magorum Aegyptiorum. Qua in re, hoc nobis per mysterium datur intelligi, quod fides & doctrina Euangelica supat omnium philosophorum scientias. Et hoc est quod Deus per Abdiam prophetam prædixit, sic dicens. Perdam sapientes: de Idumęa. Ex quibus euidentissime colligitur, ut quisquis sola naturali intellectus uirtute fretus, secreta fidei mysteria penetrare uoluerit, necessario erret. Sol.n.refulgens radijs suis (ut ait sapiens) excæcat oculos. Hinc est quod lege Mosayca cautum erat, ut nullus leuaret cultrum super altare, super quo offerenda erant holocausta Deo. Qua rerum figura (ut sacri doctores interpretantur) significatum est, nos non debere solo ingenij acumine uelle penetrare mysteria fidei catholicæ, quę nomine altaris significata est, ut Gregorius docet, sic dicens. Altare de terra Deo facere est incarnationem Christi sperare.

Heb. 11
Theop.
1. cor. 2
Exo. 7
Abd. 1.
Eccl. 43
Exo. 22
Greg.

ſperare. Tunc.n.à Deo noſtrum munus accipitur, cum in hoc altari noſtra humilitas, id eſt, ſuper dominicæ incarnationis fidem poſuerit quidquid operatur. Hęc ille. Super hoc altare non eſt leuandum cultrũ, alioqui polluetur altare, quia fides Catholica non eſt ſolo naturali intellectus acumine perſcrutanda, alioqui contaminabitur fides illius qui illam ſui ingenij acumine penetrare uoluerit. Si tñ fide fuerit adiutus intellectus, facile oĩa quãlibet occulta myſteria penetrabit, quia fides ſubleuat in ſublime intellectum, & lucem illi tribuit qua illa uidere & intelligere poſſit. Vñ btũs Baſilius interpretãs pſal. 115. ait. Fides ſupra oĩum rõnem ſcientiarũ diſciplinarum'ue animam ſublimem trahit. Fides denique non geometricis aut neceſſarijs utitur probationibus. In nomine dñi Ieſu Chriſti Nazareni ſurge, & ambula. Hanc enim uocem continuo per ſpm̃ ſanctum ſubſecutus eſt ſtatim effectus. Ex prodigio nanque diuinitatis unigeniti, manifeſtatio neceſſaria uidentibus eſt orta. Dic quæſo quid ad fidem faciẽdam, ueritatemq́; perſuadendam uehementius? An dialecticę propoſitiones ſecum ſymperaſmata conſequentia trahentes, an potius tale tm̃q́ oſtentum ab oĩbus clariſſime uiſum, oẽmq́; uirtutẽ excedens? Et aliquibus interpoſitis, ait. Theologiæ myſterium ex fide minime rõnibus probata ædificium quęrit. Hæc Baſilius. Et beatus Auguſtinus in lib. 55. homiliarum, homilia 32. apertius eandem docet ſñiam, ſic dicẽs, Arcana & ſecreta regni Dei prius quærunt credentes, quo faciant intelligentes. Fides.n. gradus eſt intelligendi, intellectus aũt meritum fidei. Aperte hoc ꝓpheta dicit oĩbus præpropere & præpoſtere intelligentiam requirentibus, & fidem negligentibus. Ait.n. Niſi credideritis non intelligetis. Habet ergo & fides ipſa quoddam lumen ſuum in ſcripturis, in prophetia, in euangelio, in apoſtolicis lectionibus. Et paucis interiectis ſubdit. Videtis ergo fratres quãdiu ſint peruerſi, & ꝓperando uitioſi, qui tanquam immaturi cõceptus, ante ortum quæ

Baſili. Act. 3. Augu. Eſa 7. iux. 70

runt abortum: q nobis dicunt, qd me iubes credere qđ non uideo? Videã ego aliqd ut credam. Iubes credēdũ quod non uideam? Ego uidere uolo, & uidēdo credere, nõ audiēdo. Dicat ꝓpheta. Nisi credideritis, nõ intelligetis. Ascēdere uis & gradus obliuiſceris. Vtiq; peruerſe hõ, si iam tibi poſſem oñdere qd uideres, nõ hortarer, ut crederes. Hactenus Aug. Verũ hic admonere oportet lectorē, ne putet oĩ fidei tribuēdam eſſe hãc uirtutē, quod uidelicet illa poſſit iuuare intellectum ad ſecreta, & arcana regni Dei myſteria cognoſcenda, prout nunc ex ſanctorũ doctorũ teſtimonio diximus fidei conuenire. Hoc enim de ſola fide acquiſita intelligēdum eſſe cenſemus. Nam ſola fides infuſa, quæ per baptiſmum datur, ſine uiua uoce alicuius doctoris exterius docentis, iuxta conſonam omnium theologorũ ſñiam, non ſufficit ad intelligendum illa diuina myſteria, nec ad credendum illa. Eſt enim neceſſaria uerbi Dei prædicatio, per quam auditores de his, quæ credere tenentur, edoceantur. Fides aũt infuſa hoc ſolum auditori præſtat, ut his, quæ à prædicatore, aut doctore audient, facilius credat: nõ autem, ut ſine doctore aliquo per ſe ipſum credere, & itelligere poſſit. Quomodo credent (ait Paulus) ei, quē non audierunt? Quomodo autem audient ſine prędicante? Sicut ſcriptum eſt: Quam ſpecioſi pedes euãgelizantiũ pacem, euangelizantiũ bona: ſed non oēs obediunt euãgelio. Eſaias enim dicit: Domine quis credidit auditui noſtro? Ergo fides ex auditu, auditus autē per uerbum Chriſti. His uerbis Paulus apertiſſime docet prædicationem uerbi Dei eſſe neceſſariam ad fidem myſteriorũ diuinorũ aſſequendam. Sapienter igitur dixiſſe merito cenſeo illum Candacis Reginæ Eunuchum, qui legens Eſaiam prophetam, interrogatusq; à Philippo, an intelligeret, quę legebat, rñdit: Et quõ poſſum, ſi non aliqs oſtenderit mihi? Tam alta enim cenſuit eſſe illa myſteria, ut ſine doctore neminem illa aſſequi poſſe exiſtimauerit. Nec ſolum eſt neceſſaria prędicatio uerbi Dei ad

Ro. 10.
Naũ. 1.
Eſa. 53
Act. 18.

fidem primo suscipiendam: sed etiam ad illam postquã semel suscepta fuerit, nutriendam, & cõseruandã, pręser tim in illis, qui sunt rudis ingenij, & nimium obliuiosi. Hi enim assidua prædicatione uerbi dei, aut alia frequẽti doctrina indigent, ut bene possint mysteria fidei discere, & quæ semel didicerunt retinere. Alioqui nec perfecte discent, nec plene retinebũt, & sic fides semel cœpta ob solum prædicationis defectum facile peribit. Hoc autem facile quisque sibi persuadebit: si uerbi dei proprietates, & conditiones intellexerit. Est.n. uerbum dei quidam aiæ cibus, qui illam in fide, & cæteris uirtutibus nutrit, & auget, & perficit. Nam quòd uerbum Dei sit spiritualis quidã animæ cibus, ipsamet ueritas nos docuit, qñ Sathanæ tentationem reijciens dixit: Non in solo pane uiuit homo: sed in omni uerbo, quod procedit ex ore dei. In quibus uerbis Saluator cibos hoĩs uarios esse oñdit iuxta uarietatem partium, ex qbus idem homo componitur. Constat enim homo ex anima, & corpore: corporis cibus est panis materialis, & corporeus: animæ uero cibus est uerbum Dei. Ob hanc causam plurimi ex sacris doctoribus, uerbum Dei figuratum esse censent in manna, quod Deus filijs Israel in deserto esurientibus dedit. Illius enim cibi natura talis, & tantæ uirtutis erat, ut omnem suppleret indigentiam, & omnium satisfaceret appetitui, prębens unicuique talem, qualem optasset saporem, siue carnes, siue pisces, siue oua, siue fructus concupiuisset. Sic & iam uerbum Dei omnium uirtutum saporem habet, & omnium subuenit indigentiæ. Nam superbis, elatis, iracundis, uoracibus, epulonibus, libidinosis, auaris, & omnibus alijs peccatoribus quocunque nomine censeantur, uerbum dei necessaria præbet remedia, quibus animas suas illi saluare possint. Erat etiam manna illud suaue, & dulce, & uerbum Dei his, qui recte sapiunt dulcissimum uidetur. Propheta siquidem Regius qui rectum tenebat gustũ, dicebat; Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super

Mat. 4

Sap. 16

Psa. 118

mel ori meo. Aliam insuper inter hæc duo similitudinẽ assignat Origenes homilia tertia super librum Numerorum sic inquiens: Scriptum est de manna: quia secūdum tempus illud siquis id ita sumpsisset, nutriretur ex eo: siquis uero contra præceptum Dei, & contra statutum diuinitus modum uoluisset assumere, non fruereť eo, ut uitali cibo: sed uermes ebullirent ex eo. Et ita fiebat, ut una, atque eadem species mannæ alijs uermes, et putredines generaret: alijs uero salubrem cibum cōferret, & uitæ necessarium. Igitur & nostrum mãna uerbū Dei est, & apud nos ergo sermo Dei alijs efficitur ad salutem, alijs ad pœnã. Hæc Origenes. Plures adhuc alias similitudines inter uerbum Dei, & manna ostendit beatus Ambrosius lib. octauo epistolarum suarum: epistola 62. quas omnes prudens omitto, causa prolixitatis uitandæ, satis me fecisse existimans, quod locum indicauerim lectori: unde illas si uelit sumere possit. Nec solum cibi nomine sacra scriptura appellat uerbū Dei: sed etiam nomine potus, ut uel his duobus nominibus ostenderet illud esse completum animæ nutrimentum, cum non minus potus, quàm cibus sit ad nutritionem necessarius. Nam quod uerbum Dei sit potus, apertissime ostendit Christus saluator noster cum plebi prædicans, & omnes ad doctrinam suam uocans, clamauit dicens: Siquis sitit, ueniat ad me, & bibat. Sitire dixit eos, qui Saluatoris doctrinæ cupidi essent, & hos ad potū inuitat, hoc est ad auditionẽ uerbi, quod ipse prædicabat: unde abunde doceri quisq; poterat. Deinde q̃ xp̃m audierant prædicãtem, postea (ut idem Saluator refert) dicturi sunt illi. Manducauimus, & bibimus coram te. Vt autem exprimerent illi, quem cibum manducassent, & potum bibissent, statim subiungunt: In plateis nos docuisti. Quibus uerbis aperte declarant, uerbum Dei prædicatum esse animæ cibum, esse etiam & potū. Nec tamen abs re, & frustra: sed ob maximã cãm uerbum Dei appellatum est animæ cibus, & potus. Nem-

Orig. — *Ioan. 7* — *Luc. 13*

pe, ut inde intelligamus uerbi Dei prædicationem esse ad salutem animæ adeo necessariam, quemadmodum cibus, & potus corporeus est necessarius ad corporis uitam seruandam. Hanc enim causam beatus Chrysosto- mus expressit, qui homilia. 12. super priorem epistolam Pauli ad Timotheum sic ait: Quemadmodum carnales cibos diebus singulis ex necessitate requirimus, ita si dei, pietatisq; doctrinam semper accipimus, eaq; iugiter enutrimur. Hæc Chrysostomus. Si cibus, & potus aïæ censetur esse uerbum Dei, consequens est, ut illius prædicatione his, qui aliunde doctrinam sumere non pñt, deficiente: deficiat etiam illis fides catholica, quã (ut Paulus supra dixit) sine uerbi Dei prædicatione nullus per se assequi potest. Potest adhuc alia esse uerbi Dei consyderatio ex qua etiam facile conuinci potest illius subtractionem esse certissimam hæresum causam. Est enim uerbum Dei, lumen quo mediante quisque, quæ agere, & quo gressus dirigere uelit, facile uidere possit. Lucerna pedibus meis (inquit Regius propheta) uerbum tuũ, & lumen semitis meis. Et iterum in eodem Psalmo: Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis. Si ab illo, qui in tenebris ambulat lucernã, qua illuminabatur, subtraxeris, illa luminis absentia efficiet, ut ambulans tertio quoq; gressu offendat: quemadmodum Aristoles dicit, absentiam nautæ causam esse, q̃ nauis patiatur naufragiũ: quia ille si præsens fuisset, sua industria potuisset nauem integrã seruare. Ad eundem modum dicendum est de uerbo Dei, quod si prædicatum fuisset, illuminasset audiẽtes, ne offenderẽt pedibus, aut errarent à uia. Ex quo necessario sequitur, q̃ prædicatione illius sublata, facile uiatores oẽs, qui sunt in hoc mundo à uia salutis declinabunt. Ideo Paulus hanc necessitatem prædicationis uerbi Dei optime intelligens, Timotheo Ep̃o, & discipulo suo scribit, adhortans, & urgens ad frequentẽ Dei prædicationem, sic inquiens: Testificor coram Deo, & Iesu Christo, qui iudicaturus est ui-

Chrys. — Ps. 118. — 2. Ti. 4

uos,& mortuos,per aduentum ipsius, & regnum eius: prædica uerbum. Insta opportune,importune. Cur autem in prædicatione uerbi Dei instare,& importune agere præceperit,paucis interpositis expressit,sic inquiens: Erit enim tp̄s,cum sanam doctrinam non sustinebūt:sed ad sua desyderia coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus,& à ueritate quidem auditum auertent,ad fabulas autem cōuertentur. Tu uero uigila,in omnibus labora,opus fac Euangelistæ. Nouerat quippe Paulus multos futuros esse,qui in fide errarent: ideo monet Timotheum,ut à prædicatione non cesset: sed frequentissime Euangelium prædicet,quo melius possent hæreses impediri, ne excitarentur. Idem etiam præcepit Deus olim Esaiæ prophetæ,sic dicens: Clama,ne cesses: quasi tuba exalta uocem tuam,annūcia pp̄lo meo scelera eorum. Sunt.n. prædicatores uelut quidam Dei canes, qui latratu suo gregem Dei,qui est ecclesia,custodire debēt. Si canes uehementer latrant,lupi reformidant inuadere gregem: si uero canes dormiunt,aut silent, lupi tunc ex canum silentio audaciores fiunt,& gregem tanto maiori cum fiducia inuadunt,quanto securius se nocere posse existimāt. Idem prorsus dicendum censeo de prædicatoribus uerbi Dei,qui si iugiter, & ex affectu (ut decet) contra hæreses,& alia uitia clamarent, suo latratu non solum hæreticos,& hæreses: sed reliqua omnia uitia,quę gregem Dn̄icum deuastant,facile propellerent: si tamē tacuerint,& prædicare noluerint,sua taciturnitate Dn̄icis ouibus nocebunt. Nam tunc dæmones, & hæretici illoꝝ ministri audacius illas aggrediuntur, & illi tanto facilius nocere pn̄t,quanto magis deest, qui illos exterreat,aut illas de fuga moneat,ut uel ipsæ sibi ipsis prouideant. Et hanc fuisse etiam olim potissimam malorum synagogę causam ipse Deus apertissime expressit per Esaiam prophetam, sic dicens. Vniuersi canes muti non ualentes latrare. Quæ uerba interpretans Hieronymus in commentarijs super Esaiam,sic ait: Isti,de quibus pro

Esa. 58

Esa. 56

Hiero.

pheta nunc loquitur, non solum speculatores cæci: sed & canes muti appellantur, non ualentes latrare. Qui.n. gregem Dñi custodire debebant, & lupos abigere, & latrare pro Dño, diligunt somnia, & dæmoniacis uisionibus delectantur. Hæc ille. De hac re, quam credo esse apertissimã, non uidetur mihi esse opus multa exempla proferre: qm̃ & si res esset dubia, & ab exemplis probanda esset, tã multa suppetere possent, ut nullum sit regnũ, quod pro hac re non possit exẽpla præstare. Nam ego, qui multas, & uarias Christiani orbis prouincias peragraui, et longam in aliquibus illarũ traxi moram, hoc experientia docente cognoui, eos homines, qui montana, & deserta loca incolũt, & rarissime prædicationem uerbi Dei audiunt, pluribus erroribus, et superstitionibus infectos esse, quàm alios, quibus frequenter Dei uerbum prædicatur. Ex quo euidentissime colligitur, prædicationis uerbi Dei defectum, illis potissimam esse causam, q̄ in tales errores labantur: quia si edocerentur, ut alij, etiã illis erroribus carerent, quẽadmodum carent hi, qui frequẽtes audiunt uerbi Dei conciones. Huic tam manifestæ hęresum causæ, iustũ esset, ut Principes utriusq; ordinis, hoc est, ecclesiastici, & sclares diligentissime subuenirent. Verũ hoc magis prælatis ecclesiasticis incũbit, qui bus aĩarũ cura est à Deo data. Hi enim sunt, qui pp̃l'm Dei docere tenentur, & à quibus populus Dei doctrinã iure petere põt, dicente Dño per Malachiam prophetã: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt de ore eius: quia angelus Dñi exercituum est. Et ideo nullus (ut postea in alio huius tertij libri cap. dicã) deberet institui animarum pastor: nisi qui uel mediocri esset lr̃arũ notitia instructus, ut populum posset rectam fidem, & bonos mores docere, & ad illos hortari. Verũ tãta est huius seculi infelicitas, ut pastores docti ad alios indoctos, & prorsus idiotas relati, sint uelut gemmæ ad aliorum uilium lapidum numerum, comparati. Et si aliqui sunt pastores docti, qui bñ possent gregem sibi

Malac. 2

commissum in fide, & moribus instituere, magna tñ eorum pars tanta, & tam cęca superbia ducuntur, ut id facere dedignentur, tanquam si prædicationis officiũ esset uile aliquid, & ignominiosum. Non est quidem altius, & honestius in ecclesia Dei officiũ, quàm officiũ prædicationis, per qđ prædicator: si recte illud munus exercet, magis Deum repręsentat. Est. n. illud uerum Apostolorum officiũ, quibus Christus saluator noster ex hoc mundo ad patrem ascendens nihil aliud æque mandauit, ac Euangelij prædicationẽ. Euntes (inquit ille) in mundum uniuersum prędicate Euangelium omni creaturę. Quod in hac parte ego faciendum censeo, ut tam late grassanti morbo, uel aliqua ex parte occurratur, breuibus exponam. Epĩ cogant animarum pastores si qui docti sunt, ut ipsi per seipsos gregem sibi commissum pascãt, illum de agendis, & credendis doceant, & ad illa semper hortentur, & moneant. Si pastores animarum indocti fuerint, cogant illos, ut ex redditibus suis conducant prædicatores, qui illorũ suppleãt defectum. Si Epĩ in hoc (ꝓut plurimi illorũ facere solent negligentes fuerint, tũc Principes seculares huic tam crassæ Epõrũ negligentiæ succurrere debent. Debent enim Episcopos hortari, ut bonos instituant pastores, qui gregem sibi commissum pascere possint, ut prædicatores distribuant, & cuique populo iuxta necessitatem prouideant: si Epĩ hoc facere neglexerint, non ultra progrediendum esse cẽserem, ne fortesi coacti, & non ex affectu id faciant, tales populo exhibeant prædicatores, ut illis carere forte melius esset, quàm illos habere. Non enim quærerent (prout alijs in rebus plurimos eorum facere uidemus) doctiores, & meliores, & qui plus populo possent prodesse: sed eos, quos minori mercede conducere possent. Nec tamẽ ꝑ Epõrũ, & aliorũ pastorũ negligentiam, rem hanc prorsus desperatam esse censeo, & uelut talem relinquendã. Tunc. n. (ut ego existimo) Principes, & alij Dñi seculares huius rei curam sumere deberent, ne hi, quibus im-

Mar. ul.

perant, à fide catholica, et Christianis moribus deficiāt. Manus enim manum alteram iuuat, & brachium alterꝫ alteri subuenire oportet, Mutuo se iuuare debent membra, cum eorꝫ alterꝫ altero indiget. Si brachium dextrum non posset, aut forte nollet, pro corporis uita seruāda ori cibum porrigere, nonne brachium sinistrum deberet nunc sumere laborem? Deberet certe, ne totum corpus, & simul cum corpore brachium ipsum ob cibi defectum periret. Quasi.n. duo corporis brachia sunt, duæ Christiani orbis potestates, altera ecclesiastica, altera secularis, & laica. Si igitur ecclesiastica ptās, prout illi ex officio facere incumbit, cibum uerbi Dei populo porrigere neglexerit, tunc seculares Principes, & alij Domini, & pp̄l'orꝫ rectores tantę indigentiæ ea, qua poterunt parte subuenire debent, ne ob defectum spiritualis cibi animas perire permittant. Bonos, & doctos uiros, & si possibile foret, qui gratiam uerbi habeant, perquirere faciāt, quibus ex publico ciuitatis, aut oppidi ærario, iuxta personæ, & laboris meritum, stipendia statuant, ut illi populum statutis aliquot anni diebus ī fide, & moribus erudiant. Et qđ maxime procurandum esse cēseo, est ut pueris pędagogi cōes ex publico ærario conducti assignentur, qui illos in fide, & moribus recte instituant. Nam (ut ait Salomon) adolescens iuxta uiam suam etiā cum senuerit, non recedat ab ea. Et egregius poeta dixit: *Pro. 22*

Quo semel est imbuta recens seruabit odorem *Horat.*
Testa diu.

Quæ omnia si potestas secularis exequatur, illud Esaiæ pphetæ eccl'iasticæ potestati merito dicere poterit. Erubesce Sidon, ait mare. Erubescendum certe est ecclesiasticæ potestati, si ob illius negligentiam, eam aīarum curam seculares Dñi suscipiant, quā illa ex iure diuino hr̄e tenebatur. De prælatorꝫ tñ negligentia: quia alio integro capit. differere decreui, ubi ostendam illam esse potissimam hæresum causam: ideo nolo nunc longiorem de hac re facere sermonem. De solo enim prædicatio- *Esa. 24*

nis defectu in præsentiarum tractamus, ostendentes, quod ille sit multarum hæresum causa In quos autem sit huius defectus culpa reijcienda, nunc non inquirimus: sed in aliud capitulum, in quo de prælatorum negligentia, & indignitate agemus, rem istam differimus. Verum circa ea, quæ in hoc capitulo diximus, lectorem admonere decreui, ne putet me defectum prædicationis tanti facere, ut existimē illum esse primam hēsum cām, aut qđ tantā, tamq́; potentem illam esse censeā, ut ipsimet, qui pdicationis uerbi Dei indigentiam patiuntur, non possint impedire, ne in se ipsis aliquas hæreses gignat. Nam & si ipsi sine prædicatione uerbi dei (ut diximus) non possint ueram fidem catholicam adipiscit si tñ ipsi à uitijs omnibus abstinerēt, ut unum Deum (put naturalis ratio ostendit) adorarent, & illi se totos siderent, Deus illos non permitteret in hæresim aliquam labi: sed aut Deus ipse interius illos doceret, aut prædicatores, & doctores ad illos mitteret, qui illos ī fide catholica, & alijs omnibus ad uitā æternam assequendam necessarijs institueret. Pro cuius rei confirmatione satis esse potest Cornelij Centurionis exemplum, qui cum Gētilis homo esset: quia tamen à uitijs gentium alienus, ob illius eleemosynas & orationes ex auditus est, & missus est ad illum Petrus apostolus, qui illum erudiret. Si tamen illi sunt peccatis uarijs immersi, non est mirum, quod Deus illis nō det prędicatores, cum sępe eos, quos habebant, peccatis suis id exigentibus, à populis subtrahat. Nam Ezechieli prophetæ ad populum in transmigratione Babylonica positum misso, Dominus uerbum prędicationis propter peccata populi subtraxit, ne illis prædicaret. Hæc enim uerba (ut ipsemet propheta testatur) Deus dixit ad eum: Et tu fili hominis, ecce data sunt super te uincula, & ligabunt te in eis, & non egredieris de medio eoꝝ, & linguā adhęrere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quasi uir obiurgans: quia domus exasperans est. Quæ uerba interpretans Hieronymus

Act. 10

Ezec. 3

in cōmentarĳs super Ezechielem prophetam, ait: Q-d Hiero. lingua prophetæ palato, uel gutturi cohæret, & mutus effectus authoritatem nō habet increpantis, causa perspicua est: quia, inquit, domus exasperans est. Et est sensus. Tantæ sunt amaritudines, & tantæ aduersus Deum contentiones, ut obiurgantem non mereantur audire. Ex quo perspicuum est, ubi multitudo fuerit peccatorum. indignos esse peccatores, qui a Dño corrigantur. Hæc Hieronym. Ex quibus uerbis constat peccatum non solum (ut proxime præcedenti capitulo diximus) esse causam, quod Deus falsos doctores, & peruersos prædicatores populo permittat: sed etiam, q̄ bonos, quos populus habet, ab illo subtrahat, ne habeat, qui illos docere possit. Hi igitur, qui prædicatione uerbi Dei carent, si illam esuriunt, & edoceri desyderant, a uitĳs abstinere, & Deum amare & timere procurent: Et Deus, qui neminem unquam ad eum confugientem contempsit, nō deseret illos: sed mittet illis doctores, a quibus doceri possint, aut ipsemet interius eos docebit: Nō uidi iustū Psal. 36 derelictum (inquit propheta Regius) nec semen eius q̄rens panem. Quæ uerba non de pane materiali, quo pascitur corpus: sed de spiritali pane, qui est uerbum Dei, intelligenda esse, Cassiodorus in cōmentarĳs super psalmos optime conuincit, sic dicens: Legimus famis causa Abraham, Isaac, & Iacob mutasse prouincias. Vnde Cassio. dubium non est eguisse pane, qd̄ p̄p penuriam loci constat exteras expetisse regiones. Sed redeamus ad interiorem hominem, & uera nobis sñia salutariter apparebit. Semen uniuscuiusq; hominis operam esse diximus, quam seminat, & metit, siue bonam siue malam. Ergo opera iusti pane non indiget, hoc est uerbi Dei, quo satiatur, quo reficitur, quo intus re uera uiuit, & pascitur. Hæc Cassiodorus. Et sapiens Eccl'iasticus ueram sapiētiam promittit illi, qui Deū timuerit, & iustitiā sectatus fuerit. Qui timet Deum (inquit ille) faciet bona: & qui Eccl. 15 continens est iustitię apprehendet illam: & obuiabit ei

quasi mater honorificata: & quasi mulier à uirginitate suscipiet illum. Cibabit illum pane uitę, & intellectus, & aqua sapientię salutaris potabit illum. Ex quibus uerbis euidentissime colligitur, eos, qui uerbi Dei prædicatoribus, à quibus edoceri possent carēt, nec iustos esse, nec Deum timentes: quō si Deum timerent: tandiu illos in tenebris, & sine ullo doctoris lumine permanere Deus non permitteret: sed cibaret illos (ut dixit Sapiens) pane uitæ, & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potaret illos. Nec tū ista in excusationem Epo℞, & alio℞ pastorum dicimus: qm̄ illos nihilominus peccare censeo propterea, q uerbo Dei nō pascunt oues suas: nisi forte specialem de hac re prohibitionem à Deo hn̄t, quemadmodum Ezechieli prophetæ datam fuisse, supra ostendimus. Deus. n. licet, peccatis populi exigentibus, pmittat, ut pastores anima℞ nō pascāt uerbo Dei oues suas, non tamen ipsis pastoribus præcipit, ut à prædicatione uerbi Dei abstineant.

De secunda causa, ex qua hæreses oriuntur, quæ est indifferens prædicatio uerbi Dei per quoscunque sine ullo discrimine, et sine ulla examinatione. Cap. III.

Multa certe est in toto orbe Christiano prædicationis uerbi Dei penuria: qm̄ (ut Saluator noster prædixit) messis quidem multa, operarij autem pauci. Messis multa, ut beatus Hieronymus interpretatur, omnis turba credentium est: Operarij autem pauci, & Apostoli, & imitatores eo℞, hoc est, prædicatores, qui mittūtur ad messem. Ex quo℞ paucitate euenit, ut aliqua pars messis pereat: quia tam multę messi tam pauci operarij non sufficiunt. Quæ res non paruam doloris ansam præbet his, qui aliquam Christianæ reipublicæ rationem hn̄t. Sed id maxime dolendum, ut isto℞ pauco℞ prædicato℞ maior pars tam indigna sit ad prædicationis offm̄ exercendum, ut ipm̄ offm̄, quod est mire honorificum, indignitate sua dehonestent, & dedecore afficiant. Nā cum duo sint, omnium sancto℞ testimonio, ad munus

Matt. 9

prædicationis recte obeundum, maxime necessaria: bonitas uidelicet, & doctrina. Multi tñ sunt uerbi Dei prędicatores, quibus horum alterum deest, multi etiam, quib⁹ deest utrunque. Est.n. maxime necessaria in prædicatore doctrina quã primus scopus ad quem tendere debet ipsa prædicatio, est auditores docere. At qui doctus non est, alios docere non potest. Fons qui aqua caret, alios potare non ualet. Corpus quod lucidum non est, alios illuminare nequit. Necesse igitur est, ut pdicator sit doctus, qui aliorum docendorum suscipit curam. Nec satis est prædicatori, ut recte suum exequatur offm, ſpm esse doctum: nisi etiam sit bonus, & uirtutis amator, ut non solum uerbo: sed etiam exemplo prodesse auditorib⁹ possit. Sæpe.n. potentiora sunt exempla, quàm uerba. Plato & Aristoteles, & omnis in diuersum abiens philosophorum turba, plus ex moribus, quàm ex uerbis Socratis accepit. Plus etiam apostoli, cæterique Christi saluatoris nri discipuli, ex illius exemplis, quàm ex illius uerbis ad uirtutẽ capessendam profecerunt. Ob quam causam Christus supremus omnium Magister, qui suorum discipulorum profectum summe cupiebat, primum (ut Lucas refert) studuit, ut faceret, deinde, ut doceret. Ad Christi igit exemplum, cuius locum in prædicatione tenent, oporteret pdicatores uitam suam optime componere, ut opere sit, & uerbo prędicare procurarent. Nam qui alios mundare debet, oportet, ut prius ipse sit mundus. Qui alios ardentes, et Dei amore feruẽtes efficere optat, necesse est, ut ignem cœlestem in se habeat, quo auditores inflãmare possit. Fieri.n. non potest, ut qui frigidus est, aut tepidus, alios calefaciat. Si ad carbones extinctos quis alios eiusdem conditionis carbones iunxerit, nunquam accẽdentur: si tñ alijs ardentibus carbonibus illos admouerit, facile ardebunt. Sic ẽt, qui prędicatorem, quem nouit esse uitijs infectum audit: nisi Deus adsit, qui illũ int⁹ ardentem faciat, nunquam ab illo prædicatore accendetur. Hinc est, quòd de Christo summo prędicatore oĩumque

Act. 1

Psa. 17 prædicato ℞ magiſtro, ꝓpheta Regius dixit: Ignis à facie eius exarſit, carbones ſuccenſi ſunt ab eo. Eſaias propheta q̄m labia habebat immunda (ut ipſemet dolens, & gemens fatetur) purificari debuit antequam ad prædicandum mitteretur. Ad quam purificationem faciendam miſſus eſt angelus, qui tollens carbonem ignis de medio altaris, tetigit labia illius, & linguam, & ſic purgauit eam, qua purgata ſtatim miſſus eſt ad prædicandum. Quandiu labia immūda habuit, non eſt iniunctū Eſaiæ prædicationis opus, ut autem mundata fuerūt labia, è ueſtigio dignus habitus eſt, cui merito poſſet p̄dicatio demandari. Aſcendēs Xp̄s ſaluator nr̄ ad cœlos: unde pro nobis deſcenderat: Apoſtolos in mundū uniuerſum mittit, ut prædicarent Euangelium omni creaturæ. Nec tn̄ eos ſtatim abire, & mandatum adimplere ꝑmiſit: ſed præcepit eis (ut Lucas ait) ab Hieroſolymis ne diſcederent: ſed expectarent promiſſionem patris, ut priuſquam abirent induerentur uirtute ex alto, & inflāmarētur igne ſpiritus ſancti, quo alios in amore Dei feruentes efficere poſſent. Hinc eſt, ꝙ Dauid, ut uias Dei alios recte docere poſſet, triplicem prius poſtulauit ſibi dari ſpm̄, uidelicet rectum, & ſctm̄, & principalē. Spm̄ rectum (inquit ille) innoua in uiſceribus meis. Et iterum. Spm̄ ſctm̄ tuum ne auferas à me. Et poſtea: Spiritu principali, ſiue (ut Hieronymus tranſtulit) potēti, confirma me. Et poſtquam hunc triplicem petījt ſpm̄, ſtatim ſubdidit: Docebo iniquos uias tuas: & impīj ad te conuertentur. Quo petitionum ordine oſtendit triplicem illū ſpm̄ neceſſarium eſſe, ut quis uias Dei recte docere poſſit. Eſt quidem neceſſarius ſpiritus rectus, ut auditores recta uia ad cœleſtem p̄riam ire doceat: ſpiritus ſctūs, ut auditores ſanctos, & Dei amore feruentes efficere ualeat. Spiritus principalis ſiue potens, ut aduerſus omnes tentationum incurſus conſtantem, & infractum ſemper habeat animum: ita ut nec minis terreatur, nec muneribus flectatur: nec deījciatur aduerſis, nec proſperis eriga

Eſa. 6.

Mar. ul.

Actu. 1

Pſa. 50

tur,& insolescat. Sunt.n.hæ duæ ualidissimæ machinæ: quibus semper oppugnantur prędicatores,& expugnā tur sæpe,blanditiæ.s.& terrores. Hi timore concutiunt animum,illæ spe inuadunt. Hi dolorꝫ grauitate mentē absorbent,& in desperationis barathrum sæpe iniÿciũt, illæ falsa quadam dulcedine male securos nos reddunt, quo facilius interficere possint. Aduersus utrãq; machinam spm̄ potentem adesse oportet, qui prædicatorem docens,sic illum in bono confirmet, & constantem red dat:ut nec minis terreatur:nec blanditÿs seducatur: sed semper offm̄ prædicationis sibi cōmissum recte exequa tur intrepidus. Duo igitur ista,bonitas.s.& doctrina (ut satis ex his,quæ diximus constat,summe necessaria sunt omni prædicatori,ut ille recte suum exequatur officiũ. Quæ duo in cœlesti illo igne qui in die pentecostes super apostolos descēdit,aperte designata sunt. Est enim ignis natura lucidus & calidus,et ideo in figura ignis spi titui sancto super apostolos uenire placuit,ut hoc ipso nos doceret,illis suo aduentu & lumē doctrinæ & amo ris Dei ardorem dedisse. Rari tñ sunt (ut ingenue loquar) qui illa duo habeant, quo fit ut rari sint prædicatores q̄ p̄dicationis offm̄ pro illius dignitate & merito tractēt. Nā aliqui sunt male morigerati, qui etsi docti sint, suis tñ moribus prædicationis uires impediunt. Alÿ sunt,sal tem in his quæ foris vñr, uere studio si & uirtutis cultores,sunt tñ adeo indocti,ut potius illos doceri, q̄ docere oporteret. Ob quam rem non paruam præbent ambi tionis suspicionem, ꝑpea q̄ onus suscipere non uerenť, quod notissimum est uires suas longe superare. Quæ res non paruum,ut ostendemus,fidei catholicæ dispēdium efficere solet. Sunt rursum alÿ tam impudentes, ut cum nec docti nec boni sint, quadam tñ effronti temeritate p̄dicare non dubitant. Horꝫ omnium non est opus pauca quędam exempla proferre:quia plura q̄ uellemus quotidie & passim oēs uidemus. Sunt.n.aliqui prædica tores tam rudes,ut uix Grāmaticam degustauerint,La

tini sermonis prorsus nescij, qui nec Euangelij qđ in missa legitur solam superficiem intelligere ualent. Tales q dem multos, testor Deum, ego noui, qui habentes aliquos sermones in linguam uulgarem ab alijs trãslatos, eos tanta cum audacia & maiestate pp̃lo referebãt, ut qui illos nõ cognouisset, putasset eos doctissimos uiros esse. Quia tñ aliena lingua more psitacoꝝ loquũtur, ita tm se produnt, quia eandem sępe repetunt cantilenã, et si de his quæ dixerunt, interroges, non magis quã psitaci rñdebunt. Si uero ut de re alia differant, petieris, obmutescent tanq̃ prsus ignari, aut forte ne corãm pp̃lo apud quem sapientes uideri uolunt, se nescire fateantur, non dubitabunt mille ineptias effutire. Et sic impudenti audacia loquentes suam produnt inscitiam, qui tacẽtes potuissent docti existimari. Ad hoc genus hominũ pertinent ferè oẽs quæstuarij indulgentiaꝝ prædicatores, ex quibus uix unum aut alteꝝ inuenies uiꝝ doctum, q sciat de re, quam prædicat uel mediocrem reddere rõnem. Nunquam aut fidem aut mores sua prædicatione docere intendunt, sed is solus prædicationis suæ scopus est, plures ab auditoribus non solum haurire sed extorquere pecunias. Qđ ut assequantur, indulgentias quas pp̃lo prædicãt, plus debito exaggerãt, quaqua uersum se uertunt, plangunt, lamentantur, minantur, rident, nihil denique pro pecunijs extorquendis intentatum relinquunt, etiam si cum fidei periculo id faciant. Nam sæpe indulgentias quas prędicant adeo extollere cupiunt, ut pro illaꝝ laude execrandas ex ore suo hęreses effundãt. Quantum autem nocumentum ex hoc gñe hominum fuerit Christianæ reipublicę illatum, tota Germania potest esse testis. Qm̃ hæc prima radix fuit, unde tota hæc Lutheranoꝝ pestis orta fuit. Nam cum rabulas quosdam indulgentiaꝝ prędicatores Lutherus audisset, qui plura quam par erat, de indulgentijs dixerunt, adeo horrenda illi sunt uisa, ut impium, iniquũq́ existimauerit tacere, & illis non obuiare, neq; impedire. Zelo igitur &

non secundum discretionem motus in publicum pdijt, & contra hos oēs prædicauit non ueram indulgentiarꝫ intelligentiā (ut oportebat) edocens, sed eas prsus euertens, & dicens eas nullius prorsus esse utilitatis. Cui cū aliqui uiri docti repugnarent, suaderentq; ut palinodiā cantaret, tm̄ abfuit ut id facere uellet, ut multo peiora quàm prius effundere non dubitauerit. Ab istis igit̄ quę stuarijs indulgentiarꝫ p̄dicatoribus primam ansam hæresis suæ Lutherus accepit. Quod nomen in tātam iam abijt infamiam apud probos & cordatos uiros, ut nullus, aut rarus sit uir bonus, & doctus, qui indulgentias prædicare dignetur, non pp ipsas indulgentias, sed propter illarum prædicatores qui offm̄ prędicationis illarꝫ dehonestarunt & reddiderunt infame. Ego quidem indulgentias, si recte dispensentur, sanctas & ualde æstimandas esse censeo, illarꝫ tamen prædicatores, ut quædam Christianæ reipublicæ monstra abominor. Consulerem quidem principibus ut eas non nisi per probos & doctos uiros prædicari permitterent, & sic primum religioni, deinde quæstui bene prospicerent. Nā plus (ut existimo) & libētius bonis & doctis uiris tribueret populus, quam his blateronibus, quibus raro aliquis nisi inuitus aliquid pro indulgentia confert, quippe q̄ semper putat eos esse mēdaces. Sunt alij p̄dicatores nō tam ignorantes ut isti, de quibus nunc diximus, sed mediocriter docti, qui si sua sorte uellent esse contenti, possent pro sua mediocritate ppl̄o satisfacere, & illū in fide & moribus instituere. Sed quia supra meritū suū æstimari a ppl̄o appetunt, ideo altiores & grauiores sn̄ias, quam ipsi interpretari ualeant ppl̄o prædicare contendunt: Quorum prædicatio sæpe nocere populo magis quàm prodesse potest. Nam cum ipsi prædicant quæ non bene intelligunt, necesse est ut peruerse interpretentur, aut obscura sine ulla interpretatione relinquant. Quod cum euenerit, & si multi ex auditoribus pp mysterij reuerentiam ab illius scrutinio intellectū suum auertāt, multi tm̄

qui audaciores sunt, & minus mysteria reuerentur, pro suo arbitratu interpretabuntur & errabunt. Et hunc prędicatorum defectum Hieremias propheta deplorat, dicẽs: Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. Non dicit paruulos petiisse lac: sed panem, Quia nõ solis apertissimis legis præceptis erant contenti: sed uelut iam grandiores effecti panẽ, hoc est, occulta aliqua mysteria illis reuelari petebant. Nõ dicit, non esse qui panẽ daret: sed qui frangeret eis. Erant. n. qui panem, hoc est, sñias graues porrigerent, sed nõ erat qui frangeret, hoc est, qui interpretaretur & bñ illas declararet. Vnde Hierony. in cõmentariis super lamentationes Hieremiæ, præfata uerba interpretans ait: Iuxta allegoriã signãt, quod hi qui infirmi adhuc sunt intellectu, & minus ualidi ad percipiendũ fortiorem cibum, qualibus ait apl's: Lac uobis potum dedi, propter inertiam & desidiam doctorum, spiritualis intelligentiæ carent alimonia. Paruuli, inquit, petierunt panem & non erat qui frangeret eis: id est, infirmi quique scripturæ sacræ fortiores sententias petierũt sibi exponendo comminui: sed qui exponere studeat, nõ ualet inueniri. Hæc Hieronymus. Sunt iterum alii prædicatores, uiri quidem eruditi & uere docti, qui ea quæ populo prędicant quamuis sint sublimia & occulta mysteria, optime interpretantur & exponunt, carent tamẽ discretione & prudentia, qua iuxta capacitatem auditorum sciant temperare sermones, sed semper etiam corãm rudi populo dicere res grandes affectant. Quibus recte dici posset id, quod poeta Satyricus ait.

Dicere res grandes nostro dat musa poetæ.

Qua intentione id faciant ego diuinare nõ possum, quia illorum corda intueri non ualeo. Si tñ aliquis hic conceditur suspicioni locus, suspicarer ego eos, res tã sublimes corãm pplo rudi prædicare, ut a pplo pro doctis habeãtur, & in magna sint apud illum admiratione. Non Dei gloriam aut ppli utilitatem, sed suam tñ existimationẽ quærunt, & iõ non ut pplm doceant, sed ut ab illo existi

Tre. 4 | Hiero. | 1. cor. 3. | Persius Sat. 1.

meutur, prædicant. Nec tamen hoc de omnibus huiusmodi prædicatoribus sentio: sed credo aliquos esse, qui ideo semper de rebus sublimibus prædicantes tractare uolunt: quia ingenia sua talis sunt conditionis, ut minima quæque & aperta illis uilescant, & ideo de illis differere dedignantur. Quacunque illi moueantur causa ego non curo, nec nostra aliquid interesse puto: hoc tamen certò scio, & ideo constāter asseuerare non erubescam, eos oēs longe a' scopo prædicationis aberrare, & quam uis docti illi sint, officio prædicationis esse indignos, qui iuxta capacitatem audientium nesciunt temperare sermonem. Quis enim nō censeat insanum esse eum qui in paruum aliquod uas immensam aquæ aut uini mensurā infundere conaretur? Sic mea quidem sentētia indiscre tus saltem aut imprudens cēsendus est prædicator, qui sublimia & occulta fidei mysteria prædicat populo rudi, & tātorum mysteriorum prorsus incapaci. Natura enim ipsa aliter agendum esse docet quæ cuique animali proprium & sibi connaturalem & cōmensuratum creauit cibū. Aliis cibis uescitur Leo, aliis ursus, aliis uulpes, aliis denique aues uescuntur. Et hoīes ipsi non eundem oēs appetunt cibū: sed pro sua quisque complexione & corporis ætate & habitudine aptum sibi & competentem uiribus suis expetit cibum. Ab his igitur rerum corporalium exemplis, intelligentiam spiritualium sumamus. Omnis natura rationalis propriis & competentibus debet nutriri cibis. Verus aūt animæ cibus (ut p̄cedenti. c. ostendimus) uerbum Dei est. Sed sicut in nutrimentis corporis multæ sunt differentiæ: ita & homo cuius anima uerbo Dei pascitur, non omnis uno atque eodē uerbo nutritur. Nam aliqui solo uerbi Dei lacte potantur, hoc est, doctrina simpliciore & clariore, ut de moribus esse solet, q̄ præberi consueuit his q prima rudimenta in diui nis studiis suscipiunt. Alii uero q fortiores sunt, & in doctrina prouectiores, fortiori indigent cibo quo uescant, hoc est, declaratione sublimiū aliquorum nostræ fidei my

ſteriorum. Siquis aūt prædicator ordinem hunc peruerterit, ita ut paruulis quibus ſolū lac ſatis eſſe debuiſſet, fortiorem porrigat cibū, hoc eſt, myſteria ſublimia propoſuerit, non ſolum non poterit eum enutrire: ſed nimia cibi potentia illum occidet, quia hoc ipſo non paruam erroris anſam illi præbebit. Ne igitur prædicator ſua p̄dicatione noceat, oportet ut iuxta auditorꝝ capacitatē diſpenſet uerbum Dei. Et hoc eſt quod beatus Iob myſtica quadam (ut ſolet) elocutione de deo loquēs, dixit:

Iob. 26 Qui ligat aquas (inquit) in nubibus ſuis, ut nō erumpāt pariter deorſum. Quæ uerba interpretās beatus Gregorius in moralibus, multa præclara noſtro huic propoſi-

Grego. to conducētia dicit, ex quibus aliqua nūc citabo. Vt auditores rudes (inquit Gregorius) non inundatione ſcientię ſed moderata prædicationis diſtillatione foueantur, ligat Deus aquas in nubib9, ut non erūpant pariter deorſum: quia doctorꝝ prædicationem tēperat, ut auditorꝝ infirmitas doctorꝝ rore nutrita conualeſcat. Et aliqbus interpoſitis ſubdit. Aqua itaque ligatur in nubibus, qa prædicatorꝝ ſcientia infirmorꝝ mentibus loquēs, quantum ſentire ualet, docere prohibet. Nam plerūque ſi auditorum cor uerbi immenſitate corrūpitur, lingua docē

Exo. 21 tium indiſcretionis pœna mulctatur. Vñ ſcriptum eſt: Si quis aperuerit ciſternam & foderit, & nō operuit eam, cecideritqꝫ bos uel aſinus in eam, dominus ciſternę reddet precium iumentorꝝ. Quid eſt enim aperire ciſternā, niſi intellectu ualido ſcripturæ ſacræ arcana penetrare? Quid autem per bouem & aſinum, mundum ſcilicet & immundum animal, niſi fidelis quiſqꝫ & infidelis accipitur? Qui ergo ciſternam fodit, cooperiat, ne illuc bos uel aſinus ruat, id eſt, qui in ſacro eloquio iam alta intelligit, ſublimes ſenſus coràm non capientibus per ſilentium tegat, ne per ſcandalum mentis aut fidelem paruulum aut infidelem, qui credere potuiſſet, interimat. Ex morte enim iumentorꝝ debet precium quia illud. ſ. admiſiſſe conuincit, unde ad agendā pœnitentiā reus te

netur. Quisquis nãq; ad alta scientiæ fluenta perueniẽs, cum hæc apud bruta audientium corda non contexerit, pœnę reus addicitur, si per uerba eius in scandalum siue munda seu mens immunda capiatur. Operienda est ita que cisterna, quia coràm paruulis mentibus tegenda est alta scientia, ne unde cor docentium ad summa attollitur, inde infirmitas auditorum ad ima dilabatur. Hactenus Gregorius, qui multa alia de hac re ibidem dicit, sed hæc citasse sat est. Diximus hucusque de nocumentis quæ prædicatores inferunt reipublicæ Christianę ob defectum doctrinæ, aut propter indiscretam uerbi Dei dispensationem, nũc superest differere de nocumentis q̃ inferunt ratione malæ suæ uitæ quam populo uẽditant. Nam aliqui eorum sunt pessimis moribus imbuti, qui siue uera prædicent siue falsa, sæpissime nocere auditoribus solent. Ex mala.n.uita eoꝝ oriri põt (ut supra diximus) ut intellectus eoꝝ excæcentur, illa putantes bona, in qua sunt affecti, & illa mala quæ abominãtur. Et quẽ admodum ipsi sentiunt, ita populum docent: & inde necessarium est euenire quod saluator noster ait: Si cæcus cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt. Si prædicator qui aliorum est dux excæcatur, mirum erit si populus qui illum audit, non erret: præsertim si populus erga illum afficitur, & in magna habet illum æstimatione? Tunc enim omnia illius dicta uelut oracula quædã recipit populus, nec est qui ab illius doctrina uel latum pilum discedere audeat. Hæc res est adeo aperta, ut superuacaneum sit illam uelle rationibus comprobare. Quærere enim rationem (ut Aristoteles ait) ubi uiget sensus, infirmitas est intellectus. Nec opus est paucula quædam exempla proferre, cum tam multa nũc sint toti orbi notissima. Quanta hæresum colluuies sit ex prædicatione Lutheri, Zuinglij, Carolstadij, Martini Butzeri, cęterorumq; eiusdem classis per totum orbem Xp̃ianum effusa, nemo est qui ignoret. Quæ omnes hæreses fuissent prorsus sublatę, si ut primũ illi insanire cœ-

Mat. 15

perũt fuiſſet illis prorſus inhibita prædicatio. Prĩcipum tamen negligentia qui illos coercere noluerunt cũ poſſent, illi tantam nocendi audaciam dedit, ut certatim inter ſe conſenſiſſe uideantur, quis eorꝝ plus eccleſiæ noceret, & qui plus nocuit illuſtrior apud eos eſt habitus. Omnis igitur princeps qui rempublicã ſuam ab hæreſibus ſaluam eſſe optat, neminẽ qui uel minimam dederit hæreſis ſuſpitionẽ, in illa prædicare permittat. De fide p̃dicatoris conſtare oportet, antequam ille populo prædicare permittatur. Damaſus papa in uita Euariſti papę & martyris refert illum ſtatuiſſe, ut ſeptem diacones cuſtodirent Ep̃m prædicantem propter ſtylum ueritatis. O ſctm̃ & tali martyre dignũ ſtatutũ. Si hæc diligentia in perſcrutãdis uerbis prędicatoris, in hũc uſqꝫ diẽ apud omnes ſeruata fuiſſet, facile itum eſſet obuiam tantæ hęreſum turbę, quantam nũc (proh dolor) uidemus. Et certe timeo ne hæc facilis permiſſio prædicatorꝝ, niſi illi citiſſime occurratur, cauſa ſit, ut tota ferè Chriſtiana reſpublica cito ruat. Nec abs re, ſed maxima motus cã & quidem notiſſima, hoc timeo, quippe ꝙ ſciam, multos ĩ uarijs prouincijs prædicatores, qui ſemel & iterum in p̃dicationibus ſuis ſcandalũ hæreſis non paruum populo dederunt, & tamen modica & leui excuſatione per eos data, permiſſi ſunt iterꝝ atque iterꝝ prædicare, & ſic aliquos ſeduxerũt, & omnibus quos potuerũt, ſcandalum dederũt. Quales tñ illi ante fuiſſent, cũ ſe excuſauerũt, ipſe rei exitus docuit, qm̃ tandem ſe publicos oſtendere hęreticos, non dubitarunt. Nec mirarer ſi apud ſolos Principes hæreticos hæc permitterentur: ſed hoc ualde miror ꝙ apud apud eos Principes, cęteraſqꝫ ptãtes q̃ Xp̃ia no nomine cenſentur, tam facilis ſit prædicatorꝝ ſuſpectorꝝ permiſſio. Obſecro igitur eos omnes, & per Chr̃i uulnera obteſtor, ut nullũ qui uel leuem dedit hæreſis ſuſpitionem, ppl̃o prædicare permittant, donec plenã fecerit apud populum quem ſcãdalizauerat, ſuſpitionis purgationem. Pręter hos autem tam reprobos & noxios p̃-

Dama.

dicatores sunt alij, qui etsi mali sunt eorum tamen non tanta est malitia, ut affectus corrumpat intellectũ. Et hi quidem bifariam adhuc contingere solent. Nam sunt aliqui eorum, qui optime credunt, & bene de rebus agẽdis sentiunt, aliter tñ quàm sentiunt docent, aut spe præmij allecti, aut timore pœnæ deterriti. Vtrunque.n. horꝫ solet prædicatores & alios doctores à ueritatis prædicatione deflectere: præsertim in curijs & aulis principũ, qui pręmijs allicere, & cruciatibus deterrere pñt. Nam qđ pœnę timore multi dicant contra quã sentiunt, testis est Petrus apostolus qui in domo principis sacerdotum ad uocem ancillæ requisitus, negauit se esse Xpĩ saluatoris nri discipulum. Et certe credo multo plures nunc esse in aulis principum, qui Petrum in hac re imitentur, quã qui posterioris illius uitæ exẽpla se quãtur, audacter dicẽtes regibus. Obedire oportet Deo magis q̃ hoĩbus. Spe pmij qđ ueheměter optãt, alliciunt alij, ut afr q̃ sentiũt doceant & pdicent. Bñ quidem sentiunt: sed ut regibus, aut principibus, aut denique pplo placeant, ea docent, & pdicant, q̃ illis placita esse cognoscunt. Tales fuerũt illi quadringenti falsi prophetæ, qui consuluerunt Regi Achab, ut iret ad oppugnandũ ciuitatẽ Ramot Galaat. Illud quidem respondebant quod magis regi placere intelligebant, cum tñ nec unum nec alterꝫ plene sciebant. Qua in re licet ipsi pręd icatores falsa annunciantes grauiter peccent, maior tamen culpa (ut ego sentio) in ipsos reges & principes reijcienda est, qui nolunt nisi ea quæ sibi placita sunt audire, & si quis bonus & fidelis uerbi Dei pręd icator uera docuerit, illum odio hñt, & audire recusant. De qua re idem Rex Achab plenũ poterit nobis pręb ere testimonium, qui rogatus à Iosaphat Rege Iuda, ut dimissis illis quadringentis falsis prophetis aliquem uerum dñi prophetam de bello faciẽdo consuleret, rñdit. Remansit uir unius per quem possumus interrogare dñm: sed ego odi eum: quia non prophetat mihi bonũ sed malũ. Micheas filius Iemla. Hi adulatores,

mat. 26

Act. 5

3. re. 22

Ibidem

in fide & moribus uehementer nocere solent: qm̃ dicentibus illis malum bonum, & tenebras esse lucem, alij credũt, & ex hac fide oritur in auditoribus quidam amor, & appetitus illius mali, quod ab adulatore laudatũ est. Et si opere fecerit malũ illud, tãto minus ab illo recedet, quãto magis credit esse bonũ quod facit. Quo fit, ut nũquam ille ad ueram animæ salutem peruenire possit.
Grego. Qm̃ (ut beatus Gregorius ait) curari uulnus negligitur, quod dignum laudis præmio inuenitur. Primus gradus ad salutem recuperandam est agnoscere se esse ægrum. Difficillime enim poterit æger ad sanitatem peruenire qui se ęgrotare nescit: quia nec medicũ ad se uocabit: nec si ille spõte se offerat, medicinas ab eo oblatas accipiet: quippe ꝙ firmiter credat se illis minime idigere. Prędicator dicens principi aut cuiuis alteri malum quod fecit bonũ esse, hoc agit sua adulatione, ut princeps se malefecisse nunquã pœniteat, & inde consequens est ut nunꝗ̃ ad salutẽ perueniat. Et hæc adulatorꝫ prædicatorꝫ pestis omni tempore fuit noxia. Nam hanc fuisse olim in
Tren. 2 synagoga multorum errorum causam Hieremias propheta deplorat, sic dicens. Prophetę tui uiderunt tibi falsa & stulta, nec aperiebant iniquitatẽ tuam, ut te ad pœnitentiam prouocarent. Viderunt autem tibi assumptiones falsas & eiectiones. Quæ uerba interpretans btũs Hieronymus ait: Qui enim peccanti & iniquis operibus attendenti ꝓmittit impunitatis securitatẽ, prophetiæ maledictioni subiacebit. Hæc Hieronymus. Et ipsemet Deus de istis blãdis prædicatoribus, ꝙ ualde pp̃lo
Hiero. suo nocuerint, conqueriẽ per eundẽ Hieremiã prophetã
Hier. 6 sic inquiens: Curabant contritionẽ filię pp̃li mei cũ ignominia dicẽtes: Pax, pax: & nõ erat pax. Contritionẽ curat prædicator, qui peccanti & nõ pœnitenti cito securitatẽ ꝓmittit. Et per Ezechielẽ prophetã iterꝫ Deus ait:
Ez. 22 Principes eius in medio illius q̃si lupi rapiẽtes p̃dam ad effundendũ sanguinẽ, & ad ꝑdendas aĩas, & auare sectãdo lucra. Prophetæ aũt eius liniebant eos absq; tempe

ramento, uidentes uana, & diuinantes ei mendacium, di centes: Hæc dicit dominus Deus, cum dominus non sit locutus. Et quæ tunc contigerunt populo Israel, eadem etiam nunc in populo Christiano contingere uidemus. Isti enim falsi prophetæ, hoc est, adulatores prædicatores & doctores, sunt causæ potissimæ ut Reges & Principes intolerabilia tributa suis subditis imponāt, & alia multa mala faciant, quæ nisi ab illis laudarentur, nequaquam facerent. Applaudunt enim illis, & dicunt omnia licere quæ uelint. Sunt denique alij prædicatores mali qui bene credunt, & optime de moribus sentiunt, & ut sentiunt docent: sed moribus discrepant ab eo q̄d docent, quia bene docentes male coràm populo uiuūt. Et horum doctrina etsi uera sit, non solum non prodest populo, sed ualde nocet. Nam (ut ait Gregorius) cuius uita despicitur, restat ut eius prædicatio contemnatur. Sua enim mala uita hic talis prædicator multum fidei detrahit doctrinæ quam prædicat. Eadem enim agit quæ damnat: & sic ansam suspitionis non paruam auditoribus præbet, uera non esse quæ ab illo fuerunt edocti. Ad quod credendum, hoc argumento persuadebuntur, quod uidelicet non est uerisimile aliquem esse suæ salutis adeo immemorem, ut sibi ipsi male consulat, alijs autem bene. Si bona sunt quę docet, cur non ea facit? Si bona sunt quę facit, cur non ea docet? Itaque quocunque se uertat, malus esse conuincitur, aut male docens aut male uiuens. Sed quia magis semper homines oculis quàm auribus credunt, hinc est q̄ male uiuentis doctrina quamlibet bona contemnitur. Deinde iustum est ut credatur quemlibet hominem maiorem suæ salutis quàm aliorum curam hr̄e, & inde necesse est euenire ut quisque magis exemplis, quā uerbis credat. Quā magnum malum sit, cum uita prędicatoris doctrinę suę non consentit, beatus Iob mysticis uerbis nos docuit cum ad confirmationem eorum quę dicebat, ex execrationis iuramento utens, hoc malum sibi ipsi tāquam maxi-

Grego.

Iob.31. mum imprecatur, nisi uera sint quę dicit. Si in manibus meis (inquit ille) adhęsit macula: seram & alius comedat, & progenies mea eradicetur. Quæ uerba interpretans Gregorius in moralibus ait: More sacri eloquij serere dicimus, uerba uitę prędicare. Et aliquibus interpositis subdit. Comedere autẽ est bonis operibus satiari. Vnde per semetipsam ueritas dicit: Meus cibus est, ut faciam uoluntatem eius qui misit me: Si ergo ea quę protulit, facere prętermisit, ait: Seram & alius comedat. Ac si aperte dicat: Quod os meum loquitur, non ego sed alter operetur. Prędicator quippe qui à suis uocibus moribus discrepat, ieiunus serit quod alius manducet: quia suo semine ipse non pascitur, quando à uerbi sui rectitudine praua actione uacuatur. Et quia plerunque discipuli incassum bona audiunt, cũ ex magistri uita operum exemplo destruuntur, recte subiungitur. Et progenies mea eradicetur. Doctoris enim progenies eradicatur, quando is, qui per uerbum nascitur, per exemplum necatur: quia quem lingua uigilans gignit, uitę negligẽtia occidit. Hucusque Gregorius. Nec solis uiris est docendi & prędicandi munus permissum: sed ipsis etiam fœminis, quod est omnium absurdissimum. Multas ego in uarijs Christiani orbis prouincijs uidi & audiui fœminas, quę etsi in ecclesia super cathedram non prędicabant, in domibus tamen suis & alienis publicos faciebant de rebus sublimibus sermones: & quotquot uenire & audire uolebant docere non uerebantur. Ex his tamen prædicationibus multi sunt orti errores, ut exitus docuit. Et quia particularia sunt diuersarum nationum exempla, & quę ego uidi punita & correcta fuere ab his quibus incumbebat, ideo nolo nunc ea impręsentiarum ꝓdere. Ego quidẽ à Paulo edoctus cẽseo nulli mulieri ꝑmittendũ esse ut doceat, sed pręcipiendũ ut discat. Q̃m postq̃ Eua fuit à serpẽte seducta, merito suspecta esse debet oĩs doctrina ab ore mulieris prolata, timendum est .n. ne mulier sit à dęmone decepta, quia illa est uas ad

Greg. (margin)

Ioan. 3 (margin)

1. Ti. 2. (margin)

deceptionem paratum, quo dæmon alios decipere solet. Cum igitur prædicatio uerbi Dei per uiros tanto officio indignos ministrata, multorum errorum multarúmque hæresum (ut ex dictis constat) sit notissima causa, oporteret ut nullus pprio prædicare permitteretur, nisi prius fuisset de fide & moribus plene à suo superiore examinatus & approbatus. Non.n. negocium hoc, quod tāti est momenti, omnibus sine discrimine cōmitti debet, sed solis dignis. Nā Paulus Timotheo scribens, de hac re, admonet illum, sic dicens: Quæ audisti à me per multos testes, hæc cōmenda fidelibus hominibus qui idonei erūt alios docere. Et beatus Franciscus omnium fratrum minorum primus institutor & pr̄, apl̄i Pauli uestigia secutus hoc idem in sua rl̄a omnibus fratribus præcepit, sic dicens: Nullus fratrum pprio penitus audeat prædicare, nisi à ministro generali huius fraternitatis fuerit examinatus & approbatus, & ab eo offm̄ sibi prædicationis concessum. Hæc beatus Franciscus, sub cuius instituto ego quamuis indignus milito. Et cōcilium generale Lateranense sub Innocentio tertio celebratum, speciale de hac re statuit decretum, quo uniuersis Christi fidelibus idem prohibetur, quod sanctus Franciscus fratrib⁹ suis prohibuit. Nam in cap.3. decretorum eiusdem concilij hęc habentur uerba. Quia uero nonnulli sub specie pietatis, uirtutem eius (iuxta quod apostolus ait) abnegātes, authoritatem sibi uendicant prædicandi: cum idem apostolus dicat: Q̄ūo prædicabunt nisi mittantur? Omnes qui prohibiti uel non missi p̄ter authoritatē ab apostolica sede uel catholico Ep̄o loci susceptam, publice uel priuatim prædicationis officium usurpare præsumpserint, excōicationis uinculo innodentur: & nisi quam citius resipuerint, alia competenti pœna plectantur. Hæc concilium Lateranense. Quæ uerba hn̄r in cap. Excōicamus, paragr. Quia uero, De hæreticis. Et in alio ḡnali concilio Lateranensi, quod sub Leone X. celebratum est, idem statutum est renouatum, & multo copiosius

2.Ti.2.
S.Frāc.
Cōci La teranē.
2.Ti.3.
Ro.10.

factum. Nam in sess.11. eiusdem concilij sequens contine tur decretum. Leo Eps seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam, sacro approbante concilio, supernæ maiestatis præsidio, per cuius ineffabilem prouidentiam cœlestia simul & terrena diriguntur. &c. Et post multa quæ in procemio illius decreti referuntur, hæc tādem subduntur. Sacro approbante concilio statuimus & ordinamus, ut nullus tam clericus secularis quàm cuiuscunq; etiam mendicantium ordinis regularis, aut quis alius ad quem facultas prædicādi tam de iure quam de consuetudine, uel priuilegio aut aliàs pertinet, ad huiusmodi officium exercēdum admittatur, nisi prius per superiorem suum respectiue diligenter examinatus: in qua re cōscientiam ipsius superioris oneramus, ac morų honestate, ætate, doctrina, probitate, prudentia, & uitę exemplaritate ad illud aptus, & idoneus reperiatur. Et hic quocunq; postea prædicaturus accesserit, de huiusmodi examine, & idoneitate sua, per literas authēticas seu alias sui examinatoris approbatorisq;, Epis & alījs locorų ordinarījs fidem legitime faciat. Hæc concilium Lateranense sub Leone X. O' uere sanctum decretum, & generali concilio dignum: in quo nihil quod ad hanc rem poterat censeri necessarium, fuit ptermissum. Præcepit.n. ut prædicatores examinentur, & quales sint approbandi declarat, & testimonium approbationis dari statuit, ut nullus se approbatū esse possit impune mentiri. Vnum tñ solum ab omnibus adhuc desyderatur, & est tam sancti decreti executio. Non.n. scio illud, uel semel fuisse executioni mandatum, nec audiui ab aliquo, qui hoc aliqñ fieri uidisset. Sed hoc Eporum negligentię imputandum est, sicut & multa alia illorum desidię tribuuntur, de qua sequenti capitulo differemus, & ibidē ostendemus eorum pessimam negligentiam esse multorum malorum causam.

Leo.10

De tertia hæresum causa, quæ est negligentia Episcoporum, & aliorum ecclesiæ pastorum. Cap. IIII.

Tertiam aggredimur explicare hæresum causam, cuius uim, & potētiam si plene (ut decet) perscrutati fuerimus, dicemus illam esse pręcipuam, & omnium primā, ex qua alias omnes oriri constat. Hæc est nimia prelatorũ negligentia, quorũ multi non magis de suis subditis curant, quàm de rebus nihil ad eos spectantibus: & ita oues sibi cōmissas deserunt, ac si nullā de illis essent Deo reddituri rationem. Et certe illa omnia, quę supra p duo cap. digessimus, de penuria uerbi Dei, & de malitia prędicatorum, in prælatos reijcienda sunt, ad quos spectat illis omnibus prouidere. Sũt aliqui Epi, qui possent optime, si uellent, suo respondere officio: sed alijs multis à suo statu, & ordine alienis nimium intenti, id, quod debent reddere nolunt. De istorũ igitur negligentia dicamus, & postea ostendemus quot, quantasq; hæreses illorũ negligentia pepeterit, & usq; in hodiernum diē pariat. Sed prius necessarium erit oñdere, quæ sint illa, quę ab Epis, & alijs animarũ pastoribus diuina exigit lex, et sic lapidem (ut dr̃) ad filum referentes, palàm omnibus faciemus multos ex illis esse, qui nũc minimam partem eorũ, quæ iuxta suum offm̃ tenentur, prestant. Quę autē sint illa, quę Epi prestate tenentur si quis scire desyderat, à nomine officij, quod illis cōmissum est, facile, discet: si illius uirtutem, & proprietatem exacte consyderauerit. Epi.n. & cęteri, quibus est animarũ cura cōmissa, pastores animarũ dicuntur, & sunt. Nam cum Christus saluator noster Petrum cęteris omnib⁹ prefecit Christianis, pastorem ouium suarũ illum instituit, dicens illi: Pasce oues meas. Quib⁹ uerbis Christianos omnes suas esse oues declarauit, & Petrum illarũ omnium pastorem constituit, cum pascēdarũ illarũ curam illi dedit. Et ipsemet Christus redemptor noster, ut nobis ostenderet, quo nos diligebat amore, & quanta cum solicitudine omnium nostrum gerebat curam, pastorem se appellauit dicens: Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis. Videamus igitur, quę sunt

Ioã. 21.

Ioã. 10.

illa, quæ pastores ouium circa oues sibi cōmissas agere tenentur: qm̄ Epi, & alij curam animarum habentes eadē animabus sibi cōmissis præstare debebunt, cum sint illarum pastores. Tenentur primo pastores ouibus suis pastum præbere, ne fame, & inedia pereant. Et Epi. & cæteri omnes, qui animarum curam susceperunt, tenentur pascere animas eorum, quibus præsunt. Quo autem pastu animas pascere debeant, ipsemet Deus, qui illos instituit pastores, aperte expressit per Hieremiam prophetam dicens: Dabo uobis pastores iuxta cor meū, & pascent uos scientia, & doctrina. Tenentur igitur Epi, & cæteri animarum pastores docere eos omnes, quorum retinent curam. Hinc est, q̄ Christus saluator noster mittens apostolos suos in mundum uniuersum dixit illis: Docete omnes gentes. Apostoli siquidem fuerunt pastores illi, quos Deus ante se da[illegible]rum promiserat, iuxta cor suum, & ideo ut promissioni suæ satisfaceret, præcepit illis, ut omnes gentes pascerent scientia, & doctrina. Vt autem tanto essent muneri idonei, spūs sanctus in linguis igneis super eos de cœlo descendit. Non in manibus, quibus mundum debellare possent, neq; in pedibus, quorum agilitate tyrannorum persecutiones effugerēt: sed in linguis, quibus alios ignorantes docerent. Alia corporis organa ad hoc dedit nobis natura, ut illis multarum rerum, quas ignorabamus cognitionem ab ipsis rebus haurire possimus. Lingua tñ nostra nullius rei cognitionem nobis p̄bet: sed quæ nos ante cognoscebamus, alijs per linguā manifestamus. Itaq; lingua non ad discendum: sed potius ad docendum nobis donata est. Et ob hāc causam spiritus sanctus super apostolos descendens, non in oculis, aut auribus, quæ sunt organa ad discendum apta: sed in linguis igneis descēdit, ut eos ad docendum idoneos efficeret, qui iam totius mundi erant instituti magistri, & pastores. Ex his igitur discant Epi quanta obligatione populos sibi subditos docere teneant, & apostolorum imitentur exempla, quorum ob solam dignitatem Epalē

Hier. 3

Matt. ult.

Actu. 1

merito gloriantur se esse successores. Alioqui rei apud Deum habebuntur debiti male soluti, & suæ taciturnitatis dignas sustinebunt pœnas. Et hoc mihi significasse vñr tintinnabula illa, q̃ mista malis punicis olim Deus præcepit poni in ueste sacerdotis, quib⁹ sub pœna mortis sonitum facere tenebatur sacerdos ingrediens. Et uestietur (inquit textus Exodi) Aaron ea in officio ministerij, ut audiatur sonitus, qñ ingreditur, & egreditur Sanctuarium in conspectu Dñi, & non moriatur. In quibus uerbis non solam literæ superficiem, ut Iudæi faciunt, inspicere debemus. qm̃ (ut Paulus ait) litera occidit: spiritus est, qui uiuificat. Opus est igitur ut mysterium sub illo duro literæ cortice latens inquiramus, pręsertim cum dicat Paulus omnia in figura cōtigisse Iudæis, & legem habuisse umbram futurorum. Vestis illa sacerdotalis p̱fectam sacerdotis uitam significabat, propheta Regio id nobis interpretante, qui ait: Sacerdotes tui induātur iustitia. Tintinnabula uesti inserta significant p̄dicationis uocem cum operatione coniunctam. Sonitus tintinnabulorum audiri debet, qñ ingreditur, & egredit̃ sanctuarium, ut non moriatur. Quia mortem damnationis incurrit Eps̃, si absq̧ ullo prædicationis sonitu incedit. Vnde Beda locum illum exponens ait: Sacerdos ingrediens, & egrediens moritur, si de eo sonitus non audiatur: quia iram contra se occulti iudicis prouocat, si sine prædicationis sonitu incedit. Hæc ille. Qualis autem debeat esse sacerdotis pręedicatio, innuitur per hoc, ꝙ tintinnabulis mala punica misceri præcipiuntur, in quibus fidei unitas designatur. Nam sicut in malo punico, multa interius grana sub uno exterius cortice continentur, sic innumeros sanctæ ecclesiæ pp̄los unitas fidei contegit quos intus diuersitas morum tenet. Mala igitur punica tintinnabulis iungi mandantur, ut in omnibus, quę sacerdos prædicat, & docet: unitatem fidei cauta obseruatione tenere procuret. Ideo Paulus optime intelligēs pręedicationem uerbi Dei esse Ep̄o summe necessariam

Exo. 28

2. cor. 3

Heb. 10

Ps. 131.

Beda.

Timotheo, quem Epm, et pastorem animarum institue rat, scribit adhortans, & uehementer urgens illum ad frequentem uerbi Dei prędicationem, his uerbis. Testificor coram Deo, & Christo Iesu, qui iudicaturus est uiuos, & mortuos per aduentum ipsius, & regnum eius: Prędica uerbum, insta opportune. Illa terribilia adiurationis uerba, quibus Paulus Timotheum adiurauit, indicant ardentissimum illius affectum, quo uoluit exprimere Epm maxima obligatione teneri ad prędicandū uerbum Dei, nō uno, aut altero die tm: sed sępe. Ideo dixit: Prędica uerbum insta opportune. Quę uerba exponens Theophilactus ait: Quod ipse testificor, ut uerbum pdices, ne gratiam in occulto teneas. Quid uero nobiscū agetur, qui nihil prędicamus? Insta opportune, et importune. Hoc est, instando, & iubendo eloquere. Nec intercisa: sed perpetua utere oratione, & continēti, ita ut nullum tibi ad prędicandum, prędefinitum sit tps: sed opportune insta. i. in pace, & otio, cum in ecclesia pacifice nullo turbante uersaris. Et importune. i. cum in discrimine fueris, uel extra ecclesiam loquere, & Euangelium ipm edissere. Opportunitatem uero, & importunitatem ad multorum dixit opinionem, existimantium opportunitatem quietem esse, importunitatem tpa periculosa, & intempestiua. Hęc Theophilactus. Qui quia Bulgarię Episcopus erat, nomine suo omnium Episcoporum deplorauerit negligentiam dicens: Quid nobiscum agetur, qui nil prędicamus? Demum ut intelligant Episcopi quantum sit illis necessaria uerbi Dei prędicatio, aspiciant illum omnium animarum pastorem Christum saluatorem nostrum, quāta diligentia oues, ad quas solas se missum fuisse testatur, pauerit scientia, & doctrina. Ille. n. in exemplum omnibus propositus est, ut quisqꝫ ex factis illius id, quod ad se attinet, discere possit. Nam (ut Augustinus ait) omnis Christi actio nostra est instructio. De ipso autem Saluatore nostro refert Matthęus, ꝙ circuibant totā Galilęā, docens in synagogis eorum, & prędicans

2. Ti. 4 — Theop. — Mat. 15 — Mat. 4

& prædicans euangelium regni, & sanans oēm languorem, et omnem infirmitatem in populo. Et iterum idem Matthæus ait: Et circumibat Iesus omnes ciuitates, & castella, docens in synagogis eorum, & prædicans euangelium regni, & curans oēm languorem, & oēm infirmitatem. Hoc attendāt episcopi & exemplo Christi circumeant omnia oppida, & castella, siue diœcesis, docētes in templis eorum, & prædicantes euangelium regni, & procurēt curare animarum languores, & infirmitates, quibus populus ubique laborat. Et certe nisi episcopi, & alij animarum pastores populum docere teneantur, cū nullus alius sit, cui hoc docendi munus Deus mandauerit, erit per consequens necessario dicendum, male Christum redemptorem nrm ecclesiæ suæ prospexisse, si illi de re omnium maxime necessaria qualis est fidei, & morum doctrina, minime prouidit. Absit tamen à fidelium cordibus tam impia cogitatio. Nam pastores animarum, qui ita sentirent, dum culpas a se reijcere uellent, Deū iniustum facerent, dicentes illum familię suæ de cibo minime prouidisse, & oues suas sine ullo pastu reliquisse. Ipse.n. per Esaiam prophetam dicit, se nihil potuisse facere uineæ suæ, quod non fecerit, Vnde consequens est, ut dicatur illum de pastu ouibus suis ꝓuidisse: quia hoc facillime ille facere potuit. Neque alios ad hoc agēdum instituit, quàm sacerdotes, quos animarum pastores instituit, quibus hoc solo noīe præcepisse uidet, ut pascerent oues suas scientia, & doctrina. Pauci tñ sunt epi, aut cæteri animarum pastores: qui oues suas pascant scientia, et doctrina. Nolo dicere nullos esse, cū ego aliquos nouerim, tum ex epis, tum ex alijs inferioribus sacerdotibus, qui pp̄os sibi subditos frequenti p̄dicatione docebant. Verum hi omnes tam rari sunt, ut ad aliam innumerā multitudinem relati, sint uelut sol, & luna alijs omnibus stellis cōparati. Fateor ēt esse alios animarum pastores, q etsi ipsi non prædicent, curant tñ diligenter suū defectum ꝑ alios idoneos prædicatores supplere, ne oues suæ fame

Matt 9

Esai. 5

uerbi Dei pereant. Et certe si epi̅, aut alij curam animarũ hñtes prædicare nesciunt, integre (ut ego existimo) suo satisfaciunt officio si id per alios idoneos prædicatores fieri, diligenter ꝑcurent. Sed re uera (ut ingenue loquar) paucissimi sunt, qui hæc faciant. Et ideo nisi per monachos hæc pastorũ fuisset suppleta neglige̅tia, ob solam uerbi dei penuriam fere tota iam perijsset respub. Christiana. Verũ etsi isti pro uiribus e̅pos, & alios animarũ pastores iuuare conentur, non tñ poterũt eorũ omnem supplere defectũ: quia messis multa est (ut saluator no-
Matt. 9 ster ait) operarij autem pauci. Quo fit, ut multa oppida & castella, quibus monachi p̄dicationibus suis subuenire non pñt, perpetuo careant prædicatione uerbi dei, aut necesse sit illis, proprijs expensis conducere prædicatores, a quibus uerbum dei audire possint. Bis itaq; pastum doctrinæ oues soluere cogũtur. Primum q̄dem cum decimas suorum fructuum sacerdotibus dederunt ob quas iure diuino pastum doctrinæ illis debeba̅t. Deinde iterũ soluunt, cum aliorũ prædicatorũ operas suis co̅ducunt expensis. Et (quod peius est) nolunt sæpe episcopi, aut alij pastores permittere aliquos quamuis a populo co̅ductos prędicare: nisi qui illis placuerint. Si hoc episcopi facerent, ut uel sic melius populo consuleretur indignos reijciendo, & dignos acceptando, no̅ possem hac in parte eorũ non laudare dilige̅tiam. Sæpe tñ id no̅ faciunt, ut populo bene consulant: sed ut prædicatori alicui faueant. Ob quam cãm sępe contigisse scio, ut populus indigniorem fuerit coactus proprijs expensis co̅ductum suscipere prædicatorem. Hi tales & si uere episcopi sint, indigni tñ sunt, qui hoc nomine censeantur, cum illos non a Deo: sed ab hominibus super familiam Dei positos esse constet. Nam seruus, quem dominus su-
Matt. 24 per familiam suam co̅stituit, fidelis est, & prudens, qui reddit familiæ cibum in tempore. Hi igitur, qui super familiam Dei sunt positi episcopi, & cibum uerbi Dei familiæ non reddunt, a Domino non sunt super illam co̅-

ftituti.Et quia tam aperta erat paſtorum omnium præſertim epiſcoporum,huius rei negligentia,ideo conciliũ generale Lateranenſe ſub Innocentio tertio uenerabiliter celebratum,ſpeciale de hac re condidit decretũ decimo capite collocatum,quo præcepit omnibus epiſcopis,ut uiros idoneos ad ſanctæ prædicationis officium ſalubriter exequendũ aſſumat,potentes in opere, & ſermone,qui plebes ſibi commiſſas uice ipſorum, cum per ſe idem nequeũt,uerbo ædificent,& exẽplo. Habetur aũt hoc decretum in.c.inter cætera.de off.iud.ord. Sed huiuſmodi decreta multis huius tpis epiſcopis pferre, eſt ſurdo canere fabulam.Quanta autem errorum,& hæreſum multitudo oriatur ex hac uerbi dei penuria, quæ ppter epiſcoporum negligentiam contingit, iam proxime præcedenti cap.demonſtrauimus. Alterum paſtoris offm̃ eſt cuſtodire oues a' lupis,qui ſæpe illas inuadunt, & niſi eſſet paſtor, qui eos deterreret, & coerceret, oẽs oues occiderent, & deuorarent, neque unam relinquerẽt ſaluam.Ne igitur lupi nocere ouibus poſſint,illarum tutela eſt paſtoribus cõmiſſa. Lupi ſunt tyranni, qui ſubditos ſuos ſupra debitũ ſpoliant,& plura quã poſſint portare,ab illis exigũt tributa,& illis non cum manſuetudine & lenitate:ſed auſtere nimis, & crudeliter imperant. Ideo de malis Iudææ principibus Deus loquẽs per Ezechielem pphetã ait: Principes eius in medio illius quaſi lupi rapientes prædam: ad effundendum ſanguinem,& ad perdendas animas,& auare ſectanda lucra. Lupi ẽt ſunt omnes,qui iuſtos uiros perſequuntur quamuis nec Reges,nec Principes illi ſint. Hi ſunt lupi illi, de quibus Saluator apoſtolis loquens ait: Ecce ego mitto uos, ſicut oues in medio luporum. Non.n.inter ſolos Principes, aut Reges,ſuos apoſtolos miſit,nec a' ſolis illis apoſtoli ſuſtinuerunt perſecutiones: ſed a' multis alijs, quos omnes luporum nomine ſaluator appellauit.His oĩbus crudeliores lupi ſunt hæretici: qm̃ ſub ſpecie pietatis, & religionis,aliorum animas ſæpiſſime occidunt. Iſti ſunt lupi

Cõc.la teranẽ.

Ez.22.

matth10

Matt.7 illi, a quibus, ut caueamus Saluator nr̄ nos oēs admonet, dicens: Attendite à falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium: intrinsecus aūt sunt lupi rapaces. Ab his oībus lupis debent epī suas oues tueri, ne ab illis lædantur. A tyrannis, & alijs persecutoribus debēt illas defendere, non permittentes illis, ut subditos suos iniuste uexent, aut illis importabilia onera imponant, aut immoderata exigant tributa, aut quascunque iniustas inferāt molestias. Etsi Reges, aut Principes, aut alij quicunque Domini, horum aliquid facere tentauerint, episcopi illis resistere tenentur, eorum audaciam reprimere, & duris illorum conatibus obsistere debent, arguendo, obsecrando, increpando (ut ait Paulus) in omni

2.Ti.4 patientia, & doctrina. Ab hæreticis etiam defendere debent oues sibi cōmissas, ne ab illis seductæ in errores, et

Titi.1. hæreses uarias ducantur. Ob hanc.n. causam Paulus docet oportere episcopum esse doctū, ut potens sit exhortari in sana doctrina, & eos, qui contradicunt arguere. Oportet, ut populum exhortetur in ueritate fidei maneré, & hæreticos contradicentes apertis rationibus conuincat. Quotus tñ nunc est episcopus, qui id nunc facere audeat? Tam rarus est quisquis talis est episcopus, ut merito de illo posset illud Satyrici poetæ dici.

Rara auis in terris, nigroq; simillima cygno.

Reliquis igitur omnibus, qui id facere, aut negligūt, aut timent, dici potest id, quod dñs malis sacerdotibus ex-

Eze.13 probrauit olim per Ezechielem ꝓphetam dicens: Non ascendistis ex aduerso, neque opposuistis murꝰ pro domo Israel, ut staretis in prælio in die Domini. Quæ uer-

Grego. ba interpretans beatus Gregorius lib. 2. Pastoralis, cap. 4. ait: Ex aduerso quippe ascendere, est pro defensione gregis uoce libera huius mundi potestatibus contraire. Et in die Domini in prælio stare, est prauis decertātibus ex iustitiæ amore resistere. Pastori enim recta timuisse dicere, quid est aliud, quàm tacendo terga præbuisse? Qui nimirum si pro grege se obijcit, murum pro domo

Israel hostibus opponit. Hæc ille. Huius tpis prælati nõ ascendunt ex aduerso, nec se opponunt pro muro domus Israel: quia pro gregis defensione non audent mũdi huius potestatibus contradicere. Non audeo dicere nullum esse nunc Episcopũ, qui Principes redarguere, et eorꝫ malis conatibus publice resistere audeat, ne forte id mihi Deus dicat, quod olim, cum res erat nimiũ desperatæ, Heliæ prophetæ dixit: Derelinquã mihi in Israel septem milia uiroꝝ, quoꝝ genua nõ sunt incuruata ante Baal. Hoc tñ intrepidus dicam, rarum nunc esse Episcopum similem beato Ambrosio, qui cum esset Mediolanensis Episcopus Theodosium potentissimũ Orientis, & Occidentis Imperatorem non est ueritus excõicare propter stragem Thessalonicæ factam. Nec breuis tpis excõmunicatione illum ligauit: sed octo mensium spatio (ut historia Cassiodori tripartita refert) illum ĩ excõi catione continuit. Quo tempore transacto cum Imperator se excõmunicatum uehemẽter doleret, & ingemisceret, adijt Ambrosium Ruffinus uir Imperatori gratissimus, & rogat illum, ut Imperatorem ab excõicatione absoluat, & templi fores illi aperiat, & illius ingressum permittat. Hoc tñ Ambrosius facere nolẽs ipsum Ruffinum acriter reprehendit ꝙ talia ab eo petere auderet. Cumq́ Ruffinus supplicaret, & Imperatorẽ diceret esse uenturꝝ, superno zelo accẽsus Ambrosius dixit illi: Ego uero Ruffine prædico tibi, ꝙ eum ingredi sacra limina prohibebo: Si uero Imperium in tyrãnidem mutare uoluerit, necem ego libenter suscipiam. Post Ruffinum aduenit Imperator, & inuenit Ambrosium pro foribus tẽpli residentem, expectantemq́ Imperatorem. Qui postquã accessit, supplicauit Ambrosium, ut excõmunicationis uinculum soluere uellet. Multis igitur uerbis ultro, citroq́ dictis, nunquã tñ illum soluere uoluit, quousq; plenam sui delicti dedisset emendationem. Quæ Ambrosij tam seuera increpatio adeo Theodosio Imperatori profuit ut postea Constantinopoli existens Imperator Am

3. re. 19.

Ambr.

Theod.

Lib. 9. cap. 30

brosium ob hæc,& alia impēse laudauerit dicens: Vix in ueni ueritatis magistrum. Ambrosium nanq; solum noui digne uocari Pontificē. Certe si multi nunc essent Ambrosio similes Episcopi, non tanta, tamque frequentia essent inter Principes Chrianos bella, non tot fierent Christianorum strages, non tantis tota respub. Christiana agitaretur tumultibus, nec tot quotidie in ea excitarentur tragœdiæ, nec tot in ea ortæ fuissent hæreses, quot nunc uidemus. Earum enim maxima pars ab Episcoporum negligentia,& timiditate orta est, qui hæresum tēpestate oborta non se opposuerunt pro muro domus Israel, ut Regibus,& Principibus alijsq; Dn̄is, qui huius tp̄is hæresiachis fauent, libera uoce contradicere auderent. Imò quod pessimum est, in aliquibus regnis omnes Episcopi præter unum, aut alterum, hæreticæ suorum Regum subscripsere sententiæ. Quod autem omnes illius regni Episcopi in eandem uenerint sententiam hæreticam, hoc argumento conuincitur, q̄ unus, qui Regi cōtradixit, publice decollatus est,& uerus Dei martyr effectus. Si alij omnes Episcopi hunc uere martyrem Episcopum imitari uoluisset, non dubito quin Regem alioqui bonum in fide catholica continuissent. Non enim est uerosimile Regem alioqui bonum omnibus Episcopis sua prudentia sola contradicere uoluisse. Sed quia ab aliquo, aut aliquibus Episcopis primo ad hæreses excitatus est,& deinde alijs Ep̄is tacentibus & permittentibus, hæresis adeo in Rege confirmata est, ut inde ad totum ferè regnum processerit. Cuius tanti mali constat Episcopoꝝ negligentiam primam fuisse causam. Aliud etiam audio esse in Germania superiori regnum, quod cum totum ferè sit Lutheri hr̄si infectum, nullum tn̄ Ep̄m pro fide catholica hucusque mortuum esse intellexi, q̄d omnes Regiæ iussioni magis, quàm Deo obtemperare uoluerunt. Et idem alijs Germaniæ Principibus qui Lutheri hæresim susceperunt, & hucusque tuentur, contigisse constat. Quoniam si illis Episcopi (ut teneban-

Roffē. ep̄s.

Regnū Goth.

tur)restitissent, & libera uoce pro fide catholica clamassent, uerissimile est illos non tã faciles Lutheri hæresibus subscripsisse, & post illum præcipites iuisse. De Hussitarũ hæresi olim apud Bohemos orta, Pragensis cuiusdam Archiepiscopi negligentiã fuisse causam, q̃ illa non cito perierit, testatur Aeneas Syluius in lib. de origine Bohemorum, cap. 35. Nam cum primo illa oriretur, Subinco Pragensis Archiepiscopus diligentissime contra Ioannem Hus pro negocio fidei egit. Sed illo intempestiue mortuo, Albicus illi sufficitur, unicum extremę auaritiæ barathrum, de quo iter alia idẽ Aeneas Syluius hęc refert. Interrogatus aliqñ, sonorum omnium, quæ molestus audiret, maxillarum (inquit) ossa frangentium. Idoneus profecto Pontifex, qui surgenti fomentum hæresi daret. Hæc ille. Et tandem dicit ob mortem prioris Archiepiscopi, & desidiã, ignauiámq; successoris, Hussitarũ hęresim perstitisse. Quę ab Episcopis exacta esse hactenus diximus, ex sola pastoris ratione collegimus. Est aliud insuper illis inditum in sacris literis nomẽ, ex cuius ratione alium illis imcũbere laborem apertissime constat. Vocantur. n. Episcopi à Paulo dispensatores. Nam Tito describens uirtutes, quibus oportet Episcopum p̃ditum esse ait: Oportet Episcopum irreprehensibilẽ esse sicut Dei dispensatorem. Et in priore ad Corinthos de se, & alijs apostolis, qui omnes Episcopi erant, ait: Sic nos existimet hõ, ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Mysteria Dei sunt nõ solum illa, quæ ad doctrinam fidei pertinent: sed sacramenta oĩa: quia sub illis rebus, & signis, quæ foris uidemus, diuinam aliquam intus latentem continent gratiam, merito dicuntur mysteria. Nam matrimonium quod unum est ex illis septem secramentis, quæ catholica celebrat ecclesia, cum illud laudare uellet Paulus, illud mysterium esse dixit. Nam illo loco ubi nos Latine legimus sacramentum hoc magnum est, litera Gręca loco illius uocis sacr̃m, habet mysterium, sic dicens: τὸ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐς

Tit. 1

1. cor. 4

Ephe. 5

tin. Latinus autem interpres optime intelligens sacra omnia interius aliquid multo maioris momenti contine re, quàm sint ea, quę foris ostendũt, mysteria illa esse me rito censuit, ac proinde pro mysterio transtulit sacramẽ tum. Horum omnium mysteriorum solus Episcopus est dispensator. Quoniam et si alij inferiores sacerdotes pos sint aliqua ex sacramẽtis ministrare, ut sunt Baptismus, Pœnitentia, Eucharistia, Matrimonium, extrema Vn-ctio: alia tamen duo non, nisi per Episcopos ministra-ri pñt, Confirmatio uidelicet, & Ordo. Incumbit ergo hic labor Episcopis, ut sacramenta illa quæ non nisi per Episcopos ministrari possunt, suis subditis pro necessita te, & cuiusque merito dispensent. Hic tñ quæritur (ut
1. cor. 4 Paulus ait) inter dispensatores, ut fidelis quis inuenia-tur. Multi enim ex illis sunt, qui etsi multo tempore fue-runt Episcopi, nunquam tamen aliquod horum sacroꝝ suis subditis dispensauerunt, nec per alios Epõs (quod multo peius est) dispensare curarunt. Ob quam causam plurimos prouectæ ætatis uiros, & mulieres in multis diœcesibus esse scio, qui nunquam cõfirmationis sacrm susceperunt, plurimos etiam, qui sine illo in prouecta æ-tate ex hac uita decesserunt. Et re uera, cum certum sit ex sctõꝝ testimonio, sacramentum hoc fortitudiuem quã dam præstare his, qui illud digne suscipiunt, quo fortio res effecti, possint facilius diaboli tentationibus resiste-re: non est dubitandũ multos ob impotentiam, & fra-gilitatem in uitia multa insuper, & hæreses fuisse lapsos, qui si confirmationis sacramento fuissent roborati, uiri-liter restitissent, & fuissent ab his omnibus liberi. Quoꝝ omnium culpam & interitum quisquis bene senserit, in Episcopoꝝ negligentiam reijciet, qui si fideles dispensa-tores fuissent, eos omnes à morte perpetua liberassent. De sacrõ ordinis, quàm fideliter multi Episcopi illud di-spensent, non est opus lõgum facere sermonem, cum ex opposito illud profusissime distribuant. Confirmatio-nis igitur sunt auari, & ordinis prodigi. Nam omnes si-

ne ullo discrimine hodie ad sacerdotium promouentur. Nec uidi unquã, aut audiui ullum tam rudem, & indoctum, pessimisq; moribus infectum, qui si sacerdotium ambiret, non assequeretur. Quoniam si ab Episcopo suo ob indignitatem repellitur, non deest illi (ut est in prouerbio, dignum patella operculum) alius uidelicet Episcopus, qui illum ex Papæ dispẽsatione ad sacerdotium promoueat. Quanta sit hæresum occasio, hæc multorũ sacerdotũ indignitas, proxime sequenti cap. Deo adiutore ostẽdemus. Quibus autem sint hęc mala imputãda, non est opus multum inquirere, cum ex Pauli doctrina apertissime constet, ea omnia Episcopis, qui indignos promouerunt, esse tribuẽda. Nam Timotheum discipulum, & Epm admonens, ut ecclesiasticos ordines non leuiter cõferat, dicit. Manus cito nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alienis. Quę uerba exponens Theophilactus in cõmentarijs super Paulum ait: Haud quaq; cito. i. temere, uel cumprimũ quempiã fueris scdoue, aut tertio periclitatus: sed sæpe, ut diligenter omnibus inuestigatis, manus cuiq; imposueris. Neq;. n. expers periculi ea res est. Quale autem hoc periculum sit, ex his, quæ subsequuntur, intellige. Neq; cõmunicaueris peccatis alienis. Es nanq; (inquit) alienis delictis obnoxius, his scilicet, quæ ille in futurum cõmiserit, cui manus imposuisti. Quo fit, ut uirtutum illius particeps sis futurus, si recte uixeris: sic peccatorum non immunis si praue. Eiusdem, et prauis eo obstringeris facinoribus: quia nulla horum habita ratione, tenebras lucem effeceris. Hæc Theophilact. Ex cuius uerbis apertissime constat, peccata indignorum sacerdotum, iuxta Pauli sentẽtiam, in Episcopos esse reijcienda, qui illos temere ad sacerdotium, pmouerunt. Ex his oĩbus p̃fatis constat tria esse omnibus Epis summe necessaria, ut recte suum peragant ministerium, quæ oĩa suis subditis ministrare tenẽtur. Hæc sunt, doctrinæ pastus, ouium diligens tutela, dispensatio sacrorum. Vt autem hæc omnia integre Eps

1. Ti. 5.

Theop.

perficere ualeat: opus est, ut ipsas oues cognoscat, & perpetuam cum illis habeat conuersationem, & circa illas semper inuigilet, ne aliquid illis desit ex omnibus, quæ illis præstare tenetur. Oportet primũ ut eas cognoscat, ut sciat, quas pascere debeat. Nam si eas non cognouerit, fieri nõ potest, ut illas opportune pascere, & uiriliter tueri possit. Ideo sapiens ait: Diligenter agnosce uultum pecoris tui, & greges tuos considera. Quæ uerba interpretans Hierony. in cõmentarijs super Prouerbia ait: Pastori dicitur ecclesiæ. Diligenter adhibe curam eis quibus te præesse contigerit, agnosce animos, actusq́ singulorum, & si quid in eis uitij sordidãtis inueneris citius castigare memento. Non. n. tu semper oues Dñicas pascendi potestatem habebis, sed æterna est corona, quam percipies si cõmissum tibi gradum tuo tpe bñ ministraueris. Hæc Hieron. Est etiam necessarium ut oues suum agnoscant pastorẽ, ut illæ sciant, quẽ sequi debeant, & à quo pastũ secure suscipere possint. Hęc duo uno cõtextu Saluator nr̃ expressit, qui cum dixisset se esse pastorem bonũ, ad hoc cõprobandum statim boni pastoris qualitates adiecit, dicens: Ego cognosco oues meas, & cognoscũt me meæ. Quibus uerbis aperte nos docuit illũ non esse bonum pastorem, qui oues suas non cognoscit, & quem oues non agnoscunt. Tenentur etiã Episcopi sup gregẽ sibi cõmissum uigilare, & illius insistere curæ, ne aliquid ad salutem necessariũ illi desit. Nam hoc ipm̃ significat hęc uox Ep̃s, quę Gręca uox est, et Latine uersa, idẽ dicit, ac superintendẽs. Ip̃m ergo nomen, quo se appellari gaudẽt, docet illos sup subditorũ custodiam intẽdere, & uigilare debere. Ob quam causam Paulus cẽset subditos teneri ad obedientiã suis præpositis præstandã. Obedite (inquit) præpositis uestris, ipsi. n. uigilãt pro uobis reddituri rõnem. Et hinc est, q̃ Xp̃o uero, & optimo oĩum pastore nascẽte, pastores erãt (ut Lucas refert) uigilãtes, et custodiẽtes uigilias noctis sup gregẽ suum. Tunc. n. nascens pastores eccl̃iæ instruxit, ut uigilarẽt,

Pro. 27

Hiero.

Ioã. 10

Heb. 13

Luc. 2.

& custodirent uigilias noctis super gregem sibi cõmis-sum. Et Sapiens Ecclesiasticus hanc diligentiam cõmendat omni rectori, tanq̃ rem illi maxime necessariam, sic dicens: Rectorem te posuerũt, noli extolli: esto in illis q̃si unus ex ipsis. Curam illoꝝ habe, & sic consydera, & omni cura tua explicita recumbe, ut læteris pp illos. Non statim post modicam adhibitam curã: sed omni explicita cura recumbere, & lætari permittit. Et re uera si tam diligentem curam ab omni rectore sapiens exegit, multo maiorem certe credendum est Ep̃is esse necessariam, qui multo plura, q̃ alij rectores pro suoꝝ salute pp̃oꝝ facere tenentur. Multi tñ sunt Ep̃i, qui sui nominis prorsus obliti, ouium sibi cõmissaꝝ non maiorem curam habere, q̃si de illis non essent Deo reddituri rationem. Vt lac ab illis sugant, & lanam euellant, diligẽtissime laborant, illis autem prospicere prorsus contemnunt. Non se putant, ad hoc, eos esse institutos pastores, ut curam ouium habeant: sed ut fructus ex illis colligere possint. Et ideo hoc diligentissime faciunt, ad illud uero mirum, quam sint negligentes, & ignaui. Cum per decem, & ꝑ uiginti, & triginta annos fructus ab ouibus extorserint, multi ex illis non cognoscunt oues suas, nec cognoscuntur ab eis. Nam in curijs Principum uersantes, et multis, quæ à suo instituto longissime absunt intendentes, oues suas uisitare, & quæ illis debent, præstare contemnunt. Hmõi Episcopi indigni sunt, qui Episcopi dici debeant: qm̃ hos tales Christus saluator noster non pastores: sed mercenarios dicit esse appellandos. Mercenarius (inquit ille) & qui non est pastor, cuius non sunt oues ꝓpriæ, uidet lupum uenientem & dimittit oues, & fugit, & lupus rapit, & dispergit oues. Mercenarius autem fugit: quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus. Multis rationibus hic à Christo saluatore nr̃o assignatis conuincuntur Episcopi, & alij animaꝝ rectores, qui extra ouile ouium suaꝝ resident, & perpetuo, aut diu extra suas diœceses morantur, non esse pastores: sed

Ecc. 32

Ioã. 10.

mercenarios dicendos. Dimittunt.n.oues, quandiu illarum conuersationem non habent. Fugiunt, qñ à cura, & officio, quod præstare tenentur, recedunt. Denique putãt

Iob. 39 nihil ad eos ptinere de ouibus. Ideo hi mihi vñr similes esse struthionib9, quorum, teste Iob, talis est natura, ut derelinquant oua sua in terra, & obliuiscantur, q pes conculcet ea, aut bestia agri conterat, & durentur ad filios quasi non sint sui. Quid autem ex hac pastoris absentia, & crassissima negligentia sequatur, saluator in uerbis su

Ioã. 10. pradictis expressit dicens: Lupus rapit, & dispergit oues. Siue lupi nomine tyrannum, siue hæreticum intelligere uelis, quisque illorum tanto audacius oues inuadet, & tanto securius eas occidet, quanto uiderit pastorem lõgius abesse, qui ouibus subuenire possit. Sed germanior mihi uidetur literæ sensus, si hoc loco per lupum, hæreticum intellexerimus, ob id solum, quod dixit illum dispergere oues. Nullus.n.est alius, qui æque oues dispergat, ac hæreticus, qui sua falsa doctrina eas decipiens, ab unico illo ecclesiæ ouili separat, & per errorum deuia uagari cogit. Ex quibus apertissime constat, sæpe Episcoporum & aliorum rectorum absentiam, & nimiam negligentiam, potissimam causam esse, q aliquæ in populo uersentur hæreses, & populus ab hæreticis seducatur. Nam illis absentibus, facile est inde euenire, ut quisque pro suo libito sentiat, & quæ senserit impune doceat. Simile.n.ob solum rectoris defectum olim contigisse in lib. Iudicum

Iud. ul. legimus, ubi hæc habentur uerba: In diebus illis nõ erat Rex in Israel: sed unusquisque quod rectum uidebat, hoc

Mat. 13 faciebat. Huc.n.tendit parabola illa hominis seminantis bonum semen in agro suo in quo inimicus homo, occasione accepta, q homines agri custodes dormirent, superseminauit zizania. Dæmon.n.qui totius humani generis apertus est hostis, uidens rectorum negligentiam talem, ut dormire uideãtur, superseminat sæpe hæresum zizania in ecclía Dei, quæ ager est eius, in quo ille prius semen bonum, hoc est, ueram fidei doctrinam seminaue

rat. Et cum Paulus dicat omnia patribus in figura contigisse, non erit absurdum, si dicamus, hoc ipsum nobis significasse mulierem illam, de qua in 3. Regum lib. legitur, quod filium suum, quem uigilans lactabat, nocte dormiens oppressit, & interemit. Nam dum pastores animarum uigilant, & curam illarum quam tenentur, hnt: tunc subditos suos, quos, ut filios diligere debent, uera doctrina lactant, & bonis exemplis nutriunt. Si tamen somno negligentiæ, & torporis dormiunt, sua ignauia. & desidia eosdem occidunt. Verum ne quis mihi obijciat, ex sensu parabolico, aut mystico non esse sumendum argumentum ad doctrinam aliquam probandam, & stabiliendam, apertum uolo pro hac re scripturæ sacræ testimonium proferre. Vbi non est gebernator (inquit Salomon) populus corruet. Et ipse Deus per Ezechielem prophetam de pastoribus loquens, hoc apertius expressit, sic dicens: Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos. Nónne greges à pastoribus pascuntur? Lac comedebatis, & lanis operiebamini, et quod crassum erat occidebatis, gregem autem meum non pascebatis. Quod infirmum fuit, non consolidastis, & quod ægrotum non sanastis. Quod confractum est non alligastis, & quod abiectum est, non reduxistis, & quod perierat non quæsistis: sed cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia. Et dispersæ sunt oues meæ, eo quod non esset pastor, & factæ sunt in deuorationem omnium bestiarum agri, & dispersæ sunt. Cum ergo ouium dispersio, quæ discessionem à fide significat, ex pastorum negligentia oriatur, constat illarum omnium culpam non solum ipsis ouibus, quę dispersę sunt, & errauerunt: sed earum pastoribus ob eorum negligentiam esse imputandam. Nam utrorunque, populorum scilicet & rectorum damnum, uno uerborum contextu, Hieremias propheta deplorat, sic inquiens. Egressus est à filia Sion omnis decor eius: facti sunt Principes eius uelut arietes non inuenientes pascua, & abierunt absque fortitudine in faciem subsequentis. Dicens omnem decorem à filia Sion recessisse, peccata populi in-

1. Co. 10

3. re 3.

Pro. 11

Ez. 34

Tr. n. 1

dicauit.Dicens uero Principes abijsse absq; fortitudine, prælatorum negligentiam, à qua totius populi malum est ortum,expressit.Nam beatus Hieronymus hæc Hieremiæ uerba in cōmentarijs super Lamentationes exponens ait: Hac sñia arguuntur negligentes rectores ecclesiæ Dei, ob quorum incuriam perit omnis decor ppli Christiani,cum nec meditatione legis diuinæ,nec in cultu pietatis, neq; in sacrarum uirtutum exercitio laborare conātur: sed in luxu uoluptatum per uaria scelera, iuxta suggestionem hostis cogentis abducuntur. Cuius periculi malum, illos maxime respicit,qui in loco regiminis constituti,potius secularia desyderia,quàm mandatorum Dei sequi uestigia,elegerunt. Vnde cœlestis regni gloriam cum sanctis doctoribus nō merentur accipere: sed cum diabolo,& angelis eius, pœnam gehennæ cogent recipere.Hæc Hieronymus. Sed apertius hanc nos docet sententiam Deus,qui postquam per Ezechielem ꝓphetam dixerat oues suas dispersas esse,& ī deuorationem bestiarum uenisse,pœnam deinde ipsis pastoribus ob hanc causam minatur grauissimam sic per eundem prophetam inquiēs:Viuo ego dicit Dñs Deus: quia pro eo ꝙ facti sunt greges mei in rapinam,& oues meę in deuorationem omnium bestiarum agri, eo quòd non esset pastor &c.Et paucis interpositis subdit.Propterea pastores audite uerbum Domini. Hæc dixit Dñs Deus: Ecce ego ipse super pastores,& requiram gregem meū de manu eorum.Et post pauca iterum subdit: Ecce ego ipse requiram oues meas, & uisitabo eas. Sicut uisitat pastor gregem suum in die qñ fuerit in medio ouium suarum dissipatarum, sic omnes uisitabo oues meas, & liberabo eas de omnibus locis in quibus dispersæ fuerant in die nubis,& caliginis.Nihil certe durius,& apertius contra pastores Deus dicere potuit,quàm ꝙ requisiturus erat oues perditas,de manibus eorum,ut pro illis rationem reddant,quam cum bonam reddere non ualeant,necesse erit,ut pro illorum peccato puniantur. Et

Hiero.

Ez. 24

hoc ipſum nō ſolum uerbo: ſed etiam opere nos docere uoluit Dominus, ut intelligerent paſtores, & rectores non inanem eſſe cōminationē, quam iam uel ſemel executioni mandatam eſſe ſcirent. Nam cum olim populus Iſrael fornicatus fuiſſet cum filiabus Moab, & illarum deos adoraſſet, iratus Dñs dixit ad Moyſen: Tolle cun ctos Principes populi, & ſuſpende eos contra ſolem in patibulis, ut auferatur furor meus ab Iſrael. Quæ uerba interpretans Origenes homilia uigeſima ſuper librum Numerorum ait: Hæc ſi cogitarent homines, nunquam cuperent, nec ambirēt ad populi principatum. Sufficit enim mihi pro meis proprijs argui delictis, ſufficit mihi pro me metipſo, & peccatis meis reddere rationem. Quid mihi neceſſe eſt etiam pro populi peccatis oſtentari? & oſtentari contra ſolem, ante quem nihil pōt abſcondi, nihil obſcurari? Hæc Origenes. Quiſquis igitur curam animarum ſuſcepit, ſi Deum non uult habere cōtra ſe iratum, oportet, ut ſemper illarum regimini intendat, ſemper cum illis conuerſetur, diligenter cōſyderet, quæ ſunt illis neceſſaria, nunquam niſi magna coactus neceſſitate, à conſpectu, & cōuerſatione ouium ſuarum diſcedat: ſed cum Eſaia propheta dicat: Super ſpeculā Domini ego ſum ſtans iugiter per diem: & ſuper cuſtodiam meam ego ſum, ſtans totis noctibus. Ex his oībus præfatis, euidentiſſime conſtat prælatorꝝ, & aliorꝝ rectorꝝ negligentiam & abſentiam, multorꝝ malorꝝ inſuper, & hæreſum eſſe cauſam. Quę oīa in ipſos rectores reijcienda ſunt ex quorꝝ negligentia proceſſerunt. Sunt tñ multi, quorum ora declinauerunt in uerba malitiæ ad excuſandas excuſationes in peccatis. Nam quidā eorū hac excuſatione ſuas abſentias ab Ep̄atibus, uel parochijs defendere uolunt, ꝙ perſonas alias bonas, & tanto officio idoneas pro ſe ſubſtituunt, per quos omnia, q̄ tenentur, faciunt: et hoc ſatis eſſe dñt: quia (ut aiunt) dñs ouium nō per ſe ipſum ſemper paſcit oues: imò aliorum paſtorum utitur opera, quibus illas cōmendat. Et inde

Nu. 25.

Orige.

Eſai. 21

colligunt se optime suo officio satisfecisse, cum bonos p se uicarios substituunt. Sed hæc illorum excusatio nihil illis p desse potest: imò potius in maius illis cedit pctm, cum plura, q oportet, per illam sibi arrogare uideant. Putant. n. se ouium dños esse, cum tñ non sint. Deus. n. illarum est Dñs, qui ait: Omnes animæ meę sunt. Et ipsemet oues hoc ipsum fatentur dicentes: Nos autem ppls eius, & oues pascuæ eius. Epi autem, & alij animarum rectores, pastores sunt, quib9 Deus eas cõmisit, ut illas pascere, & tueri curarent, stipendio laboris pollicito, si id recte egissent. Alioqui si Deus dños illos esse cēseret, nullam ab illis de ouibus rationem peteret, neq; de manu prælatorum oues perditas reqreret, prout ipsemet se facturum fore per Ezechielem prophetam minatus est. Nullus est autem ouium dñs, qui oues suas alicui pastori cõmendet, ut pro se alium substituere possit, nisi forte hac conditione, ut ille de omnibus teneatur reddere rationem. Nec Deus oues suas Episcopis, aut alijs pastoribus cõmisit, ut illi pro se uicarios subrogarent, quibus oues cõmendarent. Etsi contra Dei uoluntatem oues Dei alteri cõmiserit, nihil omin9 eas, quæ ob uicarij negligentiam perierint, Deus à pastore cui ipse eas cõmisit, requiret. Neq; suam poterit ille hac ratione defendere culpam, q ipso nesciente oues perierint: qm (ut hr in capit. Quamuis. de regulis iuris) non potest esse excusatio pastoris, si lupus oues comedit, & pastor nescit. Deinde et si gratis daremus pastores animarum esse censendos uelut ouium dominos: non tamen sic, ut contra uoluntatē Dei, qui est illarum supremus Dominus, aliquid de illis disponere possint. Deus autem non uult, ut rectores animarum illas alijs cõmittant, ppea, q alij non æque illarum curam gerunt, ac si illarum essent Dñi. Nam mercenarius (inquit Christus saluator noster) fugit, quia mercenarius est, & nõ pertinet ad eum de ouibus. Raro alienæ res tam bene curantur, ac propriæ. Laudata est Mãlij Torquati sententia apud Titum Liuium, qua dixit, nunquam

Ez. 18. Ps. 94. Ez. 34 Ioã. 10.

nunquam prospere succedere, quæ oculis quiuis egerit alienis. Et ita censeo ego uix unquam bñ ouium succedere posse curam, q̃ p uicarios exercet: qm̃ illi sæpe nõ sunt tales, quales oportebat: sed q plus inuigilẽt (ut Bernardi uerbis utar) subditorꝝ euacuãdis marsupijs, q̃ extirpandis uitijs. Tales sępe sũt, ut de illorꝝ quolibet dici possit id, qđ Virg. opilio alteri pastori exprobrãs dixit:

Hic alienus oueis custos bis mulget in hora,
Et succus pecori, & lac subducitur agnis. *Virgil. eglo. 3.*

Deinde ipsi subditi minus reuerentur uicarios, & minus timent illos, q̃ episcopos: unde cõsequens est, ut minus possint uicarij illos in uirtute continere, & à uitijs deterrere. Moyses primus synagogæ prælatus, coactus populum relinquere satis paruam morã cum Domino facturus, ne ppl's Acephalus ipso abñte maneret, uicariũ pro se substituit uirum quidem probũ, Aaron uidelicet fratrem eius. Hic tñ non potuit populum deterrere, qn faceret uitulum aureum, & adoraret: quod tñ nunquã Moyse præsente facere attentarunt. Populus igitur, qui Moyse præsente fidelis fuerat, illo abñte ad idololatriã defecit. *Ex. 32.* Præterea quamuis optimus uir sit is, quem suo loco uicarium instituit eps, multo tñ melius & diligentius ministeriũ suum exequetur epo pñte, quàm illo absente. Et ideo indignum puto, ut res tanti momenti, qualis est animarꝝ cura per solos Vicarios peragatur, qm̃ in magnum hoc cederet animarum periculum, cum (ut diximus) uix unquam bene succedunt, quæ alienis oculis fiunt. Samaritanus ille (apud Lucam) qui hominem à latronibus uulneratum imposuit in iumentum suum, & duxit ad stabulum, ipse curam illius egit, quandiu mansit in stabulo. *Luc. 10* Cum autem illum recedere fuit necesse, cõmendauit stabulario, quòd ipse adesse non posset. Et (ut aliquid apertius dicamus) ipse saluator, & magister noster, nunquam dum super terram uixit, oues suas Petro, aut alteri alicui cõmendauit, ne alicui pastori exemplo suo ansam præberet, ut per alios ouium curam gereret,

quam ipse habere tenebatur. Postquam à mortuis resurrexit, & non ante dixit Petro: Pasce oues meas. Quãuis ante mortẽ promisit se daturũ claues Petro: eas tñ non nisi post mortem dedit, qñ iam propè erat, ut corporali, & uisibili forma à nobis ad patrẽ recessurus esset. Matrem suam nunquam uiuens, aut Ioanni, aut alteri commendauit: sed solum propinquus morti, qñ illi ministrare, aut suppetias aliquas ferre non poterat. Alioqui dum uixit, & potuit, alteri eam cõmendare noluit. Suo igitur exemplo Christus saluator noster docuit epos, ut non prorsus uicarijs fiderent: sed quod per se præstare possent, aliis non committerent. Sunt adhuc alij animarum rectores, qui hac ratione excusatos se esse putant, qꝫ in suis parochijs non trahant moram, nec cum ouibus suis conuersentur: quia (ut dicunt) dispensationẽ à summo pontifice obtinuerunt, qua liberam illis cõcedit põtifex facultatem, ut à suis parochijs quãdiu uoluerint, abesse possint, & ubicunque libuerit morari. Sed hęc excusatio adeo futilis est, & inanis, ut non solum à gehennæ incendio: sed nec à tenuissimo flatu, aut leui calore defendere ualeat. Nam cum residentia pastorꝝ inter oues suas, sit iure diuino pastoribus pręcepta, non potest Papa sine urgente necessitate, hoc est, alicuius maioris boni causa, in illa dispensare. Alioqui si absque simili cã id fecerit, non dispensatio: sed dissipatio dicenda erit. Nam & si ille supremus sit ecclesiæ pastor, est tñ data illi potestas (ut Paulus ait) in ædificationem, nõ in destructionem. Cum igitur apertissimam iam hanc sententiam relinquamus, multa mala insuper, & hæreses ex pastorꝝ negligentia oriri, necessarium esset hanc causam tollere, & hanc tantorꝝ malorꝝ radicem protinus euellere, ne rami pestilentes ex illa oriantur. Cogantur Episcopi in suis diœcesibus perpetuo morari, ita ut ab illis, nisi magna urgente necessitate discedere non possint. Alij animarum rectores idem facere arctissime constringantur, quod si facere neglexerint, suis beneficijs oportebit il-

Ioã. 21.
mat. 16
Ioã. 19
2. co. 10

los priuare, ut saltem pœnæ metus cogat, quos uirtutis amor non allicit ad bonum. Quę omnia si recte sine ulla dispensatione peragantur, spero, ut Deo adiutore multa mala insuper & hæreses uitentur, quæ istis remedijs subtractis iam alias sæpe orta esse conspicimus.

De quarta hæresum causa, quæ est multorum episcoporum, & aliorum sacerdotum indignitas. Cap. V.

Episcopi, & alij animarum rectores non solum sunt negligentes ad pascendum, & tuendum oues sibi commissas, & alia præstāda quæ illis iure debentur: sed multi ex illis tam desides sunt, & ignaui, ut nec suarum animarum curam habere uideantur. Quo fit, ut indigni cēsendi sint, quibus tam sublime munus merito debuisset cōferri. Nam (ut ecclesiasticus ait) qui sibi nequam est, cui unquam bonus erit? Non hoc dixit: quia illud impossibile esse censuerit: sed quia difficile esse, & raro contingens existimauit, ut qui sibi est nequam, alijs bonus sit. Sunt.n. hæc duo, uidelicet sibi, & alijs bonum esse inter se sic diuersa, ut eorum alterum ab altero separari possit, et ambo eidem conuenire non repugnet, imo aliqñ sit necessarium. Ab episcopis.n. & alijs inferioris ordinis sacerdotibus, duo illa exiguntur: quorum si alterum, quod libuerit eis desit, multorum malorum causa esse potest. De negligentia pastorum, & aliorum rectorum proxime pręcedēti cap. disseruimus, ubi apertissime multis rationibus ostendimus illam multarum hæresum fuisse causam. Nunc superest, ut etiam ostendamus episcoporum, & aliorum sacerdotum indignitatem, etiam si alias illi circa oues sibi commissas debitam adhibeant curā, apertissimam esse causam, quæ multas hucusque produxerit hæreses, & multo plures, nisi illi tempestiue occurratur, producere possit. Vt autē hoc melius efficere ualeamus, necessarium est prius ex sacris literis ostendere, quales oporteat esse episcopos, & alios inferioris ordinis sacerdotes, ut digni merito censeri debeant, qui tale munus recte possit obire. De qua re non est opus alium, quàm

Ecc. 14

Paulum consulere, qui episcopos, & alios sacerdotes, quales oporteat esse, Timotheo, & Tito scribens, opti-

Tit. 1. me deliniauit. Oportet, inquit ille, episcopum sine crimine esse sicut Dei dispensatorem: non superbum, non iracundum, non uinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum: sed hospitalem, benignum, prudentem, sobrium, iustum, sanctum, continentem, amplectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, ut potens sit exhortari in doctrina sana, & eos, qui con-

1. Ti 3. tradicunt arguere. Hæc Paulus ad Titum scribit, qui eadem fere scripsit ad Timotheum. Singulas illius oportet breuiter perscrutari partes, & postea inde cōstabit, quàm multos esse sacerdotes, quibus illarum aliq̃, multos etiam, quibus omnes desunt. Primam episcopi partem, quę reliquas fere omnes in se complectitur, Paulus dicit esse, ut episcopus sit ab omni crimine liber. Nō exigit, ut sit sine peccato: quia hoc esset fere homini impos-

1. Ioā. 1. sibile, prout Ioannes euāgelista docet. Si dixerimus (inquit ille) quia peccatum non habemus: nos ipsos seducimus, & ueritas in nobis non est. Dicit igitur Paulus oportere, ut episcopus sit sine crimine quod non qualecunque: sed graue, & mortale est peccatū. Hoc quod nunc Paulus dicit esse episcopo necessarium, olim in figura, & sub uelamine quodam Deus mandauit in ueteri lege, Aaron sacerdoti dicens: Homo de semine tuo per

Leu. 21 familias, qui habuerit maculam non offeret panes Deo suo, nec accedet ad ministeriū eius. Quæ uerba interpre-

glo. or. tans Glossa, quę dicitur ordinaria, sic ait: Hæc secūdum literam accipere, nimis uidetur absurdū esse. Tales maculæ non sunt in hominum potestate, uel uoluntate. Per maculas ergo corporum uitia animorum describit. Cū enim causam populi præsul suscipit quasi ad ægrum medicus accedit. Qui si æger est, qua præsumptione uult mederi? Ille ergo ad exemplum debet pertrahi, qui cunctis passionibus mortuus spiritualiter uiuit, cuius intentioni corpus, nec omnino per imbecillitatem,

nec ualde per contumeliã refragatur. Hactenus Glossa ord. Ex cuius uerbis constat cã una, pp quam oportet sacerdotẽ sine crimine, & sine macula esse: quia uidelicet ille est in exemplũ propositus pplo. Ne igitur ppls illum imitari cõtendens in uitia post illum labatur, oportet ut ille sit totus mundus, & crimine carens. Sed alia põt esse illius præcepti non minor cã, ne uidelicet Eps minus ualeat peccantẽ subditum redarguere: si ipse sit eodem crimine, de quo alium arguit, infectus. Propter quod Timotheo Paulus scribẽs dixit: Oportet Episcopum irreprehensibilem esse. Quod non sic est intelligendum, ut Paulus censeat oportere Epm talem esse, ut nihil prorsus habeat reprehensibile. Sed ut non sit alicui publico peccato obnoxius, & addictus, de quo merito possit ab aliis reprehendi, ne dicatur illi. Hypocrita eiice primo trabem de oculo tuo, & deinde festucam de oculo alieno eiicies. Indignũ quippe est, ut quis in alio reprehẽdat, quod ipse aliis scientibus fecit. Hunc enim talem merito arguit Paulus dicens: In quo enim iudicas alterum teipsum condemnas. Et iter: Qui ergo alium doces: teipsum non doces? Qui prædicas non furandum, furaris? Qui dicis non mœchandum, mœcharis? Ob hanc cãm Saluator noster Iudæis adulteram mulierem accusantibus dixit: Qui sine peccato est uestrum, primus in illam lapidem mittat. Quibus uerbis innuere uoluit, eum, qui peccatis esset obnoxius, indignũ esse, qui alios aut punire aut reprehendere possit. Lapides.n. contra peccantem mittit, qui illũ pro peccato punit, aut de peccato reprehendit. Sed hos lapides nullus, nisi qui est à crimine liber, in alium mittere debet. Explicata iam in genere, & in uniuersali Episcopi perfectione, opus est, ut in specie reliquas Episcopi partes, quas Paulus enumerauit, breuiter discutiamus. Nã postquam Paulus dixit oportere Episcopum sine crimine esse, particularia quædã deinde explicat crimina, à quibus potissimum illum abstinere oportet, & primo dicit: Non superbum. Superbię uitiũ,

Rom. 2

Ioan. 8

etsi omnibus sit uetitum, multo tñ magis rectori ecclesiastico est interdictum, a' quo omnis superbiæ fastus, & omnis imperandi libido longissime debet abesse. Primos enim ecclesiæ Episcopos Christus saluator noster ĩstruens dixit illis: Scitis, quia Principes gentium dominantur eorũ, & qui maiores sunt ptãtem exercent in eos. Nõ ita erit inter uos: sed quicunq; uoluerit inter uos maior fieri, sit uester minister: & qui uoluerit inter uos primus esse, erit uester seruus: sicut filius hominis non uenit ministrari: sed ministrare. Et beatus Petrus alios Ep̃os iuxta id, quod a' Christo totius ueritatis magistro didicerat, docet idem sic dicẽs: Pascite, qui in nobis est Gregem Dei, prouidentes non coacte: sed spontanee scd̃m Deum: neq; turpis lucri grã: sed uoluntarie: neq; dominãtes in clero: sed forma facti gregis ex animo. Deinde addit Paulus: Non iracundum. Iracundus est, non qui semel, aut iterum irascitur: sed qui frequenter ira agitatur, & qui leuissima data occasione semper in iram concitatur. Quo uitio nullum peius potest contingere Ep̃o, qui alios docere, & regere debet. Nam per iram adeo turbatur aliqñ iudicium rationis, ut prorsus nesciat, quid tunc agat, ne postea (ut ebrijs contingere solet) eorum, quæ tunc fecerat, recordetur. Turbatus est, inquit Dauid, a' furore oculus meus. Et quidam Sapiens dixit:

Impedit ira animum, ne possit cernere uerum.

Præterea uiri iracundi conuersationẽ omnes refugiunt. Quod & Salomõ omnibus ita faciendũ esse consulit sic dicẽs: Noli esse amicus homini iracũdo, neque ambules cũ uiro furioso, ne forte discas semitas eius, & sumas scãdalũ animæ tuæ. Non est autẽ iustũ, ut Ep̃s id uitium habeat, propter quod sit merito ab omnibus fugiendus. Dicit postea Paulus: Nõ uinolentũ. Vinolẽtus est (ut de iracũdo diximus) non qui modico uino utitur: sed qui nimio indulget uino. Et hoc ẽt malũ aciem ingenij destruit, & carnis ardores irritat, qui sæpe homines in multa pertrahunt uitia. Vinum, & mulieres (inquit Ecclesiasticus)

Mat. 20

1. Pet. 5

Psal. 6.

Cato.

Pro. 22

apostatare faciunt Sapientes. Sequitur deinde in Pauli uerbis. Non percussorem, hoc est, ne in obiurgando, & reprehendendo sit tã seuus, & asper, ut obiurgatio transeat in contumeliam. Nam Græca dictio ibidem posita. μὴ πλήκτην. (ut Hieronymus annotauit) non significat percussorem manuum: sed linguæ, est igitur idem, ac si dixisset. Non contumeliosum, aut nõ mordacem. Aut, si ad manus percussionem uocem illã extẽdere uelis, put Theophilactus extendere uidetur, non percussionem. i. qui nec uerbis nec uerberibus grauiter percutiat, sed cũ mansuetudine & lenitate subditos puniat. Non turpis lucri cupidum, oportere episcopum esse dicit Paulus. Quo nomine nõ solum lucrum illud quod est omnibus illicitum, sed omnem prorsus negociationem intellexit Paulus, ut illam etiã ab Episcopo abesse uelit, quæ alijs est secularibus permissa. Fœda enim est sacerdoti omnis lucri tpalis negociatio. Enarratis criminibus, quibus oportet Episcopum carere, deinde enarrat uirtutes quibus illum præditum esse oportet: qm̃ (ut Gregorius ait) minus est mala non agere, nisi etiam quisq; studeat bonis operibus insudare. Ait ergo Paulus. Sed hospitalem, hoc est non solum aliena nõ appetere, quod faciunt hi q lucris inhiant, sed etiã propria indigẽtibus elargiri oportet. Ob quam causam doctores sacri dixerunt Episcoporum & aliorum sacerdotum bona, esse bona peregrinorum cæterorumq; pauperum, quibus illi necessario subuenire tenentur. Postea dicit benignum, hoc est, non inuidum, sed (ut Theophilactus ait) modestia præditum: uel (ut Hieronymus interpretatur) bonorũ operum amatorem. Deinde addit, prudentem, & merito, quia ipse ueritatis magister dixit: Fidelis seruus & prudens quẽ cõstituit dominus super familiam suam. Et Salomon ait: Dux indigens prudentia multos oprimet per calumniam. Postea subdit Paulus, continentem, quæ uox (iuxta Hieronymi sententiam) nõ ad solam refertur libidinem, sed ad omnes pertinet affectus, iram, ambitionem, inuidiã,

Ecc. 19.

Matt. 24.

Pro. 28

timorem,ut hos omnes uincat Episcopus. Denique ait: Amplectentem eum qui secundum doctrinam est,fidelẽ sermonem, ut potens sit exhortari in sana doctrina, & eos qui contradicunt arguere. In quibus uerbis propriũ Episcopi munus expressit. Nam quæ hactenus recẽsuit, etiam a' subditis exiguntur,ut ab Episcopis. Oportet.n. Epm & quemlibet alium animarum rectorem esse doctum,ut sciat optime ea quæ ad fidem, et quæ ad mores pertinent. Et istarũ rerũ eloquutio est fidelis sermo quẽ Episcopus amplecti debet Alioqui si hęc necessaria ignorauerit,eueniet necessario quod Salomon ait: Rex insipiens perdet populum suum. Ideo beatus Gregorius libro primo pastoralis capite primo ait: Ab imperitis pastoribus magisterium pastorale suscipitur in magna temeritate,qm̃ ars est artium regimẽ animarum. Quis aũt cogitationum uulnera occultiora esse negat uulneribus uiscerum? Et tamen sæpe qui nequaquam spiritualia p̃cepta cognouerunt,cordis se medicos profiteri non metuunt,dum qui pigmentorum uim nesciunt, uideri medici carnis erubescunt. Hæc Gregorius. Hinc est quod dñs in ueteri lege eum qui cæcus esset, aut lippus,aut albuginem in oculo habens, non permittebat,ut ad sacerdotale accederet ministerium? Ex hac.n. umbra & rerũ imagine ueritatẽ perscrutantes, edocemur, nullum prorsus ignorantem aut infime doctum dignum esse,qui Episcopale munus suscipiat. Doctrinam autem qua pollere debet Episcopus, non dubiam,aut uacillantẽ,sed firmã & constantem oportet esse,præsertim in rebus fidei in quibus nihil hæsitare licet:sed omnia pro certissimis hr̃e. Et hoc insinuauit Paulus, cum dixit: Amplectentem eum qui secundum doctrinam est,fidelem sermonem. Non enim omnia quæ uel leuiter apprehendimus, amplecti dicimur:sed ea solũ quæ utraq; ulna comprehẽdimus & fortiter cõstringimus. Ideo Beatus Ambrosius quo maiorem doctrinæ firmitatem & cõstantiam exprimeret. non transtulit,apprehendentem sed tenacem, ut doctri

Ecc.10. Grego. Leu.21

nam fidei firmiſſime teneat,et nullo pacto ab illa ſe ſinat auelli. Nec ſatis eſt Paulo,ut Epſ fidei doctrinam conſtã tiſſime retineat, niſi talis illa ſit ac tanta ut per illam po tens ſit exhortari, & eos qui contradicunt arguere. Nõ enim ad hoc ſolum requiritur ab Epiſcopo doctrina, ut ſuæ ſoli perſonæ conſulat,ſed ut ſubditis ſuis proſpiciat, non ſolum ignorantes docendo: ſed etiam afflictos con ſolando. Et hoc ipſum Græca uox magis ſignificare uidetur, ut ex Hieronymi teſtimonio conſtare poteſt, qui pro eo quod nos habemus exhortari, uertit, conſo lari. Nec ſatis eſt hoc: ſed inſuper oportet tantam eſſe Epiſcopi doctrinam, ut per illam eos qui contradicunt poſſit arguere. Hoc eſt,poſſit hæreticos teſtimonijs ſcri pturæ ſacræ & alijs rationibus ad hanc rem pertinenti- bus cõuincere,& illorũ argutijs reſiſtere. Hi enim ex his qui Chriſto nomina in baptiſmo dederunt, ſoli ſunt qui fideli ſermoni & ſanæ doctrinę cõtradicere ſolent. Et q de hæreticis intellexerit Paulus,ipſe uerborũ ordo aper- tiſſime docet. Nam poſtq̃uam dixit, oportere ut Epi- ſcopus potens ſit arguere eos qui contradicunt, ſtatim rationem dictorum uerborum reddens,ſubiunxit: Sunt enim multi etiam inobedientes, uaniloqui, & ſeducto- res maxime qui de circunciſione ſunt, quos oportet re- dargui,qui uniuerſas domos ſubuertunt, docentes quæ non oportet turpis lucri gratia. Ecce omnia quæ bea- tus Paulus ab Epiſcopis requirit,quæ omnia alijs etiam inferioris ordinis ſacerdotibus eſſe neceſſaria,præſertim his qui animarum curam ſuſceperunt, ex dictis Pauli in- telligere oportet. Nam de hac re nos aperte admonuit Chryſoſtomus,qui homilia undecima ſup priore Pauli ad Timotheum epiſtola ſic ait: Poſtquam de Epis di- xit,eoſq; formauit,quidnam illos hr̃e conueniat, à quo item abſtinere neceſſe ſit dictans omiſſo interim p̃sby- terorũ ordine,ad diaconos trãſit. Cur id quæſo? Quia. ſ. inter Epiſcopum atq; presbyterum intereſt ferme nihil. Quippe & presbyteris eccleſiæ cura permiſſa eſt: et quę

Chryſ.

de Episcopis dixit, ea etiam presbyteris congruunt. Hęc Chrysostomus. Sed iam opus est ut uideamus an omnes Episcopi & sacerdotes tales sint, quales Paulus censuit oportere illos esse. De hac re cupiebam nihil dicere, ne ī maledictionem Cham incurrisse uidear, ꝑpea quòd uerenda patrum omnibus palàm facere uelim. Sed quia multorum Episcoporum & sacerdotum indignitas est tam aperta, ut quãuis ego tacerem, silentio meo illam tegere non possem, ideo necessarium mihi fuit, aliqua ex nimium publicis proferre ut postea clare oñdere possi, id quod à principio huius capitis dicere statui, illorum indignitatem multarum hæresum fuisse causam. Multi sunt Episcopi & alij rectores animarꝫ iuuenes, & multi tam modicæ ætatis, ut uix pueritiam excesserit. Quæ res tam aperte est mala, ut non solum sanctorum uirorum: sed gentilium philosophorꝫ testimonio damnetur. Nam

Aristo. Aristoteles dicit: Nemo eligit iuuenes duces, quia nõ cõstat eos esse prudẽtes. Est enim prudentia summe necessaria illi qui alios regere, & corrigere debet. Iuuenes autem nedũ adolescẽtes et pueri (ut Aristoteles dixit) prudentes esse non possunt, quia nullam prorsus aut minimam habent rerum experientiam, sine qua uix ulla põt

Ecc.34 hrī prudentia: Qui non est tentatus (inquit Ecclesiasticus) quid scit? Vir in multis expertus cogitabit multa, & qui multa didicit enarrabit intellectũ. Qui non est expertus pauca recognoscit. Cũ igitur constet, adolescẽtes & pueros minimam reꝝ experientiam hr̄e, constare ẽt

Iob.12. oportet illos nõ esse prudentes. In antiquis (inquit Iob) est sapientia, & in multo tpe prudentia. Ex quo aperte colligitur, ut in modico puerorꝫ & adolescentum tẽpore, prudentia esse non possit. Hinc est ꝙ cum Deus decreuit conferre Moysi adiutores, qui illum ad immensum regiminis onus portandum iuuarẽt, nõ pueros, nec adolescentes, neque iuuenes, sed senes illos pręcepit esse, sic

Nu.11. dicẽs: Cõgrega mihi septuagita uiros de senibus Israel, quos tu nosti quòd senes populi sunt ac magistri. Dicẽs,

quos tu nosti quia senes populi sunt, expressit nõ solum ætatis senectutẽ esse necessariam: sed oportere, ut senectus mentis sit illa coniuncta. Si.n.sola corporis senectus in illis quęreretur, tot illam noscere poterant, quot poterant illos uidere. Dum uero dr̃, quos tu nosti ꝙ senes populi sunt, profecto liquet ꝙ nõ solum corporis senectus, sed siḿ cum ea senectus mentis eligenda nunciat̃. Et certe monstruosa quędam res est & nimium deplorã da, ut is qui ad regimen aliorꝝ cõstitutus est, alio rectore uel (ut apertius loquar) pędagogo indigeat. Nam qui se ipsum regere nescit, qui fit ut alios regere ualeat? Ideo sapiens compatitur terræ, quæ puerꝝ regem habet, sic dicens. Væ tibi terra cuius Rex est puer. Quàm magnum malum sit, pueros in regimine constituere, uel ex eo facile intelligi porest, quòd dñs hoc pro maxima pœna minatur populo Iuda, per Esaiam prophetam dicens: Dabo pueros principes eorꝝ, & effœminati dñabuntur eis. Verꝝ etsi res apertissima sit, ualde malum & nimis perniciosum esse, pueros aut adolescentes in regimine animarum constituere, qui tñ illos constituerunt, aut illos constitui procurarunt, hac excusatione illam defendere nituntur, ꝙ bona de illis pueris aut adolescentibus habet̃ spes, illos in optimos & perfectos uiros euasuros. Ridẽda quippe excusatio, quæ tam multis nominibus conuincitur esse uana. Nam hmõi spes nihil certum promittere potest, cum tam multos quotidie uideamus iuuenes & senes multis & uarijs criminibus irretitos, qui bonam de se spem dederunt in pueritia. Prudentis igit̃ uiri erit, non fidere pueris quos sæpe fefellisse constat. Deinde etsi spes certa esset, illos bonæ indoli suæ postea r̃nsuros, non tñ ideo tam graue onus esset illis cõmittendum, quando sola habet̃ spes: sed expectandi sunt quousqꝫ tales illos, quales sperabantur, euasisse intelligant. Alioqui impone alicui mulo aut asino duorꝝ mensium grauissimam aliquam sarcinam nimium uires illius excedentem, ppꝛea ꝙ optima de illo hr̃ spes, optimum ali-

Eccle.10.

Esai.3.

quando futurum iumentum quod multo grauiori sarcinæ portandæ sufficiet. Si hoc non audes paruulo mulo, aut asino cōmittere pp solam spem futuri, cur audes regimen animarum, quod mille sarcinis est multo grauius, puero pp solam futurorum spem cōmittere? Nunquid pluris facis iumētum tuum quàm animam pueri, cui tā immensum pondus imponere non reformidas? Quamuis nouitius aliquis sartor aut sutor optimā de se pbeat spem optimum aliqn̄ artificem futurum, non tamen illi cōmittes ut uestes aut calceos tibi conficiat, quousq; talem qualem sperabas illum euasisse scias: & uis puero pp solam bonam, quam de illo habes spem, tot animarum millia cōmittere? O infelices animæ quæ in tantam deuenistis miseriam, ut uobis uestes & calcei præferantur. Quas Christus saluator noster tanti fecit, ut pro illis sanguinem fundere non recusauerit, nunc infra uestes & calceos à multis Pontificibus æstimatæ sunt. Sed aliam adhuc proferunt non multo meliorem excusationem, dicentes, ex Papæ dispensatione puerum institutum esse Epm̄, aut alicuius beneficij curati rectorem, ac proinde omnem scrupuli occasionem esse sublatā. Qualis sit ista excusatio, aut quanti momenti, si ego dixero mihi non credent, ppea q: talis non sum ut uirgam in colubrū uerterim, aut colubrum in uirgam reformauerim, aut aliqd aliud simile doctrinæ meæ signum dederim. Audiat igitur btm̄ Bernardum, uiꝝ & miraculis clarum, et doctrina refertum, qui libro 3. de cōsideratione, ad Eugenium Papam scribens, ait: Nō sum tam rudis, ut ignorem uos positos dispensatores: sed in ædificationem nō in destructionem. Deniq; quæritur inter dispensatores ut fidelis quis inueniatur. Vbi necessitas urget excusabilis dispensatio est, ubi utilitas prouocat, dispēsatio laudabilis est. Vtilitas dico cōis non propria. Nam cum nihil hoꝝ est, non planè fidelis dispensatio, sed crudelis dissipatio est. Hæc Bernardus. Et in ep̄la ad Theobaldum Comitē, quæ est in ordine. 271. iteꝝ ait: Offendo proculdubio si

Bern.

2. co. 10

1. cor. 4

facio quod requiritis. Nam honores & dignitates ecclesiasticas non ignoro deberi his qui eas digne aut scdm Deum administrare & uelint & possint. Porro eas acqrî paruulo filio uestro precibus meis uel uestris, nec uobis iustum, nec mihi tutum esse noueritis. Hæc Bernardus. Doctrinam autem siquis ab Epis & aliis sacerdotibus requirat, pauci sunt qui possint debito & obligationi respondere. Nam etsi aliqui sint Epi docti, multo tamen plures sunt adeo indocti, ut uix Latine sciāt loqui, et(quod multo peius est) eorꝫ aliqui nec bene Latine legere nouerunt. Cuius Rei nullum (ut uera loquar) in Hispania, ubi natus sum, exemplū uidi: sed in aliis prouinciis, præsertim in illa quæ se Latinæ elocutionis parentem gloriatur. Nam in Hispania, procurante id Catholicissimo Rege & Christianissimo Imperatore Carolo, nullus hodie extat Eps qui nō sit uel mediocriter doctꝰ, & multi sunt uere doctissimi. De aliorum sacerdotum ignorantia non est opus lōgum facere sermonem cum tam frequētes ubiqꝫ sint sacerdotes indocti & prorsus ignorantes, etiam ex his qui animarꝫ susceperunt curā, ut rarus sit & uelut gēma quędam existimetur sacerdos doctus, qui animarꝫ curæ inseruiat. Tam multus est indoctorꝫ sacerdotum numerus, ut iam possit ecclesię exprobrari, quod dominus olim per Esaiam prophetam *Esa. 56* exprobrauit synagogæ dicens. Speculatores eius cęci omnes. Hi qui animarum curam tenent, speculatores populi sunt, qui pro illo (ut ait Paulus) uigilare debent, *Heb. 13* tanquam pro re de qua sunt Deo reddituri rationem. Hos tñ omnes dicit fuisse cæcos, hoc est, ignorantes. Qm̄ etsi aliqui fuissent tunc docti apud Iudęos, hi tñ rarissimi erant. Quotus est nunc Eps aut sacerdos alius animarum rector, qui iuxta Pauli præceptum potens sit exhortari in sana doctrina, & eos qui contradicunt arguere? Quantum autem malum ex hac sacerdotū ignorantia oriat̄, uel ex eo constare pōt qđ Xp̄s saluator nr̄ *Mat. 15* ait: Si cæcus cæco ducatum præstet ambo in foueam

cadunt. Et beatus Gregorius in primo capite pastoralis

Ps. 68. exponens illud psalmistæ. Obscurentur oculi eorum ne uideant: & dorsum eorum semper incurua, ait: Oculi quippe sunt qui in ipsa honoris summi facie positi, prouidendi itineris curam suscipiunt, quibus hi nimirum qui subsequenter inhærent, dorsa nominantur. Obscuratis ergo oculis dorsum flectitur: quia cum lumen scientiæ perdunt qui præeunt, profecto cuncti ad portanda peccatorum onera curuantur qui sequuntur. Hæc Gregorius. Si ad sacerdotum mores examinandos accedere uolumus, plus in eis quod damnemus, quàm quod probare possimus, inueniemus. Vix. n. aliquid in eis reperietur, quod non longissime distet ab his, quæ illis sunt à iure præcepta. Scio aliquos esse Epos & sacerdotes optimis moribus imbutos, qui iuxta humanam fragilitatem ea quæ tenentur, præstare conantur. Sed hi rarissimi sunt, & digito à populo monstrati, de quibus præsentem non facimus disputationem: sed de aliis impræsentiarum loquimur, qui ab his moribus qui sacerdotali dignitati conueniebant, longissime recesserunt: & horum maximus numerus. Quales illi interius sint, Deus nouit qui intuetur eorum corda: nos exteriora iudicamus, quæ tam mala sunt, ut nulli homini prudenti, & bene de Christiana religione sentienti, placere possint. Si ex uestibus quibus induuntur, illos iudicare oportet, multos illorum non sacerdotes neque clericos: sed prophanos seculares & milites existimabimus. Illorum iumenta tanto excessu ornantur & tanta curiositate componuntur, ut de illis merito iam dici possit quod propheta regius de filiabus gentilium dixit:

Ps. 143 Filiæ illorum compositæ: & circumornatæ uelut similitudo templi. Vtinam tanta illis cura esset componendi & ornandi templa, quanta illos uexat sollicitudo ornandi mulas quibus insidere debent. Tantus est à multis annis eorum in hac re luxus, ut beatus Bernardus exasperatus dixerit illis: Dicite Pontifices in freno quid facit aurum? Apparatus mensæ illorum opulentissimus, conuiuia

Greg. (margin, line 3) · Bern. (margin)

nimium excessiua, cum tñ multi pauperes quibus debitores sunt, fame pereant. Venationibus & aucupijs multi eorum inseruiunt, accipitres alunt, & canes pauperibus desertis nutriunt, quæ omnia multi seculares dñi ob solum Dei timorem facere reformidant, cum tñ non laicis hominibus: sed ipsis Episcopis & sacerdotibus sint hæc iure ꝓhibita. Ludos multi sacerdotes publice exercẽt, & aleæ frequentius quàm orationi aut lectioni student. Istorum aliqui tam uiles sibi sunt, et tam paruam de sua sacerdotali dignitate æstimationem hñt, ut non uereãtur multi de inferioris ordinis sacerdotibus domibus ꝓprijs desertis, tabernas publicas ad compotationes exercendas ingredi, & ibidem cum alijs de maiori uini haustu contendere, & uictoriam ob maiorem potum ambire. De castitate illorum non est quod loquamur, cum tam aperta sit omnibus illorum incontinentia, ut si nos uelimus tacere, illorum filij clament. Publicas multi ex illis in magnum Christianæ religionis dedecus retinent concubinas, à quorum amplexibus sæpe ad eucharistiæ susceptionem, nec homines nec Deum reuerentes accedunt. Et, ut nihil malitiæ aliquibus illorum desit, ad publica prostibula accedere non uerentur. Tam frequens est iam sacerdotum incontinentia, & tam publica, ut si quis illorum castus esse sciatur, quamuis multa alia necessaria illi desint, ob hoc solum sanctus à populo censeatur. Hæc autem omnia uitia arguunt, illos qui talia agunt indignos esse honore sacerdotali. Nec soli seculares sacerdotes sed etiam monachi qui multo arctiori obligatione ad uirtutem tenẽtur, à suo instituto longissime absunt. Multi n. illorum adeo à patribus à quibus instituti sunt degenerarunt ut ferè nihil quod suæ respõdeat professioni habeant, præter exteriores uestes, quibus à cæteris discernuntur. In his autem necessarium est euenire, quod Augustinus ait, nullos uidelicet peiores esse quàm qui in religione defecerũt. Et re uera (ut ingenue loquar) quamuis multi ex monachis hodie sint, qui sui instituti rẽam

quam promiserunt, obseruent, tamẽ ex illis sunt qui nõ declinauerunt ab eo perfectionis culmine, in quo patres illorum fuere. Ex hac omnium sacerdotum indignitate, tanquam ex potentissima malorum causa multa mala insuper & hæreses, olim orta sunt, & nunc, proh dolor, quotidie oriuntur & nutriuntur. Nam hoc aperte nos docuit Deus per Hieremiam prophetam, dicens: Quia stulte egerunt pastores, & dñm non quæsierunt, ppea non intellexerunt, & omnis grex eorum dispersus est.

Hie. 10

Super quem locum Hieronymus hæc quæ sequuntur, ait: Per translationem pastorum atque ouium, Principũ culpa et dispersio populi describitur. Quia. n. Principes stulte egerunt, nec quæsierunt dñm, quem toto debuerant corde perquirere, idcirco & mala uenientia nõ uiderunt, siue non intellexerunt dñm, & omnis multitudo Hierl̃m huc illucq; dispersa est. Hęc Hieronymus. Et iterum eandem sñiam apertius. per Ezechielem prophetã Deus docet sic dicens: Facti sunt domui Israel in offendiculum iniquitatis. Quæ uerba exponens beatus Gregorius lib. 1. pastoralis cap. 2. sic ait: Nemo quippe amplius in ecclesia nocet, quàm qui peruerse agens nomen uel ordinem sanctitatis habet. Delinquentem nanque hunc nemo redarguere præsumit, & ip exemplum culpa uehementer extenditur, qñ pro reuerentia ordinis, peccator honoratur. Hæc Gregorius. Nec illorum duntaxat peccatorum quæ ad mores pertinẽt: sed etiam hæresum multarum fuit causa, malitia & indignitas sacerdotum. Nam Hussitarum hęresis initia, enarrãs Aeneas Syluius lib. de origine Bohemorum, cap. 35. ait: Sequebantur Ioannem Hus clerici ferè omnes, ære alieno grauati, sceleribus ac seditionibus insignes, qui rerum nouitate euadere pœnas arbitrabantur. His & non nulli doctrina celebres iuncti erant, qui cum in ecclesia conseq dignitatem non potuissent, iniquo animo ferebant, sacerdotia maiorum cẽsuum his cõmitti, qui quamuis nobilitate præirent, scientia tñ uiderent inferiores. Et c. 36. referens

Hiero. · eZ 44 · Grego. · Aene. Sylui.

referens ea quæ cum Ioãne Hus & Hieronymo de Praga Bohemis, in Constantiensi cõcilio acta sunt, ait: Stetere in proposito pertinaces Bohemorum animi, neque uicti rationibus, uinci uoluere. Se ueraces, se sancti euāgelij æmulatores, se Christi discipulos esse. Romanam ecclesiam, cæterasque per orbem dispersas, lōge a traditionibus apřorum abijsse, quæ opes ac delicias sectarentur, dominatum in populos, & primos in conuiuijs accubitus exquirerent, canes, equos alerent, ecclesiarum bona quæ Christi pauperibus deberentur, per lasciuiam luxumque cōsummerent: aut nescire prorsus diuina mandata, aut, scientes contēnere. Hæc Bohemos dixisse, & in illis ad ignē usque pseuerasse refert Aeneas Syluius. Ex quibus satis aperte constat, malos sacerdotū mores Hussitis ansam hæresis præbuisse, qua ab obedientia Romani Pontificis decesserunt. Idem hoc nostro seculo Lutheranis contingit, quorum hæreses, indignitas, & scelerata sacerdotum uita tanquam prima mater genuit, & nunc tanquā nutrix eas alit fouet, & nutrit. Videntes.n. nimiā sacerdotum multitudinē, illorum indignitatē, sceleratamque illorum uitam, in sacerdotes, & epos, & in Romanū, hoc est, supremum totius ecclesię Pōtificem, debacchari cœperunt, & quod in psonas iuste forte dicere potuissent, in ipsam sacerdotalem dignitatem, & in Hierarchicos illius ordines retorserunt. Tanquā si personę indignitas & uita quālibet scelerata uel tantillum posset detrahere sacerdotali dignitati, aut cuiuis alteri potestati. Si illi recte sapuissent, pro personarum emēdatione, & morū reformatione laborare debuissent, non in uniuersum pontificiam tollere dignitatem. Male qdem medetur qui iugulat. Alioqui si hęc illis sana uñr remedia, tollant eadem ratione matrimonia, quia multi coniuges fidem matrimonij nō seruant. Tollant oēs rerum publicarum ministros & rectores, quia multi ex illis ministeriū suum iniuste exercent. Tolāt denique sartores sutores, metallarios aurifabros, latomos, & reliquos oēs artifices, ppea quòd

multi ex illis mille faciunt fraudes, milleq́ confingunt sæpe mendacia. Si has artes prorsus tollere nõ licet, quã uis illarũ artifices iniuste eas exerceãt, multo minus decebat pp sacerdotum aut Põtificum indignitatẽ & quãlibet sceleratam illorũ uitam, dignitatem Pontificiã prorsus abrogare, præsertim cum non ab hoĩbus: sed à deo illa instituta sit, ac proinde nõ ex hoĩum arbitrio: sed ex Dei uoluntate pẽdeat. Sed re uera odio & inuidia epõrum, præsertim Romani Pontificis ducti, excæcati sunt ut rem non intelligerent: nec modo, ẽt si ueritas illis aptissime oñdatur, intelligãt. Nam si quid illis pro summi Põtificis aut aliorũ epõrũ authoritate obĳcitur, cum nesciant quid uere rñdere possint, statim clamant: Videte pontificis exactiones, considerate epõrum mores. Exptus quidem loquor, & nõ quę ex aliorũ relatu didici: sed quæ proprĳs oculis uidi & auribus meis audiui refero. Et certe difficile est, nisi deus ipse custodiat, tanta sacerdotum indignitate, & tam scelerata illorũ uita exñte, christianam religionem esse ubique integram. Nam diuina lex, et religio, uerusq́ Dei cultus, hñt quandam cũ sacerdotio connexionem, quæ ex Pauli testimonio facile conuinci potest, qui ait: Translato sacerdotio, necesse est ut legis translatio fiat. Si sacerdotium & lex non essent sibi inuicem connexa, quæ obsecro esset hęc Pauli collectio, ex translatione sacerdotĳ legis traslationẽ inferre? Sed quia Paulus censuit, nõ posse sacerdotium esse sine lege, nec legem sine sacerdotio, ita ut cuique sacerdotio sua respondeat lex, & religio, & cuique legi siue religioni suum conueniat sacerdotium, ideo uisum est illi ex translatione sacerdotĳ, optime posse colligi translationem legis. Si hæc duo tam connexa & à se inuicem dependentia sunt, eadem ratione & consequẽtia, ex cõtemptu & uili pensione sacerdotĳ, necessario sequetur legis & religionis cõtemptus. Nam apud omnes orbis terrarum nationes, apud quas aliqua aut uera, aut falsa unquam religio uiguit, tãta fuit semper sacerdotĳ digni-

Heb. 7

tas,tantaq; apud populũ sacerdotũ æstimatio & reuerẽtia,quanta ipsius religionis fuit dignitas, æstimatio atque reuerentia: & econtrario.Non est igitur mirũ,si his seculis in quibus Christianæ religionis sacerdotium est neglectum & tam parũ æstimatum,ut omnibus passim sine ullis iustis meritis cõferatur,ẽt diuina lex,diuinusq; cultus, ipsa denique tota christiana religio contemnat̃, pessumq; eat.Cum igitur hanc omnium p̃ntis seculi hæresum potissimã esse radicem constet,quisquis hæresib9 occurrere & illas prorsus tollere optat,summe pro uiribus suis laborare debet,ut hæc pessima radix euellatur, & sacerdotium suæ dignitati restituatur. Hoc aũt facile fiet,si primum tollantur causæ,à quibus totus hic sacerdotum contẽptus est ortus.Notissimũ est sacerdotũ cõtemptum ex nimia illorũ multitudine primũ, deinde ex ignorãtia, postremo ex scelerata illorũ uita, esse ortum. Nimia siquidem cuiuslibet rei multitudo cõtemptũ uilipensionemq; parit: quemadmodum ecõtrario,cuiuslibet rei raritas pretium æstimationemq; gignit. Deinde sacerdotum cõtemptum auxit magna illorũ indignitas multis nominibus manifesta. Qm̃ multi pp ætatis defectum,alij ob imprudentiam,alij ob ignorantiã, alij ob sceleratam illorũ uitam omnibus manifestam, indigni sunt,qui ad tam sublimem dignitatem fuissent promoti,& inde illorũ oritur contemptus. Hac igitur uia sacerdotiũ quod iam in magnam uilitatem, magnumq; contemptum abierat,facile suo pristino restituetur pretio & honori, si nullus ad illum nisi dignus promoueat̃. Nullus nisi prouecta iam ætate instituatur episcopus aut sacerdos,& qui prudẽs sit ad tale munus obeundũ, & uir doctus q alios docere ualeat,& bonus uirtutisq; studiosus, qui alios suo exemplo ad uirtutẽ capessendã hortetur. Si tales sint episcopi & sacerdotes,non dubito quin reliquus populus breui ad uerã christianæ religionis obseruantiam redibit. Si hæc sacerdotij reformatio fieri negligitur,necesse est ut hi qbus hoc facere incũbit

patienter ferant eiusdem sacerdotij cõtemptũ, & per cõsequens legis diuinæ & christianæ religionis iacturam.

De sexta hæresum causa quæ est sacræ scripturæ translatio in linguam uulgarem. *Cap.* V I.

Trãslationem sacræ scripturę in linguã, uulgarẽ multarum hæresum posse esse cãm multis rõnibus multisq; irrefragabilibus testimonijs psuadet, & res ipsa apte demonstrat. Vt aũt hoc apertius ꝓbare ualeamus: illud ante oĩa statuere oportet: primã & potentissimã oĩum hæresum radicẽ esse prauã scripturæ sacræ intelligentiam. Nam qa in sacris literis contenta nõ iuxta catholicam si dei doctrinã: sed iuxta sensum a catholica fide longissime distantem intelligẽdam esse aliq putant, iõ suas sententias quãuis catholicæ fidei repugnantes, ac si diuina essent oracula firmissime tuenť. Quia ea q̃ sentiunt testimonijs sacræ scripturę munita, & roborata esse putant, & iõ tam constanti, & firmo aĩo ea tenent, ac reliqua, q̃ uere in sacris lřis continenť. Vnde Hilarius in lib. de Trinitate ait: Extiterunt plures, q cœlestiũ uerborum simplicitatem, nõ ueritatis ipsius absolonẽ susceperunt, aľr interpretantes: quã dictorum uirtus postularet. De intelligentia. n. hæresis, non de scriptura est, & sensus non sermo, fit crimen. Hæc Hilar. Et btũs Aug. in lib. 83. qõnum q̃stione 69, ait: Non põt error oriri palliatus noĩe xpiano: nisi de scripturis non intellectis. Hæc ille. Si ex praua sacræ scripturæ intelligẽtia hr̃ses oriunť, consequẽs est inde, ut uulgus indoctũ sacras scripturas legẽs magnã inde sumat occasionẽ in uarias incidendi hæreses: qm̃ legit id, qđ minime intelligere põt. Qđ aũt multa sint in sacris lřis, q̃ a uulgo minime intelligi pñt: adeo est manifestũ, ut nulla egeret ꝓbatione: nisi Lutherus & alij eiusdẽ farinæ hoĩes qui notissima alia negare solẽt, hoc ẽt negassent dicentes sacrã scripturã præsertim nouũ testm̃, esse intellectu facillimã, ita ut ab oĩbus intelligi possit, & ob eam cãm in eam linguam esse uertendã, in qua possit ab omnibus legi. Lutherum tamen, & quotquot illi in hac

Hilar.

Augu.

parte fauent, pessime errare inde aperte conuincitur: quia multa sunt ad sacræ scripturæ intelligentiã maxime necessaria quibus omnibus constat uulgus indoctum carere. Omnes.n. scientię naturales, teste Augusti. sunt ualde necessariæ ad ueram, & exactam sacræ scripturæ intelligentiam. Nam (ut ille ait lib.2. de doctrina Christiana. cap.40) sicut olim tabernaculum Dei, constructum est, Deo præcipiente, ex auro, & argento, qđ filij Israel ab Aegytijs acceperãt: sic modo theologię structura, ex gentiliũ scictijs, quæ uelut quoddã illorum argẽtum et aurũ sunt, cõsurgit. Historiarum uariarum cognitionem esse ad uerum sacræ scripturæ intellectũ consequendum, testatur idem Aug. qui lib.2. de doctrina Christiana ostendit aliquos ob solã historiæ ignorantiã circa scripturã sacram errasse. Neque ad solas res leues, & parui mométi: sed ad prima totius Euangelicæ fidei fundamẽta stabilienda, est historiæ cognitio necessaria. Primũ.n. totius Euangelicæ doctrinæ fundamentũ est Iesum filium Mariæ uirginis fuisse Messiã in lege ꝓmissum, et à ꝓphetis prędictũ. Pro cuius fidei cõfirmatione multa ex pręcipuis, quę pñt ex sacra scriptura afferri testimonia, nequaquam pñt sine historiæ cognitione intelligi. Primũ est ex lib. Geneseos, ubi Iacob bñdicens filiũ suum Iudã hęc ait: Nõ auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius: donec ueniat, qui mittẽdus est, & ipse erit expectatio gentium. Vt aũt hæc aduentui Christi in carnẽ ad aptentur, necessarium est scire ex historijs qñ fuit ablatum sceptrum de Iuda, & quando defecit Dux de femore eius. Alterum est de prophetia Balam, qui postquam dixit, orituram esse stellam ex Iacob, & consurrecturã uirgam de Israel, quæ percuteret Duces Moab, ut tempus, quo hæc prophetia implenda esset, designaret. Hæc dixit: Heu quis uicturus est quado ista faciet Deus? Venient in trieribus de Italia, superabunt Assyrios, uastabuntque Hebręos, & ad extremum ipsi peribunt. Qui hanc prophetiam in Christo saluatore nostro impletam esse, probare uolue-

Ex.35. Ge.49 Nu.24

rit, oportet: ut sciat qn̄ Romani Assyrios superauerint, uastauerintq́ Hebræos. Multo maior historiæ cognitio exigitur pro uera intelligentia prophetiæ Danielis de septuagita hebdomadis abbreuiatis, post quas mox ungendus erat sanctus sanctorum. Qui historiarum est prorsus ignarus, ut multi ex uulgo esse solent, nequaquā poterit has, quas diximus ꝓphetias, Xp̄o, de quo illæ prædictæ sunt adaptare. Deinde Aug. lib. 2. eiusdem operis de doctrina Christiana, c. 29. docet troporum, & figurarum cognitionem esse prorsus ad scripturarum cognitionem necessariam, quæ à grāmaticis & rhetoricis petēda est. Ex huius rei ignorantia constat multas posse hæreses oriri, ꝓpterea quòd figurata loquutio non agnoscitur, & creditur esse non figurata. Ex hac. n. radice orta est olim in Aegypto Anthropomorphitarum hæresis, putātium Deum esse corporeum, ꝓpterea quòd sæpe sacræ lr̄æ Deo membra tribuūt humana. Si. n. metaphoræ uim intellexissent, non fuissent illi in talem hæresim lapsi. Ex eadem ignorantia prodijt hæresis Cherintri, & aliorum docētium delitias carnis futuras esse in cœlesti beatitudine. Decepti. n. sunt hi ex eo, quod Saluator apud Lucam ait: Ego dispono uobis mēsam, sicut disposuit mihi pater, ut edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo. Sunt & alia id genus multa in sacris literis, de quibus omnibus non est possibile hoc loco disserere. Certum est plebem īdoctam nescire discernere figuratas loquutiones, à non figuratis, & inde necesse est, ut in plurimos labatur errores, si eas sine ulla figura, & sine ullo tropo intelligere uelit. Multa sunt in Euangelijs à Christo saluatore nostro, & deinde ab Apostolis in epistolis suis per hyperbolem dicta. Sæpe utuntur Apostoli, & Euangelistæ, synecdoche figura, quam qui non intellexerit, necesse est ut erret. Nam qui hanc ignorauerit necesse est, ut in tēpore mortis, & resurrectionis Christi erret, putans Christum non uere dixisse se futurum in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus. Eadem ratione deridebit literam

Dan. 9

Luc. 22

Mat. 12

Exodi,ubi dicitur,uirgam Moysi deuorasse uirgas Magorum. Dicet enim apud se: Qui fit, ut uirga, quæ nec os nec dentes, nec gulam,nec uentrem,nec denique sensum habet aliquid deuorare possit? Paulum etiam necessario dicet mendacem,qui ait spiritum sanctum postulare pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Si spiritus sanctus gemere nequit,quõ poterit gemitibus inenarrabilibus postulare? Vulgaris itaque homo illud legens, & minime intelligẽs,aut Paulum errasse dicet, aut male de spiritu sancto censebit,putans illũ gemere, aut quomodolibet tristari. Sunt aliæ multæ,& frequentissimæ figuræ in sacris literis,pro quarum declaratione extat libellus Bedæ,qui inscribitur de schematibus,& tropis sacræ scripturæ. Sunt præterea multa in sacris codicibus,quæ minime iuxta solam literæ superficiem sunt capiẽda:sed iuxta mysticum sensum sub ea latentem sunt interpretãda. De his dicit Paulus: Idoneos nos fecit ministros noui Testamenti,non literæ:sed spiritus:Litera enim occidit,spiritus est,qui uiuificat. Si hæc omnia quis uelit,iuxta literam,& non iuxta mysteriũ reconditum interpretari,non est dubium illum in multas hæreses labi. Talia sunt multa,quæ de Christo prophetæ prædixerũt. Tale est illud,quod Iacob Patriarcha de Christi passione prophetico spũ prædixit:Lauabit in uino stolã suam, & in sanguine uuæ pallium suum. Et illud apud Esaiam: Multiplicabitur eius imperiũ,& pacis non erit finis: Sup solium Dauid,& super regnum eius sedebit, ut confirmet illud, & corroboret in iudicio, & iustitia amodo, & usque in sempiternum, & regni eius non erit finis. Cum domus Iacob æterna non sit: sed temporalis, dubitare quis merito poterit, quõ Christus in illa sit regnaturus in æternum,præsertim cum ipse Christus postea dixerit regnum suum non esse ex hoc mundo. Sunt alia multa eiusdem notæ,quæ si iuxta solam literam intelligantur, non est dubium multas inde nasci hęreses,ut puta de regno Christi in hoc mundo,de huius regni perpetuitate.

Rom. 8
2. cor. 3
Ge. 49
Esai. 9

Et non est etiam dubium, quin uulgus indoctum ppea quod mysteria penetrare nescit, omnia hæc putet eē iux ta nudam literam intelligenda, ob quam causam necesse est, ut ī multos incidat inextricabiles errores. Rursum sæpissime contingit in sacris literis subdita, sine ulla expressione, unius personæ in aliam personam mutatio, ita ut modo de Christo, qui caput est corporis mystici, loquatur scriptura, & statim sine ulla personæ expressione loquatur de corpore eius, quod est ecclesia, aut de pticularibus illius membris, quę sunt omnes fideles. Quę omnia si quis eidem tribuere uelit, ut puta omnia capiti, aut omnia corpori, aut membris accommodare, sæpe si ne manifesta hæresi id facere non potest. Quia sæpe ea, quæ capiti conueniunt, repugnant corpori, & membris eius, & quæ cæterorꝫ membrorꝫ sunt propria sæpe non pñt capiti cōuenire. Talia sunt, quæ Oseas propheta de Christo loquens ait: Puer Israel, & dilexi eum, & ex Ae gypto uocaui filium meum. Vocauerunt eos, sicut abierunt à facie eorum Baalim immolabant, & simulachris sacrificabant. Primam horꝫ uerborꝫ partem de Christo esse intelligendam, testatur Matthęus, qui illam exponit de Christo ab Aegypto in Iudæam reuertente. Reliqua tñ quamuis sub nomine eiusdem populi Israelitici dicta sint, non pñt Christo conuenire: sed soli corpori illius, siue uero, siue ficto, hoc est, ecclesiæ permistæ quę bonos, malosq́; intra se continet. Certum est uulgarem hominem non posse discernere diuersitatem personarum, de quibus quasi de una illæ literæ contextus loquitur: sed omnia eidem personę accommodabit, pręsertim in Psal mo. 21. qui totus est Christo tribuendus, & ferè nulla est in illo pars, quæ possit eidem Psalmistæ competere. Et Esaias propheta de Christo loquēs sub nomine suo. Spiritus Dñi super me, eo quòd unxerit me. Ad annunciandum mansuetis misit me, ut mederer contritis corde. Et alia multa ibi Esaias nomine suo dicit, quæ tamen non si bi: sed Christo conuenire pñt. Nā (ut Lucas refert) Chri-

Oseas. *Matt. 2* *Esa. 61* *Luc. 4.*

ſtus ſaluator noſter illa Eſaiæ uerba in ſe ipſo ad impleta eſſe docuit. Vulgaris tñ hõ, & idiota hæc legens, putabit illa nõ de Chriſto: ſed de eodem propheta, qui nomine ſuo illa dixit, eſſe intelligenda, & ſic in pernicioſiſſimas incidet hæreſes. Omitto alia multa neceſſaria ad ſacræ ſcripturę intelligentiam, de quibus beatus Auguſtinus in libris de doctrina Chriſtiana longam facit diſputationem, & ea omnia non poſſent in hoc cap. comprehendi. Quæ omnia cum populus ignoret, neceſſariũ eſt, ut in mille locis erret, perperam ſcripturam ſacram intelligens. Sunt præter hæc omnia parabolæ frequentiſſimæ in ſacris literis, quarum intelligẽtia (ut beatus Thomas, & alij doctores theologi docent non ex prima uocum ſignificatione petenda eſt: ſed ex ſignificatione rerum per uoces illas ſignatarum, hoc eſt, per ſimilitudinem unius rei ad alteram. Certum eſt ppl'm has non poſſe adaptare ſimilitudines, et ignorare alteram pręter primã uocũ, ſignificationẽ. Vnde neceſſarium eſt euenire, ut neſciat parabolas intelligere, imò ut neſciat inter parabolas, & apertas eloquutiones diſtinguere. Quo fiet neceſſario, ut quę parabolice dicta ſint, ſimpl'r, & iuxta primam uocum ſignificationẽ putet eſſe intellıgẽda. Quæ res quot, quantaſq́; hæreſes gignere poſſit, prudenti lectori conſyderandum cõmitto. Quid dicam de multis ſcripturæ locis, qui ſibi inuicem repugnare vñr, in quibus conciliãdis doctiſſimo, atque diligente, & peracuto eſt opus interprete? Horꝫ facialem contrapugnantiam cum uulgaris, & idiota legerit neſciens illa in concordiam redigere, cogetur, aut mendacium ad ſacras literas admittere, aut alterum illorꝫ locorꝫ à ſacris codicibus relegare, dicens illa uerba non pertinere ad ſacram ſcripturã. Quorum neutrum põt quis ſine manifeſta hæreſis nota efficere. Deniq; quia btũs Hieron. tam multas intellexit eſſe difficultates circa intelligentiã ſacrarꝫ ſcripturarꝫ: ideo ĩ epiſtola quadam ad Paulinum quæ eſt de omnibus ſacræ ſcripturæ libris poſt multa, quæ illic de hac re dixe-

Hiero. rat,tandem propositum concludens, sic ait: Hæc a me perstricta sunt breuiter (neq; enim epistolaris angustia euagari longius patiebatur) ut intelligeres te in scripturis sacris sine præuio, & monstrante semitam nõ posse ingredi. Hæc ille. Et certe ex ipsamet scriptura sacra cõstat fuisse olim speciales aliquos eiusdem scripturæ interpretes, quorũ munus erat sacras literas interpretari. Nã Paulus dicit se legem didicisse ad pedes Gamalielis, & Timotheum laudat, quòd ab infantia lr̃as sacras didicisset. Ex his omnibus apertissime constat, longissime Lutherum aberrasse à ueritate dicẽtem scripturam sacram esse facillimam intellectu, ut à quouis uulgari homine possit intelligi. Non potest.n. uere aliquid facile dici, ad quod assequendum multa difficilia sunt necessaria. Præterea ipsemet Lutherus uelit, nolit fateri debet se pluries deceptum fuisse ĩterpretatione sacrarum literarum: qm̃ sæpe circa fidei, & morũ dogmata mutauit sententiam, nunc aliquam probans sententiam nunc eãdem reijciẽs, & illius contradictoriam admittens. Idem etiã Erasmo Roterodamo contigisse constat, qui tñ ẽt cum Luthero sentit sacras literas esse in linguam uulgarẽ uertẽdas. Hic enim sæpe sententiam suam mutauit in annotationibus super nouum Testamentum, in posterioribus editionibus recantatas, q̃ in priori docuerat. Consequens igitur est, ut toties uterque istorum fateatur se fuisse deceptũ, quoties ab una aliqua in oppositũ, & illi repugnantem transijt sñiam. Si scriptura sacra facillima erat intellectu (ut Lutherus, & Erasmus dñt) ĩterrogare illos oportet, quo pacto in re facillima errauerũt. Nõ credo aliud ab eis responderi posse, quàm ꝙ sic excæcati tunc erant, ut res apertissimas uidere non possent. Et sic etiam credo illos tunc excæcatos fuisse quando dixerunt scripturam sacram esse adeo facilem, ut à nullo non posset intelligi. Rursum doctissimi uiri sæpe circa scripturæ sacræ interpretationem errarunt, ut illorum tam multæ inter se dissonantię apertissime conuincunt. Nam cum illi circa

Act. 22
2. Ti. 3.

ſacræ ſcripturæ intelligentiam pugnantes ſæpe & irreconciliabiles ferant ſnia, eoꝝ alterum errare eſt neceſſe. Si illi doctiſſimi uiri, quos Deus introduxit in cellaria ſua poſt longam, & diuturnam examinationem, poſt feruentem, & prolixam orationem errauerunt in multis, qui fieri poteſt, ut uulgus indoctum carni, & ſanguini deditum, multiſq́ ſæpe uitijs mancipatum ſine ulla examinatione paſſim nō erret in mille? Si tam facile poteſt uulgaris homo, & idiota errare in interpretatione ſacræ ſcripturæ, & ex falſa illius intelligentia (ut ex teſtimonijs Hilarij, & Auguſtini ſupra citatis conſtat) hæreſes oriuntur, apertiſſime conuincitur, translationem ſacræ ſcripturæ in linguam uulgarem maximam præbere idiotis hominibus hæreſum occaſionem. Nam illi legentes, quæ minime intelligere poſſunt, pro ſpo arbitratu, & non iuxta regulas ſanctoꝝ doctoꝝ, quos nunquam legerunt, ſcripturam ſacram interpretabuntur, & ſic in mille incident errores. Et pro hac re plura, q̃ uellemus, habemus exempla multaꝝ uidelicet hæreſum, quæ ab hominibus idiotis ſuſcitatæ ſunt, ꝑpea quod ſacras literas in linguam uulgarem legerunt, & non intellexerūt. E' quibus aliquas in medium proferam, quaꝝ teſtimonia ſatis erunt ad rem hanc comprobandam. Albigēſes hæretici ſurrexerunt olim tpe Innocentij Papæ huius nominis tertij, multis, & nefandis impliciti erroribꝰ. Sunt autem ſic appellati: quia ex comitatu Albigenſi propè Toloſam in Gallia orti ſunt, qui has hęreſes ſuſcitarunt. Hi omnes fuerunt idiotæ, & quia legebant, quæ nō intelligebant: ideo in plurimos execrandos errores lapſi ſunt. Poſt iſtos paucis aliquot tranſactis annis ſurrexerunt etiam in Gallia pauperes de Lugduno, à quibꝰ maior haꝝ hæreſum pars, quæ nunc eccleſiam oppugnāt, originem traxit. Nam Valdo illoꝝ Princeps, à quo nomen ſortiti, Valdenſes etiam dicti ſunt, omnibus ſuis bonis diſtractis paupertatē plus iuſto dilexit, & quia idiota erat aliquot libros tum ſacros, tum etiam ex alijs in

linguam uulgarem sibi fecit transferri, quos legens, & nõ intelligens in pestilẽtissimos lapsus est errores: quos postea Vuiclefitæ, & deinde Hussitę tutati sunt, & nunc tandem Lutherani tutantur. Post istos eodem ferè sclo Begardi, & Beguinæ homines omnes idiotæ, orti sunt, quorũ octo hæreses in concilio Vienensi sub Clemente quinto damnatæ sunt. Deinde successere in Bohemia Thaboritarũ, & Orebitarũ, & Adamitarũ hæreses perniciosissimæ, quarũ omnium historiam enarrat Aeneas Sylvius in lib. de origine Bohemorũ, dicitq́ illarũ authores, & tutores fuisse homines idiotas, q̃q̃ nõ dicit illos habuisse literas sacras in linguam uulgarem translatas, tamẽ uerisimile est illas habuisse: qm̃ alias non patet uia qũo homines idiotæ illas suscitare potuissent, aut qũo illas iam ortas, tot homines suscepissent. Tandem Lutheranorũ hęresis, etsi non fuerit ab hac causa orta, constat tamen per illam fuisse dilatatam & uires maiores, ut populum perderet inde sumpsisset. Nam populus legens in sacris codicibus Germanicæ linguæ redditis, ea testimonia, quibus Lutherus suas hæreses probare con tendit, facile persuasus est, ut Luthero consentiret. Deinde ex consona omnium sacrorum doctorum sententia docemur, non esse populo rudi tradenda ea mysteria alta, & profunda, quæ ille intelligere non potest, ne hac occasione labatur in errorem: sed iuxta capacitatem au dientium temperandum esse sermonem. Nam Paulus

1. Cor. 3 Corinthijs scribens ait: Et ego fratres non potui uobis loqui quasi spiritualibus: sed quasi carnalibus. Tanquã paruulis in Christo lac uobis in potum dedi non escam: Nondum.n. poteratis: sed nec nũc quidem potestis: ad-

Ansel. huc enim carnales estis. Quæ uerba interpretans Ansel mus in cõmentarijs super epistolas Pauli ait: Non enim audientium animi sunt ultra uires tradendi: sed alta quęque, & eminentia debent multis auditoribus contegi, & uix paucis aperiri, & inchoantibus quidem, uel infirmis non alta, & mystica: sed quædam quæ capere pos-

sint, prædicanda sunt, perfectis uero profunda, & mystica sunt dicenda. Hęc Anselmus. Et beatus Chrysost. homilia 51. super Matth. ait: Sicut infantibus esca mutatur secundum ętatem, sic in populo secundum uirtutem doctrina temperatur. Hęc ille: Et Origenes homilia uigesimaseptima super lib. Numer. ait: Sicut in nutrimentis corporis multas paulo ante dedimus differentias, ita & natura rationabilis, quę ratione, & uerbo dei (ut diximus) pascitur, non omnis uno, atque eodem nutritur. Vnde ad similitudinem corporalis exempli est aliquibus in uerbo Dei cibus lactis apertior, & simplicior doctrina, ut de moralibus esse solet, quę pręberi cõsueuit ijs, qui initia habẽt in diuinis studijs, & prima eruditionis rationabilis rudimenta suscipiunt. Hęc Orige. Idem etiam docet multo apertius, atq; uberius beatus Greg. in moralibus exponẽs illud Iob: Qui ligat aquas in nubibus suis, ut non erumpant pariter deorsum. Quę Gregorij uerba: quia superius cap. 3. huius lib. à nobis citata sunt: ideo nunc repetere non fuit opus. Ex his omnibus testimonijs colligimus populo rudi non esse alta, et profunda mysteria prędicanda, quę ille intelligere non potest. Et inde apertissime conuincitur sacram scripturam non esse populo rudi, ut ab eo legatur tradendam. Nihil enim refert uerbo, an scripto aliquid tradatur: si neutro modo illud intelligere ualet. Si populo rudi non est tradendum uerbum id, qđ auditum intelligere non poterit: consequens est, ut eidem populo non sit scriptura illa sacra tradenda, quam certum est illum intelligere non posse. Et certe hæc collectio, & argumẽtatio adeo (mea sententia) urget, ut non sit, quod uere illi responderi possit. Nullum. n. potest inter uerbum, & scripturã damnuerum, & euidens discrimen, per quod innotescat, malum esse, ut uerbum obscurum, & difficile intellectu populo prędicetur, & econtrario bonum esse, ut scriptura obscura, & intellectu difficillima eidem populo legẽda tradatur. Et hęc ratio ipsosmet lectores coget, ut si

Chrys.

Iob. 26.

idiotæ sunt, abstineant à lectione illorum lib. sacræ scripturæ, quos intelligere non possunt. Nam hoc ipsum si recte illi intelligere uolunt, illis præcipit beatus Petrus dicens, ut rebus intellectu facillimis sint cõtenti. Sicut modo geniti infantes (inquit ille) rationales, & sine dolo lac concupiscite: ut in eo crescatis in salutem. Nomine lactis claram, & intellectu facilem doctrinam siue illa uerbo, siue per scripturam tradatur, significauit, & hanc solam concupiscere, rudibus, & incipientibus pręcepit Petrus, ut per illam crescere possint ad salutem. Vt enim doctrina aliqua nomine lactis significetur, nihil refert, an illa scripta sit, an prolata: sed hoc solum consyderandũ est, an illa sit facilis, an difficilis intellectu. Sacra igitur scriptura in illis locis, ubi difficulter intelligitur, non lac: sed solidus cibus censeri debet, & inde sequitur, ut idiotæ, q̃ illam legere contendunt, contra præceptum beati Petri agant, qui præcipit illis, ut sint lacte contenti, & fortiores non appetant cibos. Nam dicẽs illis, ut lac concupiscant, hoc ipso uidetur illis præcipere, ut ab aliis solidis cibis abstineãt, q̃m (ut Paulus ait) Omnis, qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ: paruulus.n.est. Perfectorum autem est solidus cibus eorum: qui pro habitu, & consuetudine exercitatos habẽt sensus ad discretionem boni, & mali. Quæ Pauli uerba de lectione librorum sacræ scripturæ esse intelligenda, docet Theophilactus, qui illa in cõmentariis super Paulum exponens hæc ait: Vt.n.est moribus quisque & habitu stabilitus, sic & animi sensus habet in sacris literis exercitatos, ita, ut dogmatum celsitudinem queat, & humilitatem discernere, & sana à corruptis diiudicare. Non.n.de uita hoc loco differit. Nam bona discernere quisq; ualet, non uitiq; malum esse nequitiam, probam uero uirtutẽ. Aduerte autem quemadmodum exercitatione, & experiẽtia scripturarum sit opus, si nobis, quæ hæresim sapiant & quæ minus, sunt differenda. Neq; enim omnibus adhibendæ sunt aures, guttur enim cibos degustat: anima

1. Pet. 2
Heb. 5.
Theop.

uero probat sermones. Hæc Theophilact. Est adhuc aliud in uerbis Petri consyderatione dignum, ubi causam reddens ꝑ quam imperfecti, & infirmi debēt sicut modo geniti infantes lac concupiscere. Vt in eo crescatis (inquit ille) in salutem. Quibus uerbis aperte innuit, solidū cibum non in salutem: sed in ęgritudinem modo genitis infantibus dari. Ex quibus aperte conuincitur, eos, qui sacram scripturam in linguam uulgarem translatā populo rudi legendam tradunt, non prospicere saluti animarum populi: sed illarum potius ægritudinem procurare. Quia tradunt illis cibum, qui illarum exuperat uires. Accedit ad hæc omnia, quædam ecclesię prohibitio qua laicis hominibus interdicitur ne de fide catholica quomodolibet disputare audeant. Nam in cap. Quicūque. paragr. inhibemus. de hæreticis. libro 6. Alexander Papa sub excōicationis pœna prohibet omnibus laicis ꝑsonis ne publice, aut priuatim de fide catholica disputare audeant. Et merito quidem hoc inhibuit summus Pontifex: quia perpendit quanti periculi res sit talem disputationem laicis personis sine ullo discrimine permittere. Nam licet sint aliqui laici uiri docti, qui bene, & sine fidei periculo possint cum hæreticis disputare, iura tamen, & decreta nunquam de his, quæ raro contingunt: sed semper de his quæ frequentius eueniunt, disponūt. Raro autem contingit, ut uiri laici sint de altiorib⁹ fidei mysterijs plene edocti & ad disputandum de illis diserti, & ideo ne laici indocti in disputatione succumbentes sibi ruinę occasionem assumerent, aut alijs audientibus præberent: merito illis omnibus fuit talis disputatio interdicta. Vt autem hoc tam sanctum, & pium decretum id, quod intendit efficere naleat, opus est, ut à laicis idiotis sacra auferatur scriptura, ne eam legētes, de secretioribus fidei mysterijs cum magno religionis periculo eorum quilibet audeat disputare. Qui. n. aliquid suis subditis prohibet, nisi illis laqueum parare uelit oportet, ut id etiam prohibeat, quod magnam præbet agendi prohi-

bitum occasionem. Quanta autem laicis indoctis dispu tandi de fide præstetur occasio, cum illis in linguam uulgarem translata traditur sacra scriptura, ipsa rerum experientia apertissime docet. Nam in illis prouincijs, in quibus sacra scriptura in linguam uulgarem translata passim omnibus laicis legenda conceditur, ut sunt Gallia, Germania, Italia non solum indoctissimi uiri: sed etiã fœminæ passim de fide catholica disputant, & cum doctissimis uiris de secretioribus fidei mysterijs contendere non uerentur. Quam peruersitatem summopere reprehendit Hieron. in epist. ad Paulinum quę est de omnibus sacræ scripturæ lib. sic dicens. Quod medicorum est promittunt medici, tractant fabrilia fabri. Sola scripturarum ars est, quam sibi passim omnes uendicant. Scribimus indocti, doctiq; poemata passim. Hanc garrula anus, hanc delirus senex, hanc sophista uerbosus, hanc uniuersi pręsumunt, lacerant, docent antequam discant. Alij adducto supercilio grandia uerba trutinantes, inter muliercula de sacris literis philosophantur. Alij discunt, proh pudor, à fœminis, quod uiros doceant. Et ne parum hoc sit, quadam facilitate uerborum: imò audacia edisserunt alijs quod ipsi non intelligũt. Hęc ille. Et certe id, quod Hieronym. suo tpe fieri testatur, & dolet, in multis prouincijs (ut diximus) nunc fieri uidemus. Qui abusus nisi citissime ab illis prouincijs tollatur non dubito, quin ille magnum fidei catholicę dispendium sit præfatis prouincijs allaturus, pręsertim cum iam tam magna huius rei initia in his prouincijs uideamus, ut iam quasi omni uideamus id malum, quod nunc pędiximus: & timemus. Est adhuc alia urgentissima ratio quę ecclesię pręsules cogere deberet: ut translationem sacrę scripturę in linguam uulgarem nullo modo facere aut iam factam euulgari permitterent, ipsius uidelicet sacrę scripturę reuerentia, & ęstimatio, quam quotidie minui si passim omnibus legenda tradatur nemo est, qui dubitet. Nihil. n. est, quod magis alicuius rei pcium, & ęstimationem

Hiero.

matione m

motionem augeat, q̃ illius raritas, & occultatio, & nihil
ecõtrario magis illa oĩa minuit, q̃ eiusdem rei multitu-
do & nimia illius manifestatio. Et hæc est cã (ut oẽs sa-
cri doctores docẽt) pp quas Deus ueteris legis cęremo
nialia mysteria occulta pp̃lo esse uoluit, & nõ passim o-
mnibus manifestari, ne ex facili eorꝝ conspectu oĩbus ui
lescerent. Nam ea, quæ in tabernaculo fœderis erant, cũ Nu. 4.
castra mouebantur, ab Aaron, & ab his, qui in taberna
culo seruiebant, inuoluebãtur, nec uidebant̃ a' pp̃lo, nec
ab his ẽt, qui in proprijs humeris deferebant. Obuelãdi
necessitas tũc erat nõ modica, metus uidelicet mortis.
Si tanta reuerẽtia tunc est adhibita umbræ, multo ma-
gis eã decet exhibere corpi, ut sacra scriptura, ĩ qua mul-
to aptius, q̃ illis cæremonijs nostræ fidei secretiora my
steria cõtinent̃, non passim toti pp̃lo legenda tradatur.
Alioq ipsa scriptura quæ esset in maximo pretio ab oĩ-
bus hñda, cito erit in cõtemptũ, & uilipendiũ. Propter
hanc cãm Greg. septimus huius noĩs pontifex scribens Gre.7
Vratislao Bohemorꝝ duci (tunc. n. Bohemia nõ Regẽ,
ut nũc: sed Ducẽ habebat) in quadã ep̃la, q̃ est in lib. 6.
ep̃larꝝ suarꝝ, noluit illi concedere, ut diuinũ offm̃ posset
in lingua sclauonica celebrari. Sic. n. post aliqua p̃fatus
Greg. in illa ep̃la ait. Quia uero nobilitas tua postula-
uit, quo secũdum sclauonicam linguã apud uos diuinũ
celebrare annueremus offm̃, scias nos huic petitioni tuę
nequaq̃ posse fauere. Ex hoc nẽpe sæpe uoluentibus li-
quet, nõ immerito sacrã scripturã omnipotẽte Deo pla
cuisse qbusdam locis esse occultã, ne si ad liquidũ cũctis
pateret, forte uilesceret, & subiaceret despectui, aut pra
ue intellecta à mediocribus in errorẽ induceret. Neque
enim ad excusationem iuuat, quòd quidã religiosi uiri
hoc, quod simplr pp̃ls quærit, patienter tulerunt, seu in
correctũ dimiserũt, cũ primitiua ecclia multa dissimula
uerit, q̃ a' sanctis p̃ribus post modũ firmata charitate, et
religione crescente subtili examinatione correcta sunt.
Vñ ne id fiat, quod à uestris imprudẽter exposcit̃ autho

ritate beati Petri inhibemus, teq; ad honorē oīpotentis Dei huic uanæ temeritati uiribus oībus resistere pcipimus. Hactenus Greg. 7. Qui etsi de offō diuino tm̄modo loquatˀ expresse, idem tn̄ de aliis scripturis diuinis esse dicendum, satis innuit aperte. Et certe necessarium est, ut idem sit de utroq; dicendū: qm̄ maior pars eoꝝ, quæ in diuino officio dñr, ex sacris codicibus sumpta est, reliq̄ autem, quæ inde non sumunt̄, & si sancta sint, & debite reuerenda, non sunt tn̄ maiori reuerentia hn̄da, q̄ illa, q̄ a` sacra scriptura assumpta sunt. Et inde aptissime conuincit̄, ut si sacra scriptura in linguam uulgarem sit transferenda, eadem ēt rōne offm̄ diuinum sit in lingua uulgari celebrandum. Et si hoc de offō diuino denegatur: put Greg. 7. denegat: consequens est ut idem etiam sit de sacra scriptura denegandum. Qm̄ non minoris æstimatio nis & pretij est sacra scriptura quàm ea oīa quæ in officio diuino dicuntur: & ideo non minor sacræ scripturæ quam officio diuino est reuerentia exhibenda ut non in ea lingua tradatur in qua passim possit ab oībus sine ullo discrimine legi. Et certe ualde timendum est ne si sacra scriptura in linguam uulgarem traslata populo rudi tradatur legenda, populus inde insolentior factus petat missam & reliqua officia diuina: in lingua uulgari celebrari, prout nūc apud Lutheranos in Germania fieri scimus. Quod si eis concederetur in magnū cederet, haud dubie, totius christianæ religionis cōtemptum. Præterea Innocentius pontifex huius nominis tertius in quadam ep̄la quam scripsit uniuersis xp̄i fidelibus tam in urbe Metensi quam eius diœcesi constitutis, qui scripturā sacram in Gallicum sermonem sibi transferri fecerant, & ob hanc causam conuenticula occulta faciebant, in quibus homines uulgares eam interpretabantur & docebant, postquam illos de præfatis occultis conuenticulis reprehendit, & aliqua scripturæ sacræ aperta & clara illis permittit, hæc quæ sequuntur ait: Arcana uero fidei sacramenta non possunt passim omnibus expo-

Innoc. tertius.

nenda, cum non passim ab omnibus possint intelligi: sed eis tm̃ qui ea fideli pñt concipere intellectu. Propter qđ simplicioribus inquit apostolus: Quasi paruulis in xp̃o lac potum dedi uobis non escam. Maiorum enim est so lidus cibus, sicut alijs ipse dicebat. Sapiẽtiam loquimur inter perfectos: inter uos autem nihil iudicaui me scire, nisi Iesum Christum & hunc crucifixũ. Tanta est enim diuinæ scripturæ profunditas, ut nõ solum simplices & illiterati sed ẽt prudentes & docti non plene sufficiãt ad ipsius intelligẽtiam indagandã. Propter quod dicit scri ptura. Quia multi defecerunt scrutantes scrutiniũ. Vnde recte fuit olim in lege diuina statutum, ut bestia q̃ montem tetigisset, lapidaretur, ne uidelicet simplex aliqs & indoctus præsumat ad sublimitatem sacrę scripturę per tingere, uel eam alijs prædicare. Scriptum est.n. Altiora te ne quæsieris. Propter quod dicit apostolus: Nõ plus sapere quàm oportet sapere: sed sapere ad sobrietatem. Hactenus Innocẽtius tertius. Qui apertissime docet nõ esse laicis & idiotis plus de scriptura sacra tradendum quàm illi possint intelligere. Denique cũ Erasmus Roterodamus contrarium huic sñiæ sæpe docuisset, facultas theologiæ uniuersitatis Parisiensis illum in hac parte errasse per publicas censuras declarauit. Erasmus siqdem in quadam præfatione super Matthæum dicit hæc uerba: Sacras literas cupiam in oẽs uerti linguas. De qua assertione uniuersitas Parisiensis suam dedit censurã per hæc uerba. Quamuis in quãcunq; linguam uertantur sacræ literæ suapte natura sanctæ sint & bonæ, quanti tñ sit periculi permittere passim lectionẽ earũ in linguam uulgarem traductarũ absque ulla explicatione idiotis & simplicibus eis abutentibus, nec eas pie & humiliter legentibus, quales plurimi nunc reperiuntur, satis indicarunt Valdenses, Albigenses, Turrelupini, qui inde occasione sumpta multos errores disseminauerunt. Quare hac tẽpestate pspecta hoĩum malitia, periculosa, ac pnitiosa exist:t hmõi traductio, loquendo de oĩbus scriptu

1. cor. 3
1. cor. 2
Psal. 63
Eccl. 3.
Ro. 12.

ræ libris indifferenter. Nec ficubi paucis effet utilis, propterea temere effet omnibus permittenda. In re nanque ad falutem nō neceffaria, potius confulēdum eft multorum profectui ipfam interdicendo, quàm paucorum utilitati eam pmittēdo cum graui multitudinis incōmodo. Vnde & iure dānata eft hmōi translatio. Hactenus cenfura Parifienfis: Deinde in eadem præfatione in Matthæum, hanc addidit propofitionē Erafmus. Exclamāt indignum facinus, fi mulier uel coriarius loquatur de facris literis. De hac etiam propofitione fuam dedit cēfuram uniuerfitas Parifienfis, fic dicens: Recte perpenfa multorum huius temporis impudenti temeritate, indignū facinus exiftimandum eft, quod idiotæ & fimplices fuo iudicio facras literas legant in fuam linguam cōuerfas, & de illis differant, aut difceptātes de earum facultatibus tractent. Nec tñ prohibetur per hoc eis conferre inter fe de ijs quæ in concionibus publicis audierūt ad morum correctionem, & ad cōpunctionis & deuotionis excitationem: ut magis ac magis in ipfis charitas accrefcat, humilitas folidetur, atque opera carnis mortificentur. Hactenus cenfura uniuerfitatis Parifiēfis: Scio tñ nōnullos effe q fibi plus iufto arrogantes, has Parifienfes cēfuras fubfannēt dicētes, articuli Parifienfes nō trāfeunt mōtes. Quibus uerbis hoc dicere uolūt fe nō effe addictos cenfurę Parifiēfi, qn liberum fit illis aliter quàm illi cenfuerūt fentire. Fateor qdem nos nō iuraffe in uerba uniuerfitatis Parifienfis atque fub gehennę pœna ad fufcipienda illius decreta minime effe obligatos: hoc tñ nō diffiteor, quod etiam nullus fanæ mentis negare poterit, multo pluris ęftimandam effe illius uniuerfitatis fnīam ad quā ferè centū conuenere facrę theologię doctores, q rē plene (ut decebat) lōga & exacta difcuffione examinarūt, quā alterius cuiufuis doctiffimi hoīs de eadē re iudiciū. Et ob hanc cām prudentius quenque facturum cenfeo, illorum in hac parte amplecti fnīam quam tot uiris doctiffimis fpretis, fuæ tantum uelle inniti prudentiæ.

Respondetur obiectionibus quæ fiunt ab ijs qui contendunt sacram scripturam esse in linguam uulgarem transferendam. Cap. VII.

Qui sniam aliquam tutari, & illam firmo ueritatis robore constantem esse, alijs palàm facere cupit, non satis est illi rationes aliquot quibus illam persuadeat proferre: sed opus est ut etiam his quæ contra illam obijciuntur respondeat. Quod si recte (ut oportet) fecerit, tanto fortius ueritatem sniæ quam tuetur confirmabit, quãto ea quæ contra illam obijciuntur nullius prorsus roboris esse apertius ostenderit. Vix enim est aliqua tam certa et aperta ueritas de his quæ ad fidem aut mores spectant, cui hostes desint qui illam multis uarijsque argumentationibus oppugnare conentur. Nam pater ille mẽdacij, qui (ut saluator noster ait) in ueritate non stetit: sed ab humanæ conditionis initio mendax fuit, tam exosam habuit ueritatem, & bello irreconciliabili adeo illam insectatur, ut semper milites contra illam perquirat et uarijs illos argumentationibus armet quibus illi ueritatem oppugnare possint. Hoc enim, & alijs in rebus & in hac de qua in præcedenti capitulo disseruimus, ipsa experiẽtia docente uerum esse cognoscimus. Nam etsi re ipsa cõpertum sit malum esse sacram scripturam in linguam uulgarem transferri, ut à populo rudi possit sine ullo discrimine legi, non desunt tñ etiam Christiani & catholici uiri qui hoc bonum esse contendat & uarias pro hac re proferant rationes quibus Lutheri, Erasmiq́; i hac parte sniam persuadere conentur. Quibus omnibus sigillatim rñdere decreui ut ostensa illatum omnium debilitate, uel inde nostræ sniæ ueritas clarior & firmior appareat: Primo quidam obijciũt nobis defectum pabuli spiritualis, hoc est uerbi Dei quem totus populus Christianus non sine magno suo in commodo patitur. Nam pastores aïaꝝ quibus Deus præcepit ut oues suas scientia & doctrina pascant, aut docere nesciunt, aut id facere negligunt. Cũ igitur pastores tam desides sint ut oues, hoc est, animas, suæ curæ cõmissas uerbo Dei pascere contẽ-

Ioan. 8.

nant necessarium aut saltem expediens esse uidetur aliquibus, sacram scripturam in linguam uulgarem traductam populo prębeni, ut in ea populus legens cibum aię suæ capiat ne ille inedia pereat, aut summe periclitetur. Huic obiectioni nos respondemus fatentes pessimam esse pastorꝝ in hac parte negligentiam qui oues, hoc est, animas illis cõmissas tam segniter curant, ut balantes et pabulũ uerbi Dei petentes negligant: & quamuis illas fame perire intelligant, nequaq̃ illarꝝ miserę necessitati compatiantur. Nam & hanc pastorꝝ desidiam supra c. 2. huius libri ostendimus: & quantum in nobis fuit super illarꝝ miseria doluimus. Huic igitur tãtæ uerbi Dei penuriæ subuenire oportet, non tamẽ ideo dandus est omnibus omnis cibus: sed ille solus qui est cuiq; necessarius, et qui nullum poterit sumenti damnũ inferre: sed potius contra poterit illum ad uitã spiritualẽ nutriendam & fouendã iuuare. Nam (ut ex his, quæ proxime præce. cap. ex Origene & Chrysostomo & Anselmo citauimus, cõstat) iuxta qualitatem eorꝝ qui sunt docendi temperãda est doctrina siue illa uerbo siue scripto tradatur. Sicut. n. infanti quantumlibet esurienti non est tradendus cibus durus quem ille cõminuere non possit, aut fortis quẽ uirtute sua digerere non ualeat, ita non sunt auditores aut lectores supra uires instruendi: sed illa tñ sunt illis tradenda quæ capere & intelligere pñt. Ob quam causam ego bonam esse existimo ut in qualibet orbis Christiani prouincia aliquis haberetur in lingua uulgari illius prouinciæ cathecismus, qui breui quadam & aperta methodo optime explicaret oĩa quæ ad fidem catholicam & mores Christianos pertinent, ut inde populus uel lectione sua disceret ea quæ sunt illi ad uitam æternam assequendã necessaria. Nec indignum facinus esse censerem, si ẽt populo in lingua uulgari traderentur illæ Euangeliorum partes quæ per anni circulum dñicis diebus & aliis festis sancta mater ecclesia in missarum sacrificiis dicenda proponit. Hac tñ conditione, hoc licitum esse puto ut

Euangeliorũ illorũ in linguã uulgarem trãslatio sit prius per uiros doctos & catholicos recte (ut decet) ad ultimum usque uerbũ examinata, ne ex praua traductione aliquis possit legentibus subrepere error. Nam multos scio ĩ uarijs prouincijs seminatos errores ex literis sacris perperam & infideliter in linguã uulgarem uersis. Dein de hæc ipsa Euangelia non sunt illis nuda tradenda: sed adhibere illis oportet aliquam breuem & claram expositionem quæ nodos Euangeliorũ siqui occurrerint dissoluat, & locos obscuros fideliter & apertissime explicet, ut omnis dubitatio quæ idiotæ lectori ex lr̃a suboriri possit per illam expositionem tollatur. In rebus apertis & quæ ad mores conducere pñt prout libuerit spatietur et excurrat: in rebus uero difficilibus & minime necessarijs breuiter & succincte agat. E` hæc satis erunt, ut populus inde pasci possit, & scire ea, quæ ad uitam æternam assequendã sunt necessaria. De epistolis uero Pauli apostoli non idem mihi licere vr̃: qm̃ (ut beatus Petrus ait) multa sunt in illis intellectu difficilia. De Apocalypsi uero Ioannis apostoli, non uideo quo pacto possit in linguam uulgarem translata pp̃lo tradi, cum uiri doctissimi circa illius intelligentiam sæpe ob illius occulta mysteria hallucinentur. Testm̃ autem uetus constantissime assero non esse in lingnam uulgarem trasferẽdum ut populo rudi legendũ tradatur: quia hæc ipsa traditio nulli populi necessitati: sed soli illius curiositati deseruire põt. Nam ea quæ ad fidem & mores spectant, & ad beatitudinẽ adipiscendã sunt necessaria, multo apertius et uberius sunt in nouo testamento expressa quàm in ueteri, reliqua uero quæ ad iudicia & cæremonias in illa ueteri lege pertinebant, omnia sunt per Christi mortem abrogata. Quo fit ut ueteris testamenti lectio populo rudi & idiotæ ad nullam possit seruire necessitatem: sed ad solã curiositatem. Ex qua lectione cum multarũ possit populus hæresum occasionem sumere, legens id quod minime intelligere ualet, merito dicimus hãc ipsam ueteris testa

2.Pet.3

menti lectionem non esse populo rudi permittendam, pſertim cũ nõ sit illi ad uitã ęternã assequẽdã necessaria.

Secundo sic argumentantur ut probent sacras literas in linguam uulgarem esse tradendas. Sacra scriptura toti populo prædicatur, pari igitur ratione poterit illi tradi legenda. Nam parũ refert an uerbo an scripto illa populo tradatur. Huic argumentationi facillime rñdere quisq; poterit per ea quæ in rñsione ad proxime præcedentem obiectionem diximus. Et ut clarius pateat quã parum hæc argumentatio urgeat, in eos ipsos, qui illam contra nos mouent, retorquere illam decreui. Scriptura sacra pro ea tm̃ parte licite põt in linguam uulgarem trasferri, ut populo legenda tradatur, quæ licite posset eidem populo uerbo prædicari. Non sunt autem omnia q̃ in sacra scriptura continentur, populo rudi prædicanda ut testimonijs, Origenis, Chrysostomi, Gregorij, Anselmi præcedenti capitulo probauimus. Et inde euidentissime colligitur non omnia quæ in sacra scriptura continentur esse in linguam uulgarem trasferenda, ut populo rudi sine ullo discrimine legenda tradantur.

Tertio nobis obijciunt sacrarum literarum bonitatẽ, quæ (ut illi sentiunt) aperte conuincit literas ipsas non esse populo denegandas. Iniustum enim est (ut illi aiunt) ea quæ bona sunt in uniuersum populo denegare. Huic obiectioni nos respondemus multa esse quæ absolute et in se considerata bona & utilia sunt quæ tamen ad unũ aliquem particularem relata, illi nõ bona: sed mala, non cõmoda: sed incomoda esse noscuntur. Bonum quidem est homicidas, sicarios, adulteros, fures, maleficos, et reliquos id genus homines punire. At homini priuato qui gladij potestatem non hẽt, non est bonũ hmõi homines quamuis sceleratissimos punire. Homo.n. priuatus non est Dei minister uindex in iram, ei qui malum agit: & ideo nec occidendi nec alio modo puniendi ptãtem hẽt.

Ro. 13. Omnis.n. potestas (ut ait Paulus) à Deo est, unde sequitur ut potestas quæ à Deo non est tyrannis potius quã

potestas dicenda sit. Priuato igitur homini & hac potestate carenti qui sceleratum hoīem puniret, merito dici posset id quod Paulus ait: Tu quis es qui iudicas seruū alienum? Multi ēt sunt cibi optimi & corporis naturæ maxime conuenientes, ut sunt capones, perdices, uituli, hœdi, arietes, qui tñ infantibus nondū ablactatis boni non sunt, ppea quod uirtus puerorꝝ tenuis illos concoquere non ualet. Bonus quidem est gladius pp multas bonas operationes suas quibus humanę seruit naturę, pręsertim in diuisione earum rerum quibus homo uesci solet, quę sine gladio uix diuidi pñt, ut sint esui apta. Est etiam gladius ad punitionem malorum bonus. Nam ob hanc causam dicit Paulus non sine causa gladium portat. Non tamen est hmōi gladius pueris bonus, ppea q̄ illi nescientes illo uti sibi ipsis facile nocere pñt, nec est ēt dementibus & furiosis bonus quia illi furia agitati mul tis per gladiū mortem inferre pñt. Ad hunc modum de sacris literis dicendum esse censeo. Nam & si illę in quācunque linguam uertantur, bonę & sanctę sint, hominibus tñ idiotis, & rudibus & qui malis moribus sunt imbuti bonę non sunt, quia cum multa in illis sint intellectu difficillima, certum est illas non posse à talibus hominibus intelligi: sed quisq; illorꝝ iuxta id quod diligit intellectu obediente uolūtati, sacras interpretabitur scripturas & iuxta illum sensum intelligendas esse pertinacissime contendet. Sicut gladius in manu pueri aut furiosi, ita sacræ literę in manibus hominis idiotę pręsertim mà le morigerati mihi esse uidentur.

Ro. 14.

Ro. 13.

Quarto loco nobis obijciunt multorꝝ bonorꝝ hominum profectum qui sacras literas in linguam uulgarem uersas legentes, non modicam inde utilitatem hauserūt, quotidie ī melius per illas ad salutem animę ꝓficientes. Quod cum re ipsa compertum sit, inde colligere uolūt, ut pp illos qui scripturis sacris abutuntur, bonis et humilibus qui ex illis proficere possent, non sint illæ prorsus denegandę: sed potius econtrario ne tollatur bonorum

profectus, expediret eas omnibus concedere. Hęc argumentatio, nullius prorsus est roboris, & ex mera ꝓcedit ignorantia. Nam ut argumentatio illa alicuius esset momenti, hoc oportebat prius assumere, quod in omnibus rebus sine ullo prorsus illarum discrimine semper aliquorum paucorum profectus sit potius inspiciendus, quàm ut euitetur aliorum multorum incõmodum. Alioqui.n. si hæc vlīs propositio ab illa argumentatione tollatur, nihil per illā colligi poterit. Hęc aūt uniuersalis propositio quantū à ueritate absit, nemo est qui non uideat. Qm̄ etsi res ad salutem animę necessarias nullus omittere debeat, ut euitet per hoc aliorum multorum damnum, tñ ex concordi omnium theologorum snīa, res quę ad salutem animę nō sunt necessariæ quisq; tenetur omittere ut per hoc euitet dānum spirituale quod illę alijs inferre possent. Nam Alexander de Ales in. 2. parte suę summę theologicę qōne. 189. mēbro. 6. dicit oēm hominem esse obligatum ad dimittendum quancunq; rem quantumlibet bonam si nō est ad salutem animę suę necessaria, ut euitet scandalum quod proueniet in proximo ex illi⁹ infirmitate, aut ignorantia. Idem docet beatus Thomas secūda secundę quęstione quadragesima tertia, articulō. 7. Eidem sententię subscribit Richardus de media uilla in quarto snīarum distin. 38, art. 10. Videamus igitur an sit cuicunque uulgari & priuato homini res ad salutem animæ eius necessaria legere sacras lr̄as. Nullū puto esse adeo insipientē ut hanc necessitatem oībus imponere uelit. Nam sic sentiēs oēs rusticos & oēs qui prorsus literas ignorant damnaret. Si res hæc non est sic omnibus necessaria: ergo quilibet homo bonus, ex plebe quamuis magnum ex traductione sacrarum literarum in linguam uulgarem profectum hauriret, tenetur uelle ut sacræ literæ in linguam uulgarē non trasferantur, & ab illarum lectione abstinere, si conspicit alios multos ex illarum translatione et lectione scādalum aīarum suarum sumere. Si quisq; in re hac ad salutem animæ suæ non necessaria tenetur suum postponere prꝫ

fectum ut per hoc euitet spirituale proximi nocumentum, aperte colligitur inde, ut is cui totius populi mode ratio incumbit, possit iuste imò teneatur impedire particularem aliquorum profectum talem traductionem in linguam uulgarem prohibendo, ut per talem prohibitionem euitet spirituale nocumentum quod multis alijs ex tali translatione prouenire posset. Deinde considerandum est etiam quod multorum cõmodum semper est preferendum paucorum utilitati. Constat autem multo plures esse illos quibus translatio sacræ scripturæ in linguã uulgarem nocere potest, quàm sint illi q ex ea proficiũt. Stultorum siquidem multo maior est numerus quàm prudentium, & peccatorum etiam maior numerus qua iustorum. Consequens igitur est ut potius consulendum sit multorum cõmodis hmõi traductionem sacræ scripturæ in linguam uulgarem prohibendo, quàm paucorum profectui eam omnibus sine ullo discrimine cum multorum incõmodo permittendo. Quinto loco obijciunt hæreticorum multitudinem intra ecclesiam nunc existentium q uiros catholicos & fideles quotidie uarijs rationibus oppugnant, & uiros simplices & idiotas diuersis argumentationibus fallacissimisq; suasionibus ad se trahere nituntur. Ex quo loco hi qui partem oppositam tuent, colligere uolunt, ut saltem hoc misero tpe in quo tanta est hæreticorum inundatio, bonum sit imò necessarium sacram scripturam in linguam uulgarem uertere, ut populus ipsas literas legens inde discat quid hæreticis respondere possit. Hæc argumentatio tam parum nos urget, ut fortius nos cõtra eos illam retorquere possimus his uerbis. Non est bonum ut populus habeat scripturã sacram in linguam uulgarem translatam ne in illa legẽs arma inde sumat quibus possit cum hęreticis de fide certare. Nam (ut proxime præcedenti cap. diximus) hmõi disputatio est laicis & uulgaribus hominibus à iure interdicta in cap. Quicunq;. parag. Inhib. de hæret. lib. 6. Si illis disputatio de fide interdicitur, iustum est ut non

permittatur illis id quod maximam poterit disputationis occasionem præbere. Ne igitur, totus fine discrimine populus cum hæreticis possit de fide certare, necessarium est ut sacra scriptura ex qua disputationis arma sumenda sunt, ab illo prorsus tollatur. Sexto & ultimo loco contra nos sic argumẽtantur. Scriptura sacra olim fuit tradita in lingua uulgari. Nam linguam hebræam in qua testamentum uetus conditum est, omnis populus Hebræus cui soli lex illa data est, optime intelligebat: qm̃ lingua illa erat qua totus ille populus tunc utebatur. Lingua etiam Græca, in qua totum testamẽtum nouum, præter Euangelium Matthæi & epistolam ad Hebræos scriptum est, uulgaris tunc erat, quippe quam omnes ex uulgo intelligebant. Si tũc in eis linguis sacræ literæ traditæ sunt in quibus ab omni populo possent legi & intelligi, uidetur ijs qui oppositam partem tuẽtur, inde euidenter colligi, iustum esse imò necessarium ut cuique populo in ea lingua sacræ literæ tradãtur in qua possit illas legere & intelligere. Hanc argumentationẽ tanti faciunt nostri aduersarij, ut per illam solam de nobis se triumphare putent. Sed nos Deo adiutore ostendemus illam nihilo plus roboris habere quàm reliquæ omnes illorum argumentationes. Si hæc argumẽtatio aliquam uim haberet, eodem argumentationis modo probaretur non esse lege naturæ prohibitum ut aliquis sororem suam sibi matrimonio copularet. Nam cum genus humanum, à Deo conditum est, tale ab illo factum est, ut uiri sorores suas in coniuges acciperent. Cain.n. sororem suam in cõiugem accepit. Si in tali statu, à Deo conditum est genus humanum in quo illi hóc nõ solum licebat: sed facere fuit necessarium: ergo idem etiam nũc hominibus licebit, præsertim his qui non sunt ad leges ecclesiæ adstricti, ut sunt Pagani, & Sarraceni, & Iudæi. His enim omnia illa matrimonia sunt licita quę lege naturę non sunt prohibita. Siquis autem cõcedat tale matrimonium fratris cum sorore esse legitimum inter Paga

nos oportebit illum fateri, ut si aliquis Paganus qui cū sorore sua matrimonium contraxerat, ad fidem catholicam conuerteretur non sit ab eadem sorore per matrimonij dissolutionem postea separandus. Qm̄ matrimonium quod semel legitimo fœdere fuit contractum, nō potest ab ecclesia dissolui. Nam ipse Deus hoc illi prohibuit dicens: Quos Deus coniungit, homo nō separet. *Mat.19*
Ecclesia tñ, hmōi matrimonia ante baptismum contracta, postea baptismo suscepto dissoluēda esse censet, ut patet in cap. Gaudemus, de diuortijs. In illo enim cap. Pontifex decernit ut infideles ad fidem catholicam conuersi in solis illis matrimonijs manere permittatur quæ in secundo aut tertio gradu ante conuersionem suam illi contraxerant. Siquis autem quærat quare matrimonium fratris cum sorore sit nunc, omni lege humana seclusa detestabile, quod tñ olim quando Deus genus humanum instituit, fuit licitum: huic quæstioni respondet beatus Augustinus, lib.15. de ciuitate Dei cap.16. sic inquiens: *Augu.* Cum genus humanum post primam copulam uiri facti ex puluere, & coniugis eius ex uiri latere, marium fœminarumq; coniunctione opus haberet, ut gignēdo multiplicaretur, nec essent ulli homines, nisi qui ex illis duobus nati fuissent, uiri sorores suas coniuges acceperunt. Quod profecto quanto est antiquius compellente necessitate, tanto postea factum est damnabilius religione prohibente. Et paucis interiectis per quæ docet, alias à sororibus accipiendas esse uxores, postea subdit. Sed unde hoc fieret tunc non erat, qm̄ nisi fratres et sorores ex illis duobus primis, nulli homines erant. Fieri, ergo debuit qm̄ potuit, ut existente copia unde ducerent uxores quę non erant iam sorores, & non solum illud ut fieret nulla necessitas esset, uerū etiā si fieret nefas esset. Hęc August. Ad eundem modum nos etiam rñdemus superiori argumentationi nobis obiectę, p translatione sacrę scripturę in linguam uulgarem. Qm̄ sacra scriptura condita fuit, in lingua uulgari fuit tradita: quia non erat

tunc alia lingua in populo illo in qua tradi posset. Nam etsi post constructionem turris Babylonis, linguæ fuerint iuxta diuersitatem prouinciarum diuisæ, non tamen fuit in eodem populo diuersitas linguarum ita ut altera esset uulgaris quam totus populus intelligeret, & qua totus populus uteretur, altera esset quam soli uiri docti intelligerent. Hæc. n. lingua Latina, quæ nũc arte à paucis discitur (ut doctorũ uirorũ concors tenet sñia) olim toti populo Romano erat cõmunis nec alia tunc ppl's ille utebatur. Sed quia populus ille uarijs imperauit prouincijs, quibus omnibus suam curauit tradere linguam, & uariæ etiam nationes Italiam postea occuparunt: ex harum mistione linguarum, illa Romanæ linguæ puritas & proprietas paulatim corrumpi cœpit, & ex tali corruptione diuersę emerserunt apud Latinos populos linguæ: quę omnes ab illa antiqua lingua Latina quę olim erat populo cõmunis & nunc arte discitur, longissime distant. Idem etiam contigit populis Græcis, quib9 omnibus olim notus erat ille Græcanicus sermo q nunc arte à paucis discitur, à quo longe distat sermo ille quo nunc Græcorum populi utuntur. Tunc igitur datũ fuit testamentum nouum in lingua uulgari, quia nulla erat tunc in eodem populo linguarum distinctio, ita ut altera toti populo esset cõmunis altera solis uiris doctis esset nota. Sacram ergo scripturam tradi in lingua uulgari (ut Augustinus de matrimonio inter fratres cõtracto dicit) quanto est antiquius necessitate compellente, tanto postea factum est damnabilius, experientia ipsa docente. Siquis autem obijciat Deum potuisse tunc aliam condere linguam, quæ solis uiris doctis esset nota, ĩ qua sacram traderet scripturam, ut non esset toti populo cõmunis. Fateor Deum hoc potuisse: sed cur non fecerit, non est nostrum inquirere. Nam alias idem etiam posset obijci contra Augustini sententiam de matrimonio fratris cum sorore, quod ille olim necessitate cogente licitum esse dixit: cum tamen illud modo dicat esse dam-

natum. Poterat.n. Deus à principio alium marem & aliam fœminam procreare præter Adam & Euam, qui filios generarent quos filiæ Adam acciperent maritos, & filias quas filij Adam acciperent uxores. Quo facto nulla fratres compelleret necessitas ut sorores suas acciperent uxores. Quis tamen de hac re Deum reprehendere audebit, aut illum interrogare cur ita fecerit? Iustius quidem est ut humiliter & reuerenter quisque fateatur ignorantiam suam, & dicat cum propheta, iudicia Dei esse abyssum multam. Sed hac dimissa præfatæ argumẽtationis principalis responsione, aliter adhuc eidem argumentationi respondere decreui: ut uel inde palam omnibus fiat debilissimam esse argumentationem illam per quã aduersarij nostri de nobis triumphare se putant. Fateor scripturam sacram in ea lingua primum conditã esse quæ tunc erat uulgaris & materna. Ipsa tamen scriptura non omnibus patebat, ut ab omnibus sine ullo discrimine legi posset: sed soli sacerdotes & legis periti eam apud se tenebant. Nam (ut hr̃ in Deuteronomio) postquam scripsit Moyses uerba legis in uolumine atq; compleuit, præcepit leuitis qui portabant arcam fœderis domini dicẽs: Tollite librum fœderis & ponite eum in latere arcæ fœderis dñi Dei uestri: ut sit ibi contra te in testimonium. Et certe non est credendum literas sacras esse tunc omnibus tam cõmunes ut modo sunt, qđ uel ex eo facile conuinci potest quod in quarto libro Regum, tpe Iosiæ Regis contigisse sacra narrat historia. Nam uigesimo secundo illius libri capite refertur, Helchiam sacerdotem inuenisse librum legis in domo Dñi, quem per Saphan Scribam idem sacerdos misit ad Regem Iosiam. Hunc autem librum legis cum legisset Saphan corã Rege, & audisset Rex uerba libri legis Dñi scidit uestimenta sua: quia uidelicet libro legis audito apertissime conspexit nihil eorũ, quæ Deus in lege sua p̃ceperat, obseruari. Hoc autem Rex non bene intelligebat antequam liber legis inueniretur ab Helchia sacer-

Psal. 35

Deu. 31

dote: ppea q̄ non erat liber alius, per quem Rex fideliſſi mus & ſanctiſſimus de lege Dñi doceri potuiſſet. Si liber legis, hoc eſt, Pentateuchus tunc eſſet toti populo cõmunis: ita ut quilibet uulgaris homo illum penes ſe hr̃e poſſet, uix contingere potuiſſet, ut liber legis apud omnes, etiam apud Regem periret, & nemo eſſet, qui il lum haberet, aut de illo rationem reddere poſſet. Sed quia ſoli ſacerdotes Leuitici generis, & ſcribæ totam Dñi legem penes ſe habebant, inde factum eſt, ut ſacerdotibus, & ſcribis à uero Dei cultu ad idololatriam deficientibus, & legem Dñi contemnentibus liber legis nullibi inueniretur: niſi in templo Dñi, in eo forte loco ubi Moyſes illum reponi mandauerat. Epiſtolas Pauli, quas ad ciuitates ille ſcripſit, credendum eſt illos nõ toti populo: ſed Ep̃o ſoli, & clero illius ciuitatis datas eſſe, ut illi poſtea populo manifeſtarent ea, quæ Paulus illis per epiſtolas ſuggeſſerat. Hoc autẽ uel ex eo facile cõijci poteſt, quòd ipſe Paulus in priori ad Theſſalonicenſes epiſtola, capite ultimo ait: Adiuro uos (inquit ille) per Dñm, ut epiſtola hæc legatur coràm omnibus fratrib9. Si epiſtola toti pp̃lo dabat̃, quos ergo Paulus adiurat? Ep̃m certe, & clerum, cui illa dabatur, adiurat, ut illam coràm omnib9 fratribus, hoc eſt coràm omnibus Chri ſtianis, qui in illo populo erant, legeretur. Verum hoc ſpeciale fuit in hac epiſtola, ut coràm omnibus illam legi præceperit: q̃m quæ in illa ſcripſit Paulus clariſſima erant, & quæ ab omnibus intelligi poterant. De epiſtolis ad Romanos, & ad Galatas, & ad Hebræos nihil ta le præcepit Paulus, ut coràm omnibus legerentur: quia multa in illis difficilia erant, quę nõ niſi à uiris doctis intelligi poterant. Si pro certo, & indubitato habuiſſet Paulus ep̃las ſuas, quas ad ciuitates mittebat, eſſe coràm toto populo legendas, non erat opus, ut ſpeciale de hac re daret Theſſalonicenſibus mandatum. Sed quia optime ille nouerat epiſtolas illas, quę ad ciuitates mit tuntur, ſolis ciuitatũ Principatibus ſolitas eſſe dari: ideo

1. Th. 5

ſpeciale de illa uoluit facere mãdatum, ut coràm oĩbus legeretur. Deinde & ſi ſcriptura ſacra tunc per oĩum manus, ut nunc, uolitaret, non tñ adeo populus de illius intelligentia tunc præſumebat, ut nunc, neque tam temere, & procaciter de illa populus diſputare audebat: ſed plebs à ſacerdotibus docebatᷣ iuxta id, quod dominus per Malachiam ꝓphetam ait: Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirent de manu eius: quia angelus dñi exercituũ eſt. Si dubitatio aliqua oriebatur, ſacerdotes interrogare oportebat quorꝫ reſponſis oẽs obedire tenebanṫ, iuxta præceptum dñi quod de hac re per Moyſen in Deuteronomio dederat. Nũc uero ꝓcaci temeritate populus ſacræ ſcripturæ intelligentiã ſibi uendicat, & de illa cũ doctiſſimis uiris contendere non uereṫ. Et ob hanc cãm, & ſi olim ſacras literas toti ꝑplo traditas eſſe conſtaret, ut à quolibet uulgari homine ſine ullo diſcrimine legi poſſent, quod ergo conſtãtiſſime nego, nunc tñ aliter fieri expediret, ꝓp impudentẽ populi temeritatem, atque arrogantiam. Multa.n. ſcimus olim fuiſſe licita, quæ nũc minime expediunt, & ſiquis ea nunc facere tentaret, non ſolũ, utcunque malus: ſed impius, & infidelis cenſeretur. Olim.n. corpus dñi dabatur cuique petenti in manus, quod quiſque ſecum domum portabat, ut cum ei libuiſſet domi ſuæ accipere poſſet. Quæ res ex lib. 6. hiſt. eccleſiaſticæ Euſebij, cap. 33. facillime colligi põt. Quod tñ olim licuit, hoc ſeculo facere non expediret: qa experientia docente merito timetur, ut aliqui ſint, qui tractent indigne, & ad magicas artes abutantur. Non igitur omnia, quæ olim licuiſſe conſtat, nunc licere, aut expedire eſt neceſſe. Non eſt igitur conſequens, ut literæ ſacræ in linguam uulgarem translatæ nunc populo legendæ tradantur, quamuis illas olim in lingua uulgari toti populo traditas eſſe conſtaret. Hæc ſunt quæ contra noſtram ſententiam ab aliquibus obijci intelligo, quibus omnibus abunde ſatis reſpõdiſſe me puto. Cætera uero ſi quæ ſunt, indigna eſſe opinor, ut in

Mal. 2

De. 17

illarũ responsione tẽpus teramus,& cartas impleamus.

De ultima hæresum causa, quæ est assidua, & incauta in libris gentilium hominum lectio. Cap. VIII.

Vltima se mihi iam offert (ex his, quas Principes faci le tollere possunt) hæresum causa: quæ est assidua, & indiscreta, siue incauta lectio librorũ hominum gentilium, pręsertim si à teneris annis quis illorum lectioni studuit, & totam in illis expendit operam. Nam quòd hæc res sit potens ad hæreses uarias procreandas, inde constare potest, quòd quidquid ad christianam spectat religionem, siue ad mores, siue ad credendorũ fidem referatur, id totum apud gentiles authores reijcitur, & deridetur. Quoniam & si eorum aliquis uirtutes doceant, hi tñ, q rarissimi apud illos sunt, ea firmissime sentiunt, & totis uiribus persuadere conantur, quę cum fide catholica ue lut ex diametro pugnant. Et circa ipsarũ uirtutum, quarum se amatores profitentur, doctrinam præstãdam hi, quos pro miraculo ipsa gentilitas suspicit, & quasi sapiẽtiæ fontes ueneratur, miserrime errarunt, ea docentes, q̃ iuxta ueritatem euangelicam ab assecutione felicitatis æternæ, quam illi cæcutientes quęrebant, omnino auer tunt. Multi enim ex illis uirtutem, & hominis ultimam felicitatem ex suo affectu statuerunt, id docentes esse uir tutem, & felicitatem, quod ardentissime appetebant. Nam Epicurus pecora imitari uolẽs, bonorũ omnium finem dixit esse uoluptatem, hac sola ratione ductus, q̄ illam solam (ut ille ait) appetant bellue. Alij diuitias, alij honores, summum bonũ esse dixerunt. Aristoteles, quẽ tota recentium philosophorum schola tanquam magistrum recepit: etsi multo melius, quàm illi sapuit, non parum tñ hac in parte errauit. Nam licet felicitatem ille in cognitione constituit, hanc tamen in præsenti uita di cit habendam, nihil alteri uitæ relinquens, in qua nullã putat esse operationem. Qua in re adeo errauit, ut Pau- lus censeat nos miserabiliores omnibus hominibus, si in hac tantum uita felicitatem assequi speramus. Quis

1.Cor.15

enim non uidet neminem sine miseria aliqua, aut indigẽtia, aut infelicitate in hac uita unquam uixisse, aut uiuere posse? At eũ, q miseriã patiẽ, aut aliquo indigere bono, Aristoteles pluribus in locis fateẽ non esse felicẽ. Et inde argumẽtationẽ colligentes facile Arist. suo ipsius gladio configemus, probãtes neminẽ in hac uita posse esse felicem: ac pinde supremã felicitatẽ non in hac uita: sed in alia esse expectandã. Sic.n. argumentari possumus. Felicitatẽ oẽs appetunt: est ergo naturalis hic appetit⁹, & inde sequiẽ talem appetitũ non esse inanẽ, & frustra. Nulli aũt (ut res ipsa docet) in hac uita, quã constat esse mille miserijs, plenam felicitatẽ assequunẽ: ĩ alia igiẽ uita est illa sperãda. Deinde multa ad felicitatẽ pertinere dixit, q̃ ad illã minime spectant, ut sunt nobilitas, diuitiæ, boni liberi, senectus cõmoda, et corpis bona, ut sanitas, pulchritudo, uires, pceritas, robur ad certandũ, glĩa, honor, psperitas, potentia, & fortuna. Hęc aũt oĩa (ut sacrę nos docent lr̃æ a' uera illa, & plena, quam speramus, felicitate longissime absunt. Et si hic philosophor̨ omniũ maximus tã misere circa felicitatẽ errauit, quid de alijs multo minoribus sperandũ erit? Ideo merito Salomon de philosophis loquẽs ait: Labor stultor̨ affliget eos, q nesciunt in urbem pgere. Quæ uerba interpretãs Hieronymus in cõmentarijs sup ecclesiastẽ ait: Lege Platonẽ: Aristotelis reuolue uersutias: Zenonẽ, & Carneadẽ diligentius intuere, & pbabis uer̨ esse, qđ dr̃: Labor stultor̨ affliget eos. Veritatem q̃dem illi oĩ studio q̃sierunt: sed q̃a non habuerũt ducẽ, & p̄uium itineris, & humãis sensibus rati sunt se cõphendere posse sapientiã, ad ciuitatem minime puenerunt: de qua in psal. dr̃: dñe in ciuitate tua imaginẽ ipsor̨ dissipabis. Oẽs.n. umbras, & diuersas imagines, atq; psonas, quas sibi in uarijs dogmatibus induerũt: in urbe sua dñs dissipabit, de qua & alibi scribiẽ: Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei. Hęc Hieron. Præter hunc cõem illor̨ oĩum errorẽ, quo tam falso de felicitate disseruerũt, de uirtutibus, et uitijs

Eccl. 10

Hiero.

Psal 72

Psa 45

tractãtes multos alios docuerũt erro res. Nã fornicationẽ simplicẽ nullus illorꝝ damnauit. Honores appetẽdos esse, & nõ fugiendos, oẽs illi docuerũt. Diuitias eorꝝ ali q adeo æstimarũt, ut in illis felicitatẽ cõstituerent de qui-

Ps. 143 bus ꝑpheta regius ait: Beatũ dixerũt pplm, cui hęc sũt. Alij (ex qbus est Arist.) & si felicitatẽ in diuitijs nõ cõstituerũt, illas tñ pluris fecerunt, ꝙ pauptatẽ, et plus ad uirtutem ꝓdesse posse, ꝙ pauptatem, dixerũt. Et credo certe, inde suã hæresim traxisse, Vigilãtiũ, Ioãnem Vuiclef, & Ioãnem Hus dicẽtes pauptatem uolũtariam nullius prorsus esse apud Deũ meriti: cũ tñ ipse ueritatis magr̃

Ma. 19 Saluator nr̃ dixerit: Si uis ꝑfectus esse: uade, & uende oía, q̃ hẽs, & sequere me. Alij uidelicet Stoici (è quorꝝ numero est nr̃ Seneca, & quibus in hac ꝑte se cõnumerari uoluit in Paradoxis Cic.) docent oía pc̃tã esse paria, nec unum altero esse grauius. Sed philosophis dimissis, q etsi in multis errauerũt, multa tñ alia uera, & honesta de uirtutibus docuerũt, ad poetas eorꝝ ueniamus publicos oíum uirtutũ hostes & oíum uitiorꝝ acutissimos diligentissimosq; subornatores. Vix. n. ullum est uitiũ, qđ non fuerit summope à poetis laudatũ. Qm̃ nulla maior potuit dari uitijs laus, quã illa dijs suis tribuere, quos oportebat esse summe bonos, & oíum uirtutum parẽtes, & alumnos. Nam cum gesta illorꝝ, quos populus pro dijs colebat, narrant, illorꝝ describunt tyrannides, parricidia, adulteria, incestus, raptus, fraudes, mendacia, & scelera nefanda: adeo ut inter honores reputẽt puerum Ganymedẽ à Ioue deorꝝ maximo ad amplexus nefandos fuisse raptũ. Illa deniq; suis dijs tribuũt uitia: q̃ nullus hõ sapiẽs pateret de se dici. Cum aũt hæc dijs inesse dicũt, eo ipso hoíbus ꝑsuadent, ut eadẽ faciãt, q̃ deos fecisse audiũt. Nam exempla maiorꝝ, multum ad ꝑsuasio-

Clau. nem ualent, ut elegãter Claudianus docet sic inquiens:

Scilicet in uulgus maneant exempla regentum:
Vtq; ducum lituos, sic mores castra sequuntur.

Si exempla hominũ mouere pñt aliorum animos ad ui-

tia,aut uirtutes, luce clarius est, id posse multo facilius præstare exẽpla deorum. Nec solis exẽplis ad uoluptates & lasciuias lectorum animos prouocant poetæ: sed etiã uerbis,quæ tanto animo affectant esse obscœna,& turpia,ut poeta ab illis non censeatur,qui uerba pudica habet. De qua re unum ex illis, Catullum uidelicet, qui hanc tulit de carminibus poetarum legem,profero.

Nam castum esse decet pium poetam
Ipsum,uersiculos nihil necesse est,
Qui tum denique habent salem, & leporem,
Si sunt molliculi,& parum pudici.

Catul.

Ridenda quidem est hæc Catulli sententia, & ab omni uiro prudente merito exibilanda,& explodenda. Quis non rideat castum dici poetam, qui de libidine cogitat, obscœna meditatur,lasciuias,& impudicias scribit,loquitur,atque cantillat?Qualis quisque est, talia loquitur, & scribit.Propter hæc malorum incitamenta, quę poetę auditoribus,& lectoribus præbent:Plato grauissimus philosophus censuit illos esse ꝓcul à bona ciuitate abigendos,ne suo cõmercio totam ꝓrsus inficerent ciuitatem. De moribus hactenus diximus illos apud gentiles scriptores esse uitiatos:sed opus est,ut pergamus dicere, q̃ male de his,quæ credere oportet,illi sentiant, & quàm aperte fidem catholicã illi oppugnent. Omnia,quæ credere tenemur duas Xp̃i naturas respiciũt, diuinã uidelicet,& humanam:ea oĩa gentes non solum oppugnant: sed rident,& subsannant.Deũ trinum,& unum nõ agnoscunt: sed multos secũque pugnãtes deos adorant. Deũ oĩum creatorem non intelligunt: quia ex nihilo nil fieri posse credunt,& ita mundũ sine principio fuisse, & sine fine futurum esse docent.Deum esse bonorum remuneratorem,malorumque punitorẽ, maior eorum pars ignorat, nihil post hanc uitam reliquũ esse: sed aĩam simul cũ corpore perire credũt. Et si qui illorum aĩam immortalem esse credunt,ea de præmijs bonorum,& malorum supplicijs dicunt,quę longissime à Christiana pietate absunt.Huma

ni gñis casum,& perditionem,illiusq; originem : neque unquam cogitarunt,ac proinde illius reparationem per Christum saluatorem nostrum factam intelligere nõ ualent. Deum pro nobis è cœlo descendisse, humanamq; sumpsisse naturam,& in illa pro nobis famen,sitim, dolores,uariosq; corporis cruciatus mortem denique in ligno crucis pro nostris peccatis pertulisse, non solũ non credunt : sed eos,qui talia docent,& prædicant,stultos esse putant: Prędicamus(inquit Paulus) Xp̃m crucifixũ, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam.

1. cor. 1

Ecce totam Xp̃ianę religionis summam à gentilibus, & prophanis scriptoribus ignoratam, & à multis illorũ oppugnatam,& irrisam. Et inde apertissime conuincit, assiduam illorũ lectionem ualde nocere posse uiris Xp̃ianis præsertim incautis,& infirmis. Ideo Paulus optime cognoscens plurimũ ueneni esse ĩ his prophanis scriptoribus, admonet,ut circa illorũ lectionẽ cauti simus: Videte,inquit, nequis uos seducat per philosophiã,et inanem fallaciam sc̃dm traditionem hominum, sc̃dm elementa mundi. Quæ uerba interpretans Ambrosius in cõmentarijs super ep̃la Pauli ait: Philosophiam dicit terrenam, per quam solent seduci,qui cupiunt prudentes iudicari ĩ mundo. Et aliquibus interpositis subdit: Detinetur.n. uerissimilibus causis, & cõmentitijs rebus nihil tam uerum ęstimans,quàm conspicitur & intelligiẽ in elementis. Et quia quæ ad præsens sunt & cernuntur oculis, sua uia & oblectabilia ṽr,aliquantos seducunt, qui spiritualem rõnem despiciendam,et ridendam putant despe ratione futuri,oẽm uim astris assignãtes,carnali rõni ob noxij,ne grauia credenda sint sustolli in cœlum posse,ne ue leuia uenire ad terras,aut aliquid corporeum sine rerũ admistione gñari, repugnantes potentiæ, ac prouidentiæ Dei. Sciunt.n. legi in diuinis ueteribus Hebræorũ uoluminibus,multa gesta per Moysen,quæ humana ratio nõ capit,simili modo, et in nouis libris facta à Dño, aut per ap̃los,quæ tractatus carnalis prohibet credi. Hanc

Coloss. 2

Ambr.

ergo traditionem, uel philosophiã fallacem, & inanem appellat: quia non à potentia Dei ordinata est: sed ab imbecillitate rõcinationis humanæ, quæ potentiam Dei intra scientiam dei coarctat, ne aliter credatur facere, quàm carnalis se continet rõ: quia singulis elemẽtis diuinitatis diuersitatem deputant ad culturam, ut obligent aĩos imperitorum ne se ad Deum uerũ extẽdat. Quam ob rem cauendam monet traditionem istam: quia mundi cultrix est, non Dei qui unus est, nec ad Xp̃m: sed à Xp̃o abstrahit, in quo perfectio diuinitatis est. Hactenus. Amb.

Est adhuc in libris gentilium, & aliorũ prophanorum hominum aliquid aliud falsæ illorũ doctrinæ adiunctũ, eloquentia. s. quæ illis magnas ad nocendum uires præstat. Nam ea, de quibus disserunt, non rudite, & impolite tractant: sed magno artificio poliunt, magna uerborũ elegantia exornant, adeo ut si res ipsæ, quas tractant, animos legentium forte deterreant: ipse splendor orõnis, & uerborũ ornatus allicere ualeat. Et inde euenit, ut doctrinæ uenenum tanta uerborũ dulcedine permistum, tanto facilius incautis nocere possit, quanto libẽtius ab illis bibetur, cum illi non quid intus lateat: sed solam exteriorem uerborũ dulcedinẽ cõsyderent. Quanta aũt sit eloquentiæ uis & p̃tãs: siquis forte ignorat, legat Valer. Maxim. lib. 8. cap. 9. ubi multis, uarijsq́ꝫ exemplis ꝓbat tantam esse illius potentiam, ut sæpe hominum aĩos quãlibet distantes ad se trahere, & duos flectere, & mollire possit. Ideo Paulus hanc eloquentię uim, & potestatem optime agnoscens: admonet fideles, ut diligenter attendant, ne incauti ab illa decipiantur. Videte (inquit ille) nequis uos seducat in sublimitate sermonis. Nouerat q̃ppe Paulus illam sermonis sublimitatem esse potentissimam ad quiduis persuadendũ. Ne quis igitur causetur se per sublimitatem sermonis à Chr̃o saluatore nostro, aut apostolis eius fuisse deceptum: ideo Xp̃s saluator noster, noluit doctrinam Euangelicam in multo orõnis ornatu constituere: sed thesaurũ suum (ut alibi Paulus ait)

Colo. 2

2. cor. 4

in uasis fictilibus posuit,ut sublimitas sit uirtus Dei. Hic est,quod Christus ipse,qui est Dei sapientia, recens natus inter duo aīalia positus est,& uilibus est pannis inuolutus. Ponitur Dei sapientia inter bouem & asinum: ut erudiret rudem,moneret tardum. Qui aūt uilibus pānis inuolui permisit,idem etiam humilibus uerbis à suis prędicari uoluit. Et ideo non politos oratores,aut artificiosos rhetores,aut uehementes disputatores in apostolos
1. Co. 1 assumpsit: sed quę stulta sunt mundi(ut idem Paulus ait) elegit,ut sapientes confunderet. Quantum possit gentilium scriptorꝵ eloquentia,uiro Xp̄iano nocere occasione sumpta ex figura ueteris Testamenti,aperte declarat Origenes homilia.2. super Hieremiam, ubi exponens il
Hier. 5 lud eiusdē Hieremiæ: Calix aureus Babylon ī manu Do
Orige. mini inebrians omnem terram, sic ait: Nabuchodonosor uolens decipere homines per calicem Babylonis dolosum, non miscuit in uase fictili,quod parabat potari: sed neque in paulo meliore, & æreo uase, uel stagno, & quod ista præcellit argēteo: uerꝵ eligens uas aureū,in eo poculū temperauit,ut quis uidens decorem auri, dū radiantis metalli pulchritudine delectatur, & totus oculis hæret in specie,non cōsideret qd intrinsecus latitet,et accipiens calicem bibat,nesciēs calicē Nabuchodonosor. Intelliges aūt calicem aureū in præsenti nominatū, si aīaduertas pessimoꝵ dogmatum uerba mortifera qualem habeant cōpositionē, qualem decorē eloquentiæ, qualem reꝵ diuisionem, cognosces qūo unusquisqꝫ poetaꝵ, qui putātur apud nos disertissimi calicem aureum temperauit,& in calicem aureum uenenum iniecerit idololatriæ,& uenenum turpiloquīj,uenenū eoꝵ,quę aīam hominis interimūt dogmatum, uenenum falsi nominis scientiæ. Et aliquibus interpositis postea subdit: Sępe uidi aureū calicē in pulchro sermonis ornatu,& dogmatū uenena consyderans deprehendi calicem Babylonis. Hactenus Origenes. Et btūs Hier. in cōmentarījs super Ionam prophetam circa finem.3.c. de eloquentia genti-

lium loquens hæc ait: Quid ualeat apud homines seculi eloquentia & sapientia seculi: testes sunt Demosthenes, Tullius, Plato, Xenophon, Theophrastus, Aristoteles, & cæteri oratores, ac philosophi, qui uelut Reges habentur hominum, & præcepta eorum, non ut pcepta mortalium: sed quasi oracula accipiuntur deorum. Et multis interpositis postea subdit. Vnde & de Babylone in Hieremia dicitur: Calix aureus Babylon inebrians oẽm terram. Quem non inebriabit eloquentia sc'aris? cuius nõ aĩos compositione uerborum, & disertitudinis suę fulgore perstrinxit? Hæc Hier. Ex his iam apertissime conuincitur, unam ex potissimis causis unde hęreses oriuntur eẽ assiduam, & incautam gentilium scriptorum lectionẽ. Nã si quæ illi docẽt aperte fidem catholicam oppugnant, et ad persuadendũ ea, quæ docent, magnam (ut diximus) habet uim eorum eloquentia, non est cur merito aliquis dubitare possit assiduam, & indiscretam illorum lectionẽ ualde posse nocere Christianis, præsertim si a' pueritia sine magna discretione illis incumbãt. Tunc enim ætas illa tenera est uelut cera ad facile recipiendum cuiuslibet rei impressionem: & quę tunc recipit diutius retinet, & difficile omittit. Optime enim dixit Horatius: Hiero.

Quo semel est imbuta recens seruabit odorem
Testa diu. Horat.

Cui consonat, quod Salomõ in puerbijs ait: Adolescẽs iuxta uiam suam ẽt cum senuerit, non recedet ab ea. Et certe reipsa cõpertum est multos ex illis, qui libris gentiliũ a' teneris annis dediti sunt, in uarias hæreses incidisse, aut magnã hæresis suspitionem dedisse. Et ut hãc meã sniam certiorem, & firmiorem reddã, aliqua uolo impsentiarum exempla tum antiqua tum noua referre, quibus aperte probatur assiduam gentilium scriptorum lectionẽ multarum hæresum fuisse parentem. Hæreticorum omnium primus, qui post Euãgelij prædicationem ortus est, fuit Simon ille Magus, de quo in Actibus aplorum fit mẽtio. Hunc à Philistione quodam uetustissimo poeta comico Pro. 22

suarum hæresum figmenta desumpsisse testatur Epiphanius ĩ suo illo ope, qđ fecit cõtra oẽs hr̃ses. Idẽ ẽt de gnosticis hr̃ticis refert, illos ad imitationẽ eiusdẽ Philistionis poetę suarum hr̃sum fabulas cõposuisse. De Valentino idẽ Epiphanius refert illũ fabulosa gentium poesi fuisse deceptum, ut ad Hesiodi imitationem triginta cœlos, toti demq; deos eẽ diceret. Deniq; Tertul. in lib. de præscr. heret. multos ex illis uetustissimis hr̃ticis refert, q à gẽtilibus philosophis suas hr̃ses hauserũt sic inqens: Ipsę hr̃ses à philosophia subornanť. Inde æones, & formæ nescio, q̃, et trinitas hoĩs apud Valentinũ, Platonicus fuerat. Inde Martionis Deus de tranqllitate, à Stoicis uenerat. Et uti aĩa interire dicať, ab Epicureis obseruať. Et ut carnis restitutio negeť, de una oĩum philosophorum ĩschola sumitur. Et ubi materia cũ Deo ęquať, Zenõis disciplina est. Et ubi aliqd de igneo Deo allegať, Heraclit⁹ ĩteruenit. Eædẽ materiæ apud hr̃ticos, & philosophos uolutãtur: ĩjdem tractatus implicanť. Hæc Tertull. Sed pgamus ultra, & aliorum hęreticorum, q post Tertul. fluxere, exempla pferamus. Priscilliani hr̃sis docens hoĩes esse fatalibus stellis aligatos, à philosophorum gentiliũ errore descẽdit. Nã (ut Greh. Nissenus ĩ lib. de Fato refert) Chrysippus, & Philopator Stoici, et multi alĩj pclari philosophi, nihil aliud demõstrant, q̃ oĩa scdm Fatũ fieri. Cũ Iouinianus dicit oĩa pc̃tã esse paria Stoicos philosophos, qui hęc docent, est imitatus. Cum aũt ieiunia nullius esse meriti dicit, & nuptias matrimonio ęquat, Epicurei discipulum (ut btũs Hier. illi exprobtat) apte, se eẽ demõstrat. Iulianus ille Cæsar, q ob sidẽ catholicam à se oĩno reiectam, Apostatæ nomẽ usq; hodie sustinet, ex lectione, et cõuersatiõe, quã habuit assiduã cũ Paganis philosophis uenenũ hausit, quo infectus fuit, ut non solũ hr̃ticus: sed apostata fieret, & Xp̃ianorum persecutor acerrimus. Plurimũ nocuisse Apollinari Laodiceno artis rhetoricæ pitia, & lõga deide cõuersatio cũ Epiphanio Sophista, cõstat ex lib. 5. historiæ Ecclesiast. tripartitæ c. 44. Ioannes Vuiclef,

Margin notes: Tertul. — Priscil. — Iouin. — Iulian. Apost. — Ioann. Vuicl.

&c quotquot illũ in hac parte sunt imitati dicentes nihil cõtingenter euenire: sed oĩa ex absoluta necessitate ꝓcedere, ita ut q̃ facta sunt, aľr fieri non possint, unde queso, hanc traxerunt hæresim? Nónne ex Aristotelis, & aliorum philosophorũ doctrina? Nã hi oẽs ignorantes Dei potentiam ex cuius arbitrio oĩa pendent, & solum ordinẽ causarũ naturaliũ consyderantes, nihil uolũtati diuinæ: sed oĩa necessitati tribuerũt. Qui aũt apertius oñdit à philosophorũ doctrina se fuisse deceptum fuit Petrus Abailardus, q dixit nihil esse credendũ, qđ rõne natura li ꝓbari nõ possit. Et vñ hoc nisi à philosophis orit̃? Nã hi oẽm doctrinã ex sola sui intellectus capacitate metiri uolunt, & q̃ suo iudicio nõ cõueniunt, statim reĳciũt: nil deniq; recipere uolunt, qđ intellectus rõne naturali cõprehẽdere nõ possint. Et inde euenit tãta inter philosophos diuersitas: qa cũ null⁹ alteri⁹ iudicio se subdere, neq; aliqđ admittere uelit, qđ suo iudicio nõ cõueniat: fuit necesse euenire, ut tãta eẽt doctrinaꝝ q̃ta iudicioꝝ uarietas. Hęc autem censendi libertas, & inde deducta uarietas aperte repugnant fidei catholicæ, quam oportet esse omnium unam, & in qua (ut Paulus ait) oportet captiuare intellectum in obsequium Christi. De Martino Luthero, qui hac nostra ætate prodĳt, nõ est, cur putemus eum à lectione gentilium scriptoꝝ suæ hæreseos uenenum hausisse. Nam cum primum ille suas hæreses, aut uerbo, aut scripto effundere cœpit: nihil ꝓrsus Græce nouerat, Latine parũ, ut priora illius scripta indicant. Et suas hæreses non linguarum peritia: sed dialectica, & sophisticis quibusdam argumẽtationibus, tuebatur: cum tñ ipse omnibus scholasticis theologis hoc exprobret crimen, eos omnes sophistas appellans. Multi tñ alĳ se Lutheranæ familiæ inseruerunt, quos non dubito multum nocumenti ex lectione gentilium scriptoꝝ sum ꝓsisse ad hæreses facile suscipiẽdas. Certe Philippus Melancton uir est utriusque linguæ Græcæ, & Latinæ callentissimus, & in literis, quas uocant humanas, ualde

Petrus Abail.

2. co. 10

Luthe.

eruditus, & longa gentilium philosophorum lectione (ut scripta illius indicant) ualde occupatus. Vnum tñ in illo ualde admiror, quõ potuit arbitrij libertatem negare, cum tantam in se ipso experiatur dicendi libertatem, ut quidquid libuerit, nunquam reformidet docere, & quod semel placuit, adeo sibi postea displicere senserit, ut non fuerit ueritus reuocare. Alij sunt apud Lutheranos paucissimi tñ, sifes Philippo Melancton qui ex lectione poetarꝝ, & aliorꝝ gentilium oratorꝝ, & philosophorum plurimum ueneni (ut ille) sumpserunt.

Ecce quàm multa protulimus exempla, quibus aperte probatur assiduam, & incautã prophanorꝝ scriptorꝝ lectionem multis occasionem multarꝝ hæresum præbuisse. Sunt adhuc præter hos omnes, multi alij, qui etsi non sint tanquam hæretici declarati, & uelut tales ab omnibus æstimati, non modicam tñ de se dederunt heresẽos suspicionem, ꝑꝑ multa, quæ iuxta doctrinam gẽtilium scriptorꝝ, quibus nimium à pueritia dediti fuerunt, locuti sunt, & scripserunt. Pomponius Lætus, Domitius Calderinus, Codrus Vrceus, & quidam alij eiusdem farinæ, qui nũc sunt superstites, à multis male audiunt eo quòd magnam dederint hæreseos suspicionem. Quantam dederit hoc nostro seculo hæreseos suspitionem Erasmus Roterodamus, uir quidem Græce, & Latine longe doctissimus non est opus nunc referre, cum sit toti orbi notissimum. Nam etsi non sit hactenus ab aliquo idoneo iudice de hæresi damnatus, & uelut hæreticus declaratus, multi tñ scriptores ipso uiuente illum de hoc crimine notarunt. Et uniuersitas Parisiẽsis, multas illius assertiones per cẽsuram publicam damnauit, quarꝝ aliquas hæreticas, alias de hæresi suspectas, alias scandalosas esse censuit. Cuius censuræ Erasmus respõdens quamuis, in multis ostendat se catholicum animum habuisse, in qbusdam tñ alijs suspicionem, quæ de illo habebatur, nõ plene (ut multi existimant) purgauit. Quod malum inde illi euenisse constat, ꝙ à teneris annis fuit circa poe-

tas, & oratores Græcos, & Latinos diu uersatus, à quibus tantam dicẽdi libertatem accepit. ut quidquid placeret statim in publicum effudisset. Quis non agnoscit in illo Luciani libertatem omnium irrisionem, & subsannationem? Adeo Luciani mentem, & stylum imbibit, ut à multis etiam suæ nationis hominibus atheos, hoc est sine Deo quemadmodum Lucianus appellatus sit. Vir quidem fuit optimo ingenio à Deo donatus, ac proinde felix, si sua forte contentus fuisset, & ea sola tentasset, quæ suis uiribus erant paria. Sed post uirilem ętatẽ, quam fermè totam poetis, & oratoribus dederat, ad sacras literas, quas sine magistro prętio didicerat, interpretandas accessit. Et in illarũ interpretationibus, & annotationibus multa inseruit, q̃ si prętermisisset, multo consultius egisset. Denique in confirmationem eorũ, quę diximus, profero testimonium beati Hieron. qui in cõmẽtarijs super Ionam prophetam, circa finem. 3. cap. de seculari eloquentia differens, hęc ait. Difficile homines potentes, & nobiles, & diuites, & multo his difficilius eloquentes credunt Deo: obcæcatur. n. mens eorũ diuitijs, & opibus, atq; luxuria, & circundati uitijs non possunt uidere uirtutes: simplicitatémque scripturę sanctę non ex maiestate sensuum: sed ex uerborum iudicant uilitate. Hęc Hieronymus. Hie.

De remedio contra præfatam heresim causam. Cap. IX.

Multis rationibus, multisq; exemplis manifeste iam (ut existimo) probauimus, assiduam, & incautam prophanorum scriptorum lectionem esse apertam multarũ hęresum causam. Sed opus est, ut huic occurramus, & antidotum tam potenti ueneno paremus: caute tñ, ne forte hanc causam prorsus tollere uolẽtes aliam multo plurium malorũ causam suscitemus. Nam sicut assidua, & indiscreta prophanorum lib. lectio, multarũ potest esse hęresum causa: ita econtrario, omnino à libris gentibũ abstinere, multas poterit hęreses generare. Qm̃ scientię liberales, quę uix ab alijs, qua à gentilibus scriptori-

bus disci possunt, sunt ad sacrę scripturę intelligentiā adeo necessariæ, ut illaꝝ ignorantia multas ualeat hęreses procreare, sicut re ipsa comprobatum est plerasqꝫ hęreses ab illa processisse. Est.n.in primis necessaria grāmaticę cognitio, & non leuis, sed plena, et consummata, ut sciat plenam uocum significationem, & illoꝝ compositionem, & structuram. Ex cuius rei ignorantia constat multos in uarias hęreses fuisse lapsos. Et ne ob defectū exemploꝝ, uerbis meis quis deroget fidē, uolo aliqua imprę̄sentiaꝝ exempla proferre: unde constet ueꝝ esse, quod dico. Eluidius eo ꝙ ignorauit, uim & ꝑtātem haꝝ uocum, primogenitus, antequam, donec, aduersus puritatem sacratissimę Virginis blatterauit dicēs illam non fuisse perpetuo Virginem: sed post Xp̄m natum fuisse à Ioseph sponso cognitam. Manichęi omnes ex ignorantia diuersitatis istaꝝ prępositionum, ex, &, de, dixerunt Deum de substātia sua produxisse animas nostras. Dialectica sępe est ī sacris literis necessaria. Qm̄ illa est, quę diffinitionum, diuisionum consequētiarum formam p̄scribit, sine quaꝝ reꝝ notitia uix ulla potest grauis scriptura plene intelligi. Ex ignorantia aut forte inaduertentia huius disciplinæ multi magni nominis uiri in uera sacræ scripturæ intelligentia errarunt. Origenes non bene aduertens quō sint intelligendæ multæ uniuersales elocutiones quæ sunt in sacra scriptura, dixit omnes homines tandem fore saluos, motus ex aliquibus locis sacræ scripturę, male ab eo intellectis. Effundā (inquit Deus ꝑ Ioelem prophetam) de spiritu meo supra omnem carnē. Et Paul. ad Rom. Conclusit Deus omnia in incredulitate, ut omnium misereatur. Quę omnia etsi quæ sunt alia, non ideo sunt dicta, quòd Deus omnibus hominibus tandem parcet, & neminem perpetuo damnabit: sed ꝑ omnes intelligit omnis generis homines, uniuersæ ætatis, uniuersi gradus, & dignitatis, tam ex gentilibus, q̄ꝫ ex Iudæis. In quibus locis illud nomen uniuersalitatis omnes (ut dialecticoꝝ more loquamur) non distribuit ꝑ

Eluid.

Ioelis.2

Rom.2

singulis generum: sed pro generibus singulorum. Erasmus Roterod. non intelligens uim argumentationis, & discursum illius, per quam Christus saluator noster aduersus Iudæos probare nititur, neminem posse rapere oues suas de manu sua, per hoc, quod nemo potest rapere de manu patris sui, & per hoc, quod ille, & pater unum sunt: errauit dicens in illis Christi uerbis illam uocem, unum, posse solam animorum unitatem significare. Quæ uox si iuxta illam significationem (ut Erasmus ait) illic caperetur, male xps colligeret, & argumentatio nullius prorsus esset ualoris, prout ego in illo opere, quod aduersus omnes hæreses edidi, in titulo de Deo: hæresi 6. aduersus Erasmum apte probaui. Gentilium historiarum notitiam esse summe necessariam ad sacræ scripturæ intelligentiam testatur Augustin. lib. 2. de doctrina Christia. cap. 28. ubi ostēdit aliquos ex illarum ignorantia circa sacras scripturas errasse. Rerum proprietates, et uirtutes cognoscere oportet, ut inde mysticum sacræ scripturæ sensum qui per similitudines illarum inuestigandus est, capere possimus. Harum tamen rerum notitiam soli physici docent, prout sunt Aristot. Theophrastus, Plinius, Dioscorides. Habent ergo libri gentilium sicut multa noxia, ita etiam multa utilia, et necessaria ad plenam sacrarum scripturarum intelligentiam. Non est igitur bonum, ut omnes gentilium libri ab omnibus Christianis reijciātur, cum multis sint necessarij, & possint, quotquod uelint, multum proficere ex illis. Deinde ille splendor orationis, & uerborum ornatus, qui ab illis capi potest, etsi non sit uiro Christiano necessarius: ad multa tamen utilis est, his præsertim, qui uerbo, aut scripto alios docent. Est.n. eloquentia ex numero earū rerum, quæ ex se nec bonæ nec malæ sunt: sed ex bono, aut malo earum usu bonæ, aut malæ redduntur. Sicut.n. eloquentia uiro gentili, aut hæretico mala est, propterea quod per illam uterque istorum facilius suos errores audientibus, aut legentibus persuadebit: ita etiam catholico doctori, aut prædicatori bona est: quia per illam uterque potētior fit

Ioā. 10.

ad flectendos animos auditorum, aut lectorum. fiunt tamen aliqui tam malignantis naturæ, ut omne, quod assequi non possunt, damnent: & inde euenit, ut eloquentiam, à qua longissime absunt & quam se assequi desperant, abhorreant, & tanquam hostem insectentur. Quid graculo cum fidibus, aut sui cũ ambra, uel musco? Propter hos igitur, qui me forte arguere tentabunt, ꝓpterea ꝙ eloquentiam non sim (ut illi) execratus, Augustinus in meæ sñiæ testimonium profero, qui libro primo contra Cre-
Augu. sconium Grammaticum, cap. 1. hæc ait. Eloquẽtia facultas dicendi est, congruenter explicans, ꝙ sentimus, qua tunc utendum est, cum recta sentimus. Hoc modo ea non usi sunt hæretici. Nam utiꝗ; si recta sensissent, non solum nihil mali, uerum & boni aliquid esset, quod eloquenter explicare potuissent. Frustra igitur istorum exẽplorum cõmemoratione accusasti eloquentiam. Neqꝫ enim pro patria non est miles armandus: quia contra patriam nonnulli arma sumpserunt. Aut ideo uti nõ debent boni, doctiqꝫ medici ferramẽtis medicinalibus ad salutem: quia his ad perniciem etiam indocti, pessimiqꝫ abutuntur. Quis. n. nescit sicuti utilia, uel inutilia fuerint ea, quæ quæruntur, ita eloquentiam, hoc est peritiam, facultatémque dicendi sic esse utilem, uel inutilem, ut fuerint utilia, uel non utilia quæ dicuntur? Quod nec te arbitror ignorare. Hęc Augustinus. Et lib. 2. de doctrina Christiana cap. 37. idem docet. Ex cuius uerbis satis apte conuincitur, longissime à ueritate distare eos, qui eloquentiam expresse accusant, quam cõstat non ex se: sed ex male utentium uitio malam esse, quippe quæ ad multa utilis esse possit, si quis ea bene uti uelit. Potest adhuc ad aliam non contemnendam utilitatem Christianis uiris præsertim doctis prodesse gentilium scriptorum lectio, ut uidelicet eorum secreta rimantes facilius eos disputatione uincere possimus. Et sic suo ipsorum gladio
1. re. 17 illos configemus, prout Dauid fecit contra superbum Goliath proprio illius gladio illum interficiens. Nã ita
fieri

fieri præcipit beatus Damascenus lib.4. de fide orehodoxa, cap.18. sic inquiens: Si autem ab ijs, qui foris sunt decerpere quippiam utile ualuerimus, non aspernabile est. Efficiamur probati trapezitæ, legitimum, & purum aurum aceruantes, adulteratum autem refutantes. Sumamus sermones optimos, deos autem ridiculos, & fabulas alienas canibus proijciamus. Nam plurimam ex ipsis contra se ipsos fortitudinem habere ualebimus. Hæc Damascenus: Ex proprijs.n.gentilium sententijs, quas de dijs suis afferunt, fortissima sumuntur contra ipsos argumenta ad conuincendum uanum illorũ errorẽ. Nam cum de Ioue illo, quem Virgilius Deorũ patrem, hominumq; Regem appellat, talia referũt stupra, adulteria, raptus, fraudes, mendacia, qualia quæuis respublica bene instituta abhorret, prohibet & punit, facile inde colligere possumus, illum nõ deum: sed flagitiosissimũ hoiem fuisse. Deinde Mercurij furta, techne, doli: Iunonis pterea iniqua in Troianos ira: Deoꝝ insup inter se pugnantium rixæ, quoꝝ aliq Troianis, alij Græcis fauisse dñr, apte arguunt, nihil illos ueri numinis habuisse, cum hmõi mores, nõ modo Socrates, aut Pythagoras, aut Diogenes: sed quicũq; alius hõ prudẽs & uirtutis amator respueret, & abominaret. Cũ aũt uir xpĩanus & doctus cõtra gentiles philosophos & poetas disputãs, armis ab illis sumptis, eos deuicerit, magnã inde gloriã ad dei honorẽ reportabit. Pulchra qdem uictoria est, cõtrariam partem testimonioꝝ suoꝝ uocibus confutare, & hostẽ suis armis uincere, & disputatoris argumẽta ꝓbare tuæ potius, quàm illius sñiæ fauere. His nanque armis aduersus gentiles pugnarunt, & de illis triũpharũt multi ex illustribus illis uetustissimis scriptoribus. Iustinus philosophus & xpi martyr, librũ pro fide catholica contra gentes scripsit, quem admonitoriũ appellauit, in quo ex dictis ipsoꝝ gentilium cõuincit falsum & uanũ esse illoꝝ errorem. Hoc idẽ fecit Tertul. in suo Apologetico contra gentes. Idẽ fecit Origenes cõtra Celsum.

Damasc.

Virg. libr. 1. Aenei.

Iusti.

Tertu.

Orige.

Euseb. Eisdem armis pro fide catholica certat Eusebius Cæsariensis eps, in opere illo quod fecit de pparatione euangelica, & in alio cui titulus est, de demonstratione euãgelica. Ad eũdem modũ pugnat Cyrillus Alexãdrinus *Cyrill.* eps in decem libris, qbus Iuliani apostatæ blasphemias quas contra xpi saluatoris nostri euãgelium ille effuderat, cõfutat & cõuincit. Eodẽ mõ cãm agit p fide catho*Theo.* lica contra gẽtes Theodoritus Cyrensis eps in opere illo cui titulum præfixit de curatione græcarũ affectionũ. Denique Lactant. Firm. qui in libris diuinarũ institutionum hmõi armis p xpiana religione cõtra gẽtes pugna*Lactã.* uerat, tandem in lib. de opificio dei cap. ult. hæc ait: Statui. n. quam multa potero, lrĩs tradere, q̃ ad uitæ btẽ statum spectent: & qdem contra philosophos, qm̃ sunt ad perturbandũ ueritatem pnitiosi & graues. Incredibilis .n. est uis eloquentiæ, & argumentandi differendiq́ subtilitas quemuis facile deceperit, quos partim nostris armis, partim uero ex ipsorũ inter se cõcertatione sumptis reuincemus, ut appareat eos induxisse potius errorem quàm sustulisse. Hæc Lact. Ob hanc cãm, Iulianus Cæ*Iulia. apostа.* sar apostata (ut Eutropius in uita illius refert) studẽs paganitatem in oĩ sua dictione dilatari, & xpianitatem exterminari, primum quidẽ xpianis pcepit, ne poetarũ, aut philosophorũ legerent disciplinas. Proprijs (dicebat ille) pẽnis uulneramur, secũdum puerbium: ex nostris. n. armati conscriptionibus, cõtra nos bella suscipiunt. Ex his oĩbus aperte constat, ualde noxiũ esse posse, si oẽs gẽtium scriptores ab ecclĩa relegentur & oẽs uiri catholici, ab illorũ lectione abstineant, cum illi sæpe (ut pbauimus) ad sacræ scripturæ intelligentiã sint necessarij. Verum, qa illos alia ex parte plurimum nocere posse diximus, pſertim incautis & infirmis opus est ut cautelã aliquam oñdamus, quo citra oẽ nocumẽtum, ex lectione gentilium scriptorũ proficere possimus. Hæc aũt cautela in duplici cõsideratione (ut ego existimo) cõsistit, qua rum altera est de ipsis libris q legendi sunt, altera de re-

bus q̄ in eiſdem libris continenẽ. Et quantum ad libros attinet,non puto eos oẽs eſſe legendos, multoq́ minus pueris eſſe tradendos: ſed eorꝫ aliquos cenſerem ex toto orbe Chriſtiano eſſe relegandos,ita ut a nemine legi poſſent,qm̄ uix prodeſſe p̄nt,& ſæpe legentibus,tam facile & cito obeſſe ſolent: ut p̄ntaneum uideantur in ſe cōtinere uenenū. Tales ſunt aliquorꝫ poetarꝫ libri tam obſcœni,tam laſciui,tam mollia uerba in ſe continẽtes, ut legentium p̄ſertim puerorū teneros aīos, facile ad libidines & laſciuias flectant. Talis eſt Catullus ille cuiꝰ cenſuram de uerſibus cōponendis proxime p̄cedenti capite citauimus. Tales ſunt ꝑ omnia Tibullus & Propertius. Talis eſt Ouidius in multis operibus ſuis,omnium poetarum laſciuiſſimus. Nec ego illi iniuriam facio,talẽ illum exiſtimans, cum ipſe propria conſcientia urgente idem de ſe ipſo cenſuerit,ſic dicens:

Eloquar inuitus,teneros ne tange poetas, *Ouid. lib. 1. de re. am.*
Submoueo dotes impius ipſe meas.
Callimachum fugito,non eſt inimicus amori.
Et cum Callimacho tu quoque ſæpe noces:
Me certe Sappho meliorem fecit amori,
Nec rigidos mores Teia muſa dedit.
Carmina quis potuit tuto legiſſe Tibulli?
Vel tua cuius opus Cynthia ſola fuit?
Quis potuit lecto durus diſcedere Gallo?
Et mea neſcio quid carmina tale ſonant.

Si hoc gẽtilis & laſciuiſſimus poeta ſentit & ſuadet,erubeſcere deberent xp̄iani puerorū præceptores,qui tales libros pueris legẽdos tradūt,quorū mollibus uerbis & obſcœnis ſententijs imbuti,facile ad laſciuias & turpitudines appetendas,eorū animi flectūtur. Neque aliud de Terentio, quem ferme oẽs præceptores pueris tradūt, dicendum cenſeo: Nam apud hūc nil aliud inuenies niſi amatorias quaſdā narrationes, & his admiſtas parentum obiurgationes,filiorū inobedientias, ſeruorū fraudes,meretricum blanditias. Quid aūt aliud ſunt cordi

adolescentis amatoriæ narrationes, q̃ flāma stupis pxima? Hæc sunt uere colloqa illa de qbus Menāder uersiculo illo à Paulo apro cōsecrato, dixit: Corrūpunt bonos mores colloqa praua. Res ipsæ sine uerbis puerorū animos inuitassent, & attraxissent: uerba sine rebus ad se pellexissent: eloquentia ergo istorū talibus rebus accōmodata, nihil aliud est, quā dulci ueneno dulce additum cōdimentum. Inter multa lacedęmonū instituta, q̃ illi optima ad suam rem pub. bñ regēdam statuerūt, hoc unū (ut Plut. refert) est, quo tragœdiarū, & comœdiarū actiones districte phibuerūt, ut nec serio nec ioco quidq̃ repugnās legibus eorū ciues audirent. Leges .n. prohibent stupra, incestus, adulteria, raptus: phibēt dolos, iniurias, publicas inimicias, rupta fœdera, furta, quę oīa poëtæ suis dijs tribuere solent. Ob hāc cām Archilochum poetā cū in Lacedęmoniā uenisset, eadē hora expulerūt, quia acceperant illum in carminibus scripsisse, melius esse abijcere arma, quàm mori. Si tāta diligentia lacedæmoniæ Principes gentiles curarunt à sua rep ub. comœdias, & tragœdias, abigere, ne suis prauis uerbis bonos ciuium mores peruerterent, multo iustius esset, ut xp̃iani Principes, quibus maior debet esse bonorum morum cura, non solū comœdiarū & tragœdiarū actiones: sed ipsarū ēt lectiones, prorsus inhiberēt, potissimū ne teneris puerorū aīs traderent. Forte aliqs istorū poetarum aduocatus, illos tueri cupiens, dicet pp linguæ latinæ notitiam & uocum pprietatem discēdam tales libros pueris esse tradēdos. Sed qui sic dicet, nimium fallet. Qm̄, illa uerborum pprietas, plus ab oratoribus & alijs qui soluta oratione scripserunt, sumēda est: quàm à poetis, qui ut legibus carminū plene satisfaciant: sæpe ipsis uocibus, aſr quàm oportet, utunt. Et ita leges grāmaticæ prętereunt: ne leges carminū dimittāt. Deinde, si poetas pueris tradere necessariū esset, alios multo meliores qui minus morib9 & religioni obesse poterāt, tradere oportebat. Hñt illi Virgiliū poetarū principem, q

1. cor. 15

etsi multa de dijs nefanda referat, in reliqs tñ, nõ est adeo pestilẽs ut alij. Habẽt Lucanũ, potius oratoribus (ut Quintil. ait) quàm poetis imitãdus. Habent Horatium poetarũ castissimum. Hñt Persium & Iuuenalem uitiorũ obiurgatores. Habemus & nos ẽt Xpianos poetas, uiros eloquentissimos, Iuuencũ, Sedulium, Prudentiũ, Aratorem. Lactãtium, Victorinum, Paulinum: qui multorũ uirorũ doctorũ iudicio, in multis rebus cũ gẽtilibus poetis certant, & in aliquibus eos uincunt. Habemus ẽt ex recentioribus Baptistam Mantuanum, Syncerũ Sannazarium, Antoniũ Flaminium, q nuper plerosq; Dauidis psalmos carmine Heroico digessit. Hos Xpianos poetas pueris in primis tradendos censeo, à qbus illi linguę Latinæ peritiam, pietati religioniq; coniunctam, discere poterunt. Reliquos uero gẽtiles poetas, siqñ illi legendi sunt, ab illis solũ, qui iam in uirtute & religione profecerunt, legendos esse puto. Et qđ de lasciuis poetis dixi, de alijs qui soluta orõne finxẽs lasciuias & obscœnitates scripserunt, qualis est in suo Asino aureo Apuleius, idem pr sus dicendũ esse puto. Neq; ab hac lege & censura excludo eos libros qui de mendacijs, & fallis amoribus in linguis uulgaribus scripti sunt, q adeo legentibus placent, ut illos multis rerũ seriarũ et uerarũ scriptoribus p̃ferant. In quibus id nunc eueniſſe uidemus, qđ Paulus longe ante futurũ p̃dixerat. A ueritate quidem auditũ auertent, ad fabulas aũt conuertentur. Parũ quidẽ refert, quo idiomate sit liber scriptus, si in uno æque ut in altero ea scribantur, quæ nec ad mores nec ad religionem conducere pñt. Circa reliquos oẽs gentilium scriptores, hanc cẽseo habendã esse discretionem, ut illi potissimum eligantur, quos constat minus religioni Xpianæ & bonis moribus repugnare. Quapp ex gentilibus omnibus Ciceronem potissimũ uellem, illis qui linguam Latinam discũt tradi. Qm̃ sicut est Romani eloquij maxim⁹ author: ita est ad aĩos hominum in bonis moribus instituẽdos, ualde proficuus. Post Ciceronem scđm locũ tribuo Plinio

2.Ti.4

Iuniori. Sed ante hos oēs uellem, ut pueris traderenrur aliqua opuſcula Xp̄ianoꝝ uiroꝝ, qui in lingua Latina fuerunt eloquentiſſimi, ut fuerunt, Cyprianus, Lactantius, Hieronymus, Ambroſius, Paulinus. Ab his.n. pueri eruditi, ea quę ad religionem Xp̄ianam & bonos mores ſpectant, ſimul cum recta dicendi ſcribendiq; rōne, diſce re poterunt. Cum iā pueri adoleuerint, & fuerint in fide fundati, & De Xp̄ianis moribus ſatis inſtructi, tūc expe diret illis liberam concedere per gentiles oratores & hi ſtoriographos ſpatiandi licentiā, ut ab illis uberius de lī gua Latina doceantur. Qđ ad philoſophos attinet, bn̄ actum eſſe puto, ut Ariſtotelē quem potiſſimum uelut Principem imitaretur: tota recentium philoſophorum ſchola ſuſceperit. Is.n. pauciora continet quàm cæteri, quæ Xp̄ianæ religioni repugnent, & melius quam alij ea, quę ad mores & ciuilem politiā pertinent, docet. Pla to nanq; & ſi plus (ut Aug. ait) Xp̄ianæ religioni appro ximet, ea tn̄ quæ tradit, nō ita aperte & diſtincte (ut Ari ſtoteles) ſed per quaſdam figuras & ænigmata quæ uix intelligi pn̄t, diſſerit. Deinde, per dialogos diſputat. Quę res non paruæ difficultatis cām prębet: quia ſæpe neſci- tur quam duorū diſputantium partem tenere uelit. Ob quam cām ego cenſeo illum non à pueris: ſed à ſolis uiris doctis eſſe legendū. De Mathematicis ſcriptoribus eos ī uniuerſum reijciēdos eſſe puto, qui de Aſtronomia præſertim iudiciaria diſſerunt. Nam eorū fermè oīa ſunt plena mendacijs & multa docent, quæ à uiro Xp̄iano longiſſime abeſſe oportet. Alios Mathematicos q Arithmeticam, aut Geometriā, aut perſpectiuā, aut coſmographiam, docēt: legendos eſſe puto. Qm̄ multa continent, ualde humanis uſibus proficua, & nihil in illis docetur, quod cum fide catholica pugnet. Hoc remedium contra hæreſes ne oriātur, facile xp̄iani principes præſta re pn̄t, præcipiendo in terris ſibi ſubiectis, ut puerorū p̄ceptores, eos ſolū gentilium libros illis tradant, qui minus illis lædere & magis ad pietatem et mores prodeſſe

possint. Habita iam circa libros gentilium necessaria discretione, ita ut illi eligantur qui minus nocere et magis prodesse pñt, altera superest circa ipsos libros iam selectos habenda de rebus cõsyderatio, ita ut falsis dogmatibus reiectis, ea solum probemus, & in nrm usum recipiamus, quæ xpianæ religioni magis seruire pñt, aut quę illi non sunt cõtraria. Cui electioni, ut recte fiat, duo gña personarũ seruire pñt, uidelicet pręceptores qui alios docent, & ipsi qui à magistris audiunt, aut per seipsos sine præceptore discunt. Primi q fauere debent & pñt, sunt præceptores & magistri, qui gentiliũ libros aliis interpretantur. Hi.n. quoties aliqd fidei catholicæ repugnans inuenerint in lib. quę interpretandũ susceperunt, debent uelut cæcorũ ductores, diligenter & docte discipulos suos admonere: ut ab illo tanq̃ à periculosissimo lapsu abstineãt. De qua re extat necessariũ & uere Xpianum decretũ editũ in cõcilio lateranensi sub Leone. 10. sessione. 8. cuius uerba sunt hæc. Insuper oĩbus & singulis philosophis in uniuersitatibus studiorũ gñalium & alibi publice legentibus districte præcipiendo mãdamus, ut cũ philosophorũ principia, aut cõclusiones, in quibus à recta fide deuiare noscunt, auditoribus suis legerint, seu explanauerint, quale hoc de mortalitate aĩæ: aut unitate, aut mũdi æternitate, ac alia hmõi teneantur eisdem ueritatem religionis Xpianæ omni conatu manifestam facere, & persuadendo pro posse docere: ac omni studio hmõi philosophorũ argumenta, cum oĩa solubilia existant, pro uiribus excludere, atq; resoluere. Hęc ex cõcilio lateranensi. Deinde, post pręceptoris diligentes admonitiones oportet ut ipsimet qui pręceptores audiũt, aut qui p seipsos sine magistro pũio gentilium libros legũt, sibi ipsis consulãt aperta et diligẽter attẽdant, ut errores deuitẽt, & sola ea q̃ sunt apta & religioni Xpianæ cõuenientia, recipiant, à reliquis aũt tanq̃ à ueneno abstineant. Vnde Basilius nepotes suos edocens, quo pacto gentiliũ libri sint legendi, ait: Velut.n. apes nõ oĩbus

Conci. Later.

Basili.

floribus insidunt,neq; ex eis ad quos accedunt oĩa aufer re conant:sed quantũ ipsis ad opus necessariũ fuerit cõprendentes reliquum dimittũt:Nos ẽt ut sobrij sapientesq;,quantũ congruũ nobis propinquumq; ueritati ex ipsis fuerit,persequamur:reliquũ prætereamus. Et sicut in legendis rosis sentes uitamus:sic ĩ talibus sermonibus quidquid est utile capiẽtes,noxiũ uitemus. Hęc Basilius. Vt aũt hoc Basilij consilium lectores recte exequi possint:tria(ut ego existimo)illos facere oportet. Primũ est: ut cũ ad gentiliũ libros legendos accedunt, firmi & stabiles in fide Catholica accedant,& illam semper p̄ oculis habeant: & plus sacræ scripturæ & ecclesię catholicę credere proponant:quam bis mille philosophis oppositam sñiam docentibus. Nã ob hoc solũ animi propositũ, sperandũ est in Deo,q̃d non permittet illos,à gentilium librorũ lectione decipi. Si aũt quis nutãs, aut dubius ad illorũ lectionem accesserit: facile ab eis ad suũ errorem trahetur. Alterũ illis necessarium ẽ humilitas,qua nolit: soli suæ prudẽtiæ inniti: sed agnoscat se hoiem esse, qui facile decipi possit,& si aliqua argumenta fidẽ catholicã pugnantia,q̃ ipse forte soluere nescit,apud illos legerit,suam non uereatur ignorantiam fateri,potius q̃ scripturã dicere mendacem,aut ecclesiam errare. Et sic scripturam sacrã & ecclẽiæ sñiam semper suo iudicio præferens,quãuis ualidissimis argumentis ex gentilium lectione oppugnetur,nunquam succũbet. Nam(ut Salomõ ait) ubi humilitas ibi sapientia. Tertiũ deniq; necessariũ est, ut cum gentiliũ libros legerit, plus sensus quã uerba cõsideret,plus quid, quàm q̃uo dicatur,attendat. Nam q solum uerborũ ornatum & nõ res ipsas considerauerit: facile à gẽtilibus,qui nimio uerborũ splendore fulgẽt,decipietur. Qui hęc oĩa recte peregerit,facile Deo adiutore uerũ à falso discernet,speciosum à uili, & sctũ à p̄phano separabit,& sic tutus ad gentilium lectionem accedet, ut ex illa proficiat, erroribus illorũ reiectis ueritatem fidei catholicæ conuenientẽ in suũ usum conuertens:quẽ-

Pro. 11.

admodū olim uir Israelita mulierem ex gentibus captā, quæ sibi pulchra uideret, lege permittēte matrimonio sibi copulare poterat. Si egressus fueris (inqt lex Mosaica) ad pugnā contra inimicos tuos, et tradiderit eos dñs Deus tuus in manu tua, captiuosq; duxeris, & uideris in numero captiuorum mulierem pulchrā, et adamaueris eā, uolueris q; hr̄e uxorem, introduces eā in domum tuam, q̄ radet cæsariem, & circūcidet ungues, & deponet uestē in qua capta est: sedensq; ī domo tua flebit prēm & matrem uno mense: & postea intrabis ad eā: dormiesq; cū illa, & erit uxor tua. Ad hūc modū ego de gentilium doctrina, si eā uir Xpianus sibi copulare uoluerit: faciendū esse censeo. Nam btūs Hieron. in Epl'a quam scripsit Magno oratori Romano: cuius initium est. Sebesium nr̄m: de eadē gentilium doctrina interpretatur ea q̄ de muliere gentili capta lex Moysi facere pcepit, antequam illa caperetur in uxorem. Nā cum argueretur, quod libris ecclesiasticis admisceret lr̄as Ethnicorum, & sacra prophanis contaminaret, ostendere uolens id sibi licere, & multorum sanctorum exemplo id fecisse, Paulum inter alios in exemplum producit, qui aliquoties Græcorum poetarum uersus ad suæ sententiæ confirmationem citauit. Et tandem de eodem Paulo loquens, hæc ait: At ne parum hoc esset, ductor Christiani exercitus et orator inuictus pro Christo causam agens etiam inscriptionem fortuitam, arte torquet in argumentum fidei. Didicerat enim a uero Dauid, extorquere de manibus hostium gladium, & Goliæ superbissimi caput proprio mucrone truncare. Legerat in Deuteronomio uoce dñi præceptum, mulieris captiuæ radendum caput, supercilia, omnes pilos & ungues corporis amputandos, & sic eam habendam in coniugio. Quid ergo mirum, si & ego sapientiam secularem, pp eloquij uenustatem, & membrorum pulchritudinem, de ancilla atque captiua Israelitidem facere cupio? Et si quicquid in ea mortuum est, Idololatriæ, uoluptatis, erroris, libidinum uel præcido uel rado, & mi-

Margin notes: Deu. 21 — Hiero. — 1. re. 17 — Deu. 21

tes puriſſimo corpori uernaculos ex ea genere domino Sabaoth: Hactenus Hieronymus, qui illam Deuteronomij legē de ſapientia ſcƚari, aut de ueritate inter gentiles nata & nutrita, & à xp̄ianis capta, non tā interpretatur, quàm innuit poſſe de illa interpretari. Ideo ego operæpretiū me factuꝝ exiſtimaui, ſi illius legis ſingulas partes explicans, huic propoſito accōmodarem, ut inde aliqua ex parte diſcamus quatenus liceat gentiliū libros legere. Ad pugnā contra inimicos ſuos egreſſi ſunt doctores eccleſiaſtici, qñ ad ſubuertenda mundanæ ſapientiæ dogmata ꝓceſſerunt. Arma qbus inſtructi ſunt ad pugnā, inter alia Paulus dicit eſſe gladiū ſpūs qđ eſt uerbū

Ephe.6 Dei. Hmōi gladijs armati erant ſcti illi de quibus regius

Pſ.148 propheta ait: Gladij ancipites in manibus eoꝝ, ad faciē dam uindictam in nationibus, increpationes in populis. In hoc bello, aliqñ capitur mulier pulchra: quia uiri docti & fideles gentiliū libros perſcrutantes, inter falſa illoꝝ dogmata quæ ſubuertere conanť, pulchram aliquā ueritatem, & decoram ſnīam reperiunt, quæ illis mirum in modū placet. Et hanc ſiqs in domum eccłię catholicę traijcere, et eā ſibi uelut uxorē marito copulare uoluerit, nō prohibeť: hac tñ conditione ut prius puellæ cęſariem radat, ungues abſcindat, ueſtemq́ in q̄ capta fuerat deponat, & ſedēs apud nos, fleat prēm & mrēm ſuam uno mēſe. Capilli & ungues, nō ſunt neceſſarij ad corpis humani uitā, nec ad perfectā illius ſubſiſtentiam conſtituēdā: ſed ſunt illi oīno ſuperflui. Radere ergo puellæ cæſariē, ungueſq́ illius circūcidere, hoc ſignificat, ut quidqd in illa pulchra ueritate apud gentiles reperta ſuperfluū fuerit, & nullius prorſus utilitatis, reſecetur. Et quia ueſtes ſæpius ad iactantiam & uanam gl'iam, quàm ad tegumentum ſeruiūt, hinc eſt quòd ueſtis depoſitio, í qua puella capta fuerat, ſignificat ut ueritas illa inter gentiles reperta, inflatione nudetur & tumoris ſuperficie qua apud gentiles ueſtita inuenitur qui dicentes ſe eſſe ſapiētes & apud ſemetipſos prudentes, nunquam humiliter

loqui nouerunt: sed cum fastu & gl'iæ ambitione. Sub alia ergo ueste est nobis mulier ista coniungenda: quia eam ipsam quam ab illis didicimus ueritatem non cum ea pompa eoq́ fastu, quo illi: sed cum sobria grauitate & sine ullo supercilio scribere & proferre debemus. Illa tñ apud nos sedens flere debet p̄rem & m̄rem suam, eos uidelicet à quibus genita est. Flere illa dr̄, non quia ipsa fleat: sed quia eos qui illam apud gentiles legunt, prouocat ut tantoꝶ uiroꝶ, qui talia scribere potuerūt, perditionem doleant. Hac.n. locutionis figura in cōi ꝓuerbio uti solemus, lætam ep̄lam dicentes quæ lætos facit legentes & domum tristē quæ habitatores illius ꝓuocat ad tristitiam. Eadem etiam figura sæpe sacræ utūtur l̄ræ. Nam Paulus ait: Sp̄m sc̄tm̄ postulare pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Postulare dr̄ & gemere: qa quos ipse sua gr̄a repleuerit, postulare facit & gemere, Et btūs Petrus de Iuda Scarioth in actibus ap̄loꝶ loquens inter al:a dicit: Et possedit agrum de mercede iniquitatis. Possedisse illum dicit: quia fuit causa ut posside retur ager ille, qn̄ proiectis ab illo argenteis in templo, sacerdotes præceperunt, ut illa pecunia emeretur ager figuli, in sepulturam peregrinoꝶ. Nam ꝙ ipse Iudas non possederit, constat ex Matthæo, qui refert agrum illum fuisse emptum postq̄ Iudas se laqueo suspenderat. Nihil igitur obstat ut nos eadem locutionis figura utentes, dicamus ueritatem à Christianis apud gentilem repertā, flere parentes suos: quia nos prouocat, ut pro illis qui illam scripserunt dolentes ploremus. Nam ea prouocāte sæpe quoꝶ miramur ingenium dolemus perditionem. Sed hunc fletum mense uno complendum esse p̄cipit lex: quia scriptores illi gētiles, cum nihil boni in uita sua egerint per quod iram Dei sempiternam euadere possent: tota uita sua illos fuisse bonoꝶ opeꝶ steriles, dolere oportet. Quis non merito compatiatur Socrati, Platoni, Aristoteli, Plutarcho, Ciceroni, Senecæ, Plinio Iuniori, quos oēs constat multa ad uirtutem spectātia di-

Rom. 8

Actu. 1

mat. 27

xisse, plurimasq; snias grauissimas scripsisse? Dolẽdum certe est, eos qui tanto ingenio ualuerunt, & tam grauissimas snias ad aliorum profectum scripserunt, nescisse uiã inuenire, qua à gehenna declinantes ad gl'iam peruenirent sempiternam. Hanc rerum gerendarum imaginem & umbram in Deuteronomio scriptam, placuit tam late explicare, ut sub illo lrae cortice latentem ueritatem manifestarem, quae docet nos, quo pacto ueras snias in gentilium libris repertas nris usibus accõmodare debem9. Iuxta hunc modum, multi doctissimi uiri & sancti, tam Graeci, quàm Latini, quorum catalogum Hieronymus texit in ep'la supra citata ad magnum oratorem, ex lectione gentilium scriptorum pfecerũt: & multas inde grauissimas snias in usum fidei catolicae transtulerunt. Nec soli homines isti, qui etsi docti & sancti, ut homines tñ scripserunt: sed illi qui spũ sctõ inspirante loquuti sunt, quorum lingua fuit calamus scribae uelociter scribẽtis, ex gentilium libris aliqua tanq̃ male ab illis retẽta, in suos usus conuerterunt. Nam btũs Hieronymus testatur, q̃dam esse in prophetarum uoluminibus de libris gentiliũ sumpta, & Salomonem philosophis Tyri non nulla pposuisse & aliqua rñdisse. Sed his dimissis, de quibus nõ tam aperte, quod dicimus constat, ad Paulum ueniam9 mirificum Euangelij praeconem, de quo negari non põt illum gentilium poetarum uersibus fuisse usum. Nã in priore ad Corinthios ep'la, hunc Menandri uersum adducit: Corrumpunt bonos mores colloquia praua. Et in ep'la ad Titum, Epimenidis poetae, quem gentilium pphetã appellat, uersiculum citat, sic dicentem: Cretenses semp mendaces, malae bestiae, uentres pigri. Et apud Atheniẽses disputans, partem uersiculi exametri ex Arato citat, his uerbis. Ipsius .n. & gen9 sumus. Hos igitur uiros sanctitate & doctrina clarissimos imitantes, à gentilium libris non omnino abstineamus: sed quod satis, & quandiu licet, illos legamus, non tñ omnes: sed eos solum qui nimium nocere non pñt, nec presentaneum ualent pro-

1.co.17 Tit.1. Act.17

pinare uenenum, & à quibus aliq̃ possumus capere utilitatem. Quos si caute (ut oportet) legerimus, illorum auxilio facilius sacras intelligemus scripturas, & sic tanq̃ ueri Israelitæ, ex auro & argento ab Aegyptijs, tanquã ab iniustis possessoribus, ablato, Theologiæ tabernaculum construemus, in quo ueri Dei notitiam assequuti, illum (ut tenemur) colamus, fide & spe & charitate in illum tendentes.

Adhortatio authoris ad Principes Christianos.

Hæc sunt antidota omnia, quæ contra hęresum uenena, ego toti Christianæ reipublicę consulere optãs, magna cum solicitudine excogitare potui. Forte alijs maiori ingenij acumine pręditis, plura occurrent remedia, his tñ, quę per me nunc enarrata atq; digesta sunt, non puto fore meliora. Ego hactenus quod potui pręstiti, & ut talentum mihi creditum Deo à quo acceperam cũ usuris redderem, Ecclesię catholicę ruinam minanti ea qua potui parte manum dare tentaui, oẽs hæresum radices prodens, ut illis sublatis facile omnibus hęresibus eatur obuiam, ne amplius illę oriantur. Reliquum est, ut uos omnes Christiani orbis rectores, quocunq; dignitatis aut magistratus nomine censeamini, diligentissime curetis has quas nunc ostendimus hęresum radices prius euellere, et sic facile Deo adiutore poteritis ppl̃m uobis cõmissum ab omni hęreseos ueneno illęsum seruare. Si uero hoc onus in solos Ep̃os & alios Eccl̃iasticos rectores rejjcere uelitis, dicentes hanc curam illis solis fuisse iniunctam: audite quid de uobis & de sancta m̃re Ecclesia toto terrarum orbe diffusa, Deus per Esaiam prophetam dicat: Erunt (inquit ille) Reges nutritij tui. Nutrix Infantem lacte nutrit, pannis inuoluit, ablactatum cibo fortiori alit, blanditijs fouet, canticis demulcet. Quę tñ sunt necessaria alimenta, etsi nutrix porrigit atq; ministrat, ea nutritius puero prouidet atq; perquirit, perinde ac illius nutrici. Siquis puerum offendere, aut quouis modo illi nocere tentauerit, illius tutela est nutritio cõ-

Esa. 49

missa, ppea q̄ ille puer fortius protegere ualet atq; defendere. Si nutrix eam quam tenetur pueri curam hr̄e neglexerit, nutritio incumbit illam adhortari, obsecrare, increpare, uicariam deniq; puero operam impendere. Fateor quidem Epor̄ et alior̄ Eccl̄iasticor̄ rector̄ proprium munus esse, ut tanq̄ cōes populi Christiani nutrices illum lacte uerbi Dei nutriant, & fortiori, cum opus fuerit, cibo alant. Imperatoribus autem, & regibus, aliisq; omnibus seculi principibus incumbit: ut populum sibi cōmissum à publicis fidei hostibus pro uiribus defendere, & ipsos hostes, qui populo nocere tentant, punire conentur: ut pœnar̄ metu illi coerciti, sibi & aliis sapere discant. Agnoscite igitur seculi Principes Ro. 13. uos ministros Dei esse, in hoc ip̄m (ut Paulus ait) illi seruientes, ut qui male egerit, pt̄atem timeat. Aliud p̄terea uos ô Reges & Prīcipes agere oportet, ut uos ueros ecclesię nutritios iuxta Dei pręceptū exhibeatis. Hoc est, ut apertissimæ nutricū socordię & ignauię mature subueniatis, illas adhortando, obsecrando, in omni patientia, sicut decet ministros Dei, increpando, ut ea quę populo Christiano debent. diligenter illę pręstare conentur, Id deniq; potissimum curare debetis, in quo huius rei puppis (ut dicitur) & prora cūstituta est, ut eos solos patiamini institui animar̄ rectores, quos sciueritis posse optime suo respondere officio. Alioqui Deus animas pereuntes de manibus ueśtris requiret, propterea quòd oues his, quos noueratis esse lupos, commisistis, aut committi permisistis.

F I N I S.